Bibliothèque numérique
medic@

Baillou, Guillaume de. Consiliorum medicinalium liber III. et postremus

Parisiis : Iacobum Quesnel, 1649.

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?05950x03

GVILLIELMI BALLONII

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI,

CONSILIORVM MEDICINALIVM, LIBER III. ET POSTREMVS.

ITEM,

PARADIGMATA ET HISTORIÆ

morborum ob raritatem obſeruatione digniſſimæ, quarum lectio non minùs rei ipſius grauitate & admiratione, quàm vtilitatis vbertate eſt ad medendum & præſentiendum profutura.

Omnia ſtudio & operâ M. IACOBI THEVART *D. Medici Pariſienſis digeſta, & multis hinc illinc obſeruationibus, ad obſcuriorum locorum intelligentiam, illuſtrata.*

Ραθυμίας ἀπέχεσθαι, καὶ τὰ νοσ ἀσκεῖν
Ἡ μὲν γὰρ ἄσκησις πάντων ἐστὶ χρηπίς.



PARISIIS,
Apud IACOBVM QVESNEL, viâ Iacobæâ, ſub ſigno Cochleæ, & Columbarum.

M. DC. XXXXIX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

©BIUM





Illustrissimo ac sapientissimo viro **D. D.**

FRANCISCO VAVTIER,

olim Reg. MARIÆ MEDICEÆ Archiatro,
nunc REGI LVDOVICO XIV.
à sanctioribus Consilijs,

ET

ARCHIATRORVM COMITI,

IACOBVS THEVART D. Medicus
Parisiensis. S. P. D.

QVÆ *hactenùs è musæi nostri latebris in apertam lucem prodiere Clarissimi Ballonij opera* (Illustrissime Valteri) *ea tam gratiosè ac comiter ab omnibus philiatris excepta sunt, certò vt credam peccaturum me in Remp. iatricam si reliqua, quæ adhuc latent, eiusdem authoris monumenta diutiùs apud me retineam. Sed longè profectò grauius crimen ipse incurrerem, si paterer ea ad aliorum manus ante peruenire, quàm auxiliares ac salutiferas tuas essent exosculata, ab eisque missionem*

©BIUM

accepiſſent. Ecce igitur, (Archiatrωn comes digniſſime) vtróque eo reatu vnâ me exoluo, ac medicinalium conſiliorum, paradigmatumque centurias aliquot ab ipſò Ballonio iam ſeniore conſcriptas, mihique pronepoti concreditas Illuſtri tuo nomini dico ac conſecro. Id à me nec inuito exigebat dignitas illa tua, quam ſummam ſperare medicus poteſt, & ad quam tua te virtus, tua longo rerum vſu firmata polymathia, nec non in rebus medicis εὐτυχία incredibilis euexerunt, atque id tam felici rerum ſucceſſu, vt boni omnes Galli palam profiteantur ac prædicent ſuum ſe tibi debere Regem chariſsimum, quem nempe malignis ac peſtilentibus variolis periculoſiſsimè laborantem non cardiacis tantùm præſidijs (vt medicaſtrorum ἀμαθόδων vulgus ſolet) ſed & ipsâ, quam in eiuſmodi affectibus tantopere auerſantur ac damnant, ſanguinis miſsione ter, pro ſymptomatum vrgentium neceſsitate, repetitâ, ſaluum & incolumem reſtituiſti, innumeris interim in hac vrbe populoſiſsimâ pueris hac epidemicâ lue è medio ſublatis. Quod ob facinus tam egregium quæ non tibi laudes, Vir præſtantiſſime, quæ non ſoteria debentur? Si qui ciuem Romanum in prælio ſeruauerat, querceâ coronâ dignus habitus eſt, Tu certè, qui Regem Chriſtianiſsimum ab hoſte tam infenſo liberaſti, auream, qualis eſt ab Athenienſibus Hippocrati conceſſa, meruiſti. Nec dubito quin, ſi vixiſſes priſcis illis temporibus, quibus inter heroas referebantur quicunque inſigni aliquo facinore Rempublicam conſeruaſſent adiuuiſ-

ſentue, quin, inquam, ipſe heroum auxiſſes numerum, honoreſque propè diuinos accepiſſes. Tu (quod de Hippocrate Patus ad Artaxerxem ſcribens aiebat) ſanitatis pateres, tu ſeruator, tu mitigator dolorum, tu diuinæ ſcientiæ princeps. Plura ne dicam tua vetat modeſtia. Iubet verò ratio & æquitas vt nullam vnquam prætermittam occaſionem celebrandæ tuæ erga me propenſionis ac beneuolentiæ, quam ipſe ſemper ab annis fermè viginti quatuor ſingularem expertus ſum, quamque ſi nullo hactenùs officio, nullo vel leui munuſculo, ob fundi proprij tenuitatem, compenſare potui, velim ſaltem operum auunculi mei nuncupationem hanc perpetuum eſſe apud omnes memoris mei, gratique erga te animi monumentum. Vale. Lutetiæ XIX. Kalendas Ianuarii M. DC. XLIX.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 5 sur 359

©BIUM

INDEX
CONSILIORVM MEDICINALIVM.
IN TERTIO ET VLTIMO LIBRO
Ballonij contentorum.

Numerus prior Consilium, Posterior paginæ faciem designat.

De Capitis dolore & vertigine conſ. *1.* *fol. 1*

Pro ſe ptenni puero moleſta rancedine laborante Conſ. 2. *fol.* 13

De febre nocturna conſ. *3. in quo quæritur cur Empyici nocturnas potiùs quàm diurnas habeant exacerbationes,* *fol.* 21

De ſanguinis miſſione in melancholicis, & data occaſione explicatur illud Hipp. Cur ſanguis faciat ad ſapientiam, conſ. *4.* *fol. 36*

De Cauſo, conſ. 5. *fol. 63*

De Impotentia coeundi, conſ. 6. *fol. 75*

De fœdis coloribus, conſ. *7. f. 78*

De Stelo yrbe, conſ. *8.* *fol. 81*

De Elephãte pedum, conſ. 9 *f. 82*

De puella trienni nauſeam patiente à natiuitate, conſ. *10* *fol. 83*

De falſa ſpecie Iſchiadis, conſ. *11* *fol.* 85

Ad ſerpiginem in facie pſoræ prænuntiam, conſ. 12. *fol. 86*

De Oculorum morbis, maximè de macula ex morbillis reliqua, conſ. 13. *fol. 87*

De Tumore Epigaſtrij, conſ. 14 *fol. 88*

De dolore cruris poſt ictum ex globo miſſili ex catapulta, conſ. 15 *fol. 89*

De varicoſa hernia & hæmorrhoidibus, conſ. 16. *fol. 90*

De ſuppreſſione vrinæ, conſ. *17* ibid.

De Catarrho & ſputo ſanguinis conſ. 18 *fol. 91*

De Aure ſuppurata & manante ſanie, conſ. *19* *fol. 92*

De cõgreſſus impotẽtia, cõſ. *20. f. 94*

Pro quodam iuuene ad venerem inutili, conſ. 21. *fol. 96*

De vetere Arthritide, conſ. 22. *fol. 97*

De paraphimoſi, conſ. *23. fol. 98*

Pro D. Villebois Seneſchalio aliquid vertiginoſum ſentiente partim ab hypochondrijs partim à capite,

conſ. 24 fol. 99
Pro muliere ſtranguriam ſeptennem patiente, conſ. 25. fol. 103
De tumore cancroſo pro D. de S. Iean, conſ. 26 fol. 105
De hernia pro filia D. Margeret, conſ. 27 fol. 107
De ſterilitate an ex parte viri, an mulieris, conſ. 28. fol. 108
De febre καυσώδει pro D. Gobelin Abbatiſſæ, conſ. 29 fol. 111
De ſterilitate, conſ. 30. fol. 113
Ad ſurditatis initia pro D. Bazanier, conſ. 31. fol. 116
De Lethargo ſyncope & Cardialgia, conſ. 32. fol. 117
De puella quam ob terrifica ſymptomata vel poſſeſſam vel obſeſſam eſſe putabant quaſi de cenſu τῶν ἐνεργουμένων & numero diceretur, conſ. 33. fol. 119
De Scrophulis pro D. L. M. cõſ. 34. fol. 120
De fluore muliebri & muliere cachectica, conſ. 35. fol. 122
De Sputo cruento pro Theſaurario. Ad D. D. Andræam Laurentium Henrici IV. Gall. & Nauarræ Regis Archiatrum, conſ. 36 fol. 126
De vlcere renis, conſ. 37. fol. 127
De Abſceſſu renis & vteri prolapſu, conſ. 38 fol. 129
De hepatis intemperie, conſ. 39. fol. 130.
De Affectibus hyſtericis & hypochondriacis, conſ. 40. fol. 131
De dolore brachij, conſ. 41. f. 134
De hepatis & partium aluinarum phlogoſi, conſ. 42 fol. 135
De Epilepticis conuulſionibus & rudimentis Apoplexiæ, conſ. 43. *ad Remp. Venetam de Legati morbo miſſum.* ibid.
De latente pulmonis & hepatis intemperie, & alijs affectibus, conſ. 44. fol. 138
De Iſchiade, conſ. 45. fol. 140
De raucitate & affectu rheumatico, conſ. 46. fol. 141
De affectu oris qui τομαχάκη dicitur pro Oeconomo D. Britannici, conſ. 47. fol. 143
De Tuſſi permoleſta pro D. Florette Conſule, conſ. 48. fol. 145
Pro iuuene melancholico cuius mentem mœror perculit, & de ſuo ſtatu dimouit, conſ. 49 fol. 146
De incontinentia vrinæ & ſtillicidio inuoluntario poſt lithotomiã pro filio D. Machau, conſ. 50 fol. 148.
De Cachexia cum faciei pallore & ſymptomatis hypochondriacis, conſ. 51. fol. 149
Ad mulierem recens nuptã Epilepticis conuulſionibus afflictam, & affectu qui σπαιμότροφος vocatur, conſ. 52. fol. 151
De vrinæ incontinentia, conſ. 53 fol. 153
De profluuio veneris non venereo, conſ. 54. fol. 155
De febre aſſidua cum grauibus ſymptomatis, conſ. 55. fol. 158
De febre lenta, & tumoribus glandularum gutturis ſtrumam minitantibus, conſ. 56. fol. 160

©BIUM

De contumacibus ruboribus post exanthemata, conſ.57. *fol.*162
De ſerpigine, ſpecie tineæ & pityriaſi, conſ.58. ibid.
Pro filia D. Habert cui tumores in collo & vlcera in gingiuis ſoboles diatheſeos ſtrumoſæ, conſ. 59. *fol.*163.
Ad ardorem vrinæ, & reliquias antiquæ Gonorrhoeæ, conſ. 60. *fol.*165
De Satyriaſi, conſ.61. *fol.*167
De vertigine & ſymptomatis melancholicis & hyſtericis, conſ. 62. *fol.*168
De morſu canis rabidi, conſ. 63 *fol.*169.
De affectione hypochondriaca pro Angenoſij vxore, conſ. 64. *fol.*171
De cholera morbo, conſ.65. *f.*173
De febribus diarijs hecticæ prodromis, & rene purulento, conſ. 66 *fol.*175.
De rheumatiſmo, conſ.67. *f.*177
Pro D. Monbeliart dyſuriam & ſtranguriã patiente, cõſ.68. *f.*179
Pro D. des Broſſes tuſſiculoſo phthiſico, conſ.69. *fol.*181
De Arthritide, lumborum doloribus, & alijs affectibus, conſ. 70. *fol.*184.
De febre aſſidua cum ſymptomatis paraphoricis, catarrhoicis & cataphoricis, conſ.71. *fol.*186
Pro muliere ſterili fluxu muliebri laborante, conſ.72. *fol.*189
De rubore narium, cõſ.73. *f.*190
De quodam vomitum patiente cum ventris tormine, cõſ.74. *f.*191
Pro fluxu dyſenterico & meſenterico, conſ.75. *fol.*192
De tumore hepatis ſeu fermentatione, conſ.76. *fol.*193
De Auditu imminuto qui βαρηκοΐα & δυσηκοΐα dicitur, conſ. 77. *fol.*194
De Melancholia hypochondriaca pro muliere hyſterica, conſ. 78. *fol.* 195
De doloribus hyſtericis & hypochondriacis, conſ. 79. *fol.*203
Pro Notario paralyticon aliquid patiente aut potiùs laxationem quandam articulorum ipſarum omaplatarum, cõſ. 80. *f.*207
Pro Domina de Boiſſy iſchiadicos dolores patiente, conſ. 81. *f.*216
De Stranguria, Dyſuria & Iſchuria, conſ. 82 *fol.*217
Ad fluores muliebres pro D. Præpoſita, conſ. 83. *fol.*220
Pro Iacobo Mæmmeo raucitatem conquerente, conſ. 84. *fol.*221
Pro D. du Breuil Cephalælgiam patiente, conſ. 85. *fol.*122
Pro muliere Carnotenſi febre lenta laborante, conſ. 86. *f.*223
De tinnitu aurium, conſ. 87. *fol.*225
De Cachexia pro vxore Gaij, conſ. 88. *fol.*226
De tuſſicula & ſpirandi difficultate cum ſuffocationis metu, conſ. 89. *fol.*231
Pro muliere Iſſodunenſi ſplenica cum metu hydropis, conſ. 90. *f.*233
Pro vxore Conſulis de Gouſſencourt quæ à duobus annis ter aut quater

©BIUM

quater passa est effluuium sanguinis sursum deorsum, cons. 91 f.234
De *affectione quæ dicitur* Ἵππος, cons. 92 fol.236
De *dolore capitis & oculorum*, cons. 93 fol.238
Ad Gonorrhœæ reliquias, cons. 94. fol.239
De *fluxu sanguinis, & fluore muliebri cum suspicione cancrosæ in vtero affectionis*, cons. 95. f.240
De *voce penè deperdita*, cons. 96. fol. 242
De *tussi molesta & sputo cruento*, cons. 97. fol.244
De *alui fluore hæmorrhoidibus, & alijs affectibus pro vxore Anglorum Legati*, cons. 98. fol.248
De *hepatis & pulmonum calida intemperie cum totius corporis extenuatione pro* D. *Iudith Memmæa* cons. 99. fol.253
De *Aphthis in ore & calida viscerum intemperie*, cons. 100. f.256
De *vertigine*, cons. 101. f.258
Ad impediendum aborsum pro filia D. *Monglat*, cons. 102. 259
Ad fluorem muliebrem, cons. 103 ibid.
Ad molestos herpetas & serpiginem cum furfure & squammis, cõs. 104. fol.260
Ad tumorem genæ lupiam minitantem, cons. 105. fol.162
De *intemperie omnium viscerum calida ad elephantiasim accedẽte*, cons. 106 fol.263
De *hydrope*, cons. 107. fol.265
De *fluoribus albis & alijs affectibus*, cons. 108. fol.267
De *doloribus capitis & ad hepar & ventrem*, cons. 109 fol. 268
Ad luem veneream incipientem cons. 110. fol.269
De *vermibus*, cons. 111. fol. 271
De *Arthritide*, cons. 112. fol.272
De *calculosa affectione*, cons. 113. fol. 273
De *cachexia, ictero & alijs affectibus*, cons. 114. fol. 275
De *pulmonis calida intemperie*, cons. 115. fol. 276
In hydropis metu, & pulmonis hepatisque latente vitio, c. 116. f.277
De *calculo renum*, cõs. 117. f.278
Pro muliere ad conuulsiones epilepticas prona, cons. 118. fol.281
De *inordinatis mensibus & vteri quodam rheumatismo & alijs affectibus*, cons. 119. fol. 283
Pro Consule iam rudimenta Apoplexiæ experto, cons. 120. fol.285
De *vlcere inguinis & tumore*, cons. 121. fol. 286
De *vrinæ incontinentia*, cons. 122 fol. 287
De *dolore thoracis & ceruicis*, cons. 123. fol.289

FINIS.

©BIUM

MARCO MYRONI
ARCHIATRO REGIO
GVL. DE BAILLOV εὖ.

Hæc Epistola ex libro Epistolarum Medicinalium Balloniȷ nõdum edito excerpta, præfigi debet libro de Conuulsionibus, Anno 1640. edito.

CVM circiter idus Octobris impetratæ ab Rege essent literæ, quibus ego in numerum medicorum Regiorum cooptarer, libellum de Conuulsionibus conscribebam. Ita enim quod otij superest à publico munere, in honestum otium confero. Magnam me herclè ex his literis regiæ munificentiæ obsidibus voluptatem cœpi. Sic enim & facta est mihi adeundi tui potestas, & ad maiora Regio munere stimulus est additus, cum honos ad egregia inuitamentum esse soleat. Nullus enim adeo humanitatem exuit vt non stimulo gloriæ instigetur. Quod fecit vt multi per se cogniti viri sua industria alijs clariore loco natis præluxerint, eorúmque luminibus obstruxerint. Quamquã is non sum qui rumusculos inanes aucuper, cum id pertineat potius ad hominem malè feriatum, suæ leuitatis testimonium vndique colligentem. Et si is es qui te multis præstes affabilem, tamen ab aditu nescio quid me reuocauit. Humanitatis spes alliciebat, sed quædam grauitas quæ præsidem sanitatis Regiæ decet, retardabat. Cum te semel sum allocutus, sensi istam grauitatem ita conditam ac temperatam, vt quantùm grauitas detraxerit tantum humanitas conueniendi tui desiderium iniecerit. Ac mihi persuadeo hunc libellum ingenii mei tamquam fœtum, gratum tibi fore, quando te ita facilem mihi præbueris. Eóque libentiùs obtuli, quod is tunc scriberetur, cum gratiosi quidam homines apud Regem, de Regiæ liberalitatis fonte hunc riuulum in me deriuarunt. Tuum suffragium quærebatur, ne donum hoc homini incognito conferretur. Nomen meum edidisti, & fidem meo nomine datam liberasti. Næ vir ingenuus es & prudens. Nam æstimaris commodis & incommodis aulicæ vitæ generis, quod non est ita tranquillum vt nostrum, me regio

munere, tanquam aura benigniore excitatum repressisti, ita tamen vt de spe non deijceres. Hæc ita temperasti, ne spe inani illectus, maiora mihi opinionis errore affingeres. Feliciter cœpta res est, sed vt perficiatur, te etiam rogo. De libro id dicam. Non offero aliquid oculis tuis dignum tamen qui meus in te sit animus, ex hoc munusculo colliges. Quæstionem tractamus quæ multos exercuit. Si lima non est adhibita nec seruatus ordo, in causa est nostra scribendi diligentia intercisa ac interrupta, vt sæpè media pagina reuocatus hæserim. Hîc tamen tibi multa in memoriam reuocabuntur quæ tempore exciderunt. Sic in picturis quædam rudi carbone delineata reficiant memoriam eorum quæ in tabulis tersè ac artificiosè depicta sunt. Sic legendis nostris iucunda erit, tibi grauioribus occupato, olim & lectorum & obseruatorum recordatio. Habeo multa opuscula quæ in nonum annum premo, quæ cùm maturuerint in lucem succo prægnantia iucundo efferentur. Faxit Deus vt diutissimè Rex suo Myrone vtatur Medico & Consiliario. Vale. Lutetiæ Parisiorum die 16. Octob. 1582.



©BIUM

APPROBATIO.

EGo ſubſignatus Doctor Medicus & Decanus ſaluberrimæ Facultatis Medicinæ Pariſienſis, teſtor Conſilia hæc Medica, & paradigmata à Magiſtro GVILLIELMO DE BAILLOV Doctore Medico Pariſienſi & Decano celeberrimo, eruditâ oratione & ſummo iudicio conſcripta, atque à M. IACOBO THEVART, Collega doctiſſimo digeſta, & obſeruationibus aucta digna eſſe quæ typis mandentur. Datum Pariſijs Calendis Octobris Anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo, quadrageſimo octauo.

PERREAV DECANVS.

AD CANDIDVM LECTOREM.

Nil opus Autoris laudare volumina noſtri,
Hoc opus autorem laudat, hic autor opus.

I. THEVART, D. M. P.

GVIL-

GVILLIELMI BALLONII MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI CONSILIORVM MEDICINALIVM, *LIBER TERTIVS.*

CONSILIVM PRIMVM.

De Capitis dolore, & Vertigine.

ANGLVS annos natus 46. dolore capitis periodico iampridem laborabat, aliàs hemicrania eſt, aliàs cephalalgia, & hæc frequentior: Ita morbus diù afflixit, vt inueterauerit ac confirmatus ſit: quærit à nobis vt dolorem malúmque leniamus, quandoquidem radicitùs euellere potis non eſt, nec quiſquam vllo remedio ſublatum iri credit, niſi fortè ætas ipſa remedium fuerit. Bilioſus enim valdè eſt, & æſtuantia habet viſcera, vnde euenire poteſt vt ſucceſſu temporis bilis defferueſcat, & non ita acris generetur. Ita enim Hipp. morbos σωϊρόφας in ſenecta deſituros credidit. Id quod Gal. de affectionibus calidis intellexit. *Gal. com. in part 6. ſect. 5. lib. 6. Epid.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 13 sur 359

©BIUM

Antequam autem capita perſtringamus quibus nos opitulari poſſe tam pertinaci & rebelli dolori credidimus, nonnihil de capitis affectionibus paulò generalius præfabimur. Duo autem, aut tria perſtringemus, quorum vnum ab inſtituto paulò erit alienius, ſed tamen quaſi ex euentu tractandum occurrit.

Partiũ principum affectiones etiam leues non ſunt negligendæ.

Primum eſt, quanti ſit momenti affectio capitis etiam leuis, ſi ſpectetur pars laborans non cauſa doloris efficiens.

Secundum, an facultatis animalis conſideratio ſit in morbis neceſſaria, & quatenùs.

Locus hic diligenter legendus quoniam & ad diagnoſin, & ad prognoſin maximè pertinebit.

Pro tertio, quoniam Galenus in morborum acutorum vigore tanti facit facultatem animalem, id quod tamen nonnullis parum probabile videtur; videndum quatenus id verum eſſe poſſit: nam mentionem ſumus facturi de quadam Galeni authoritate ex qua conſtare poteſt grauitatem affectionum æſtimandam eſſe, aliàs ex dignitate & principatu partis, aliàs ex magnitudine cauſarum morbum efficientium. Vt ſi quod ſymptoma ὀπτηνόμενον contingat per augmentum cauſæ morbificæ, illud augmentum conſideremus aliàs ex humorum vi & magnitudine, aliàs ex natura & conditione partis laborantis, vt quod magna aliqua cauſa in parte minùs præcipua facit, in principe parte minor cauſa par & idem committat, & eiuſdem momenti. Totum autem hoc eruetur ex

1 commento quodam in 1. prognoſticon.

2 Poſtquam locutus eſt de iis qui in febribus falſis obiectis moti feſtucas colligunt, muſcas venantur, geſticulantes manus ad os & oculos ferunt, vnum valdè commemorabile adſtruit. Nam hæc aut in phrenitide, aut ardente febre, aut peripneumonia, aut capitis dolore contingere ait, ſed alia atque alia horum ratio eſt. In phrenitide enim hæc ſunt mala & eſſentialia & pathognomonica, & ideo ſunt pernicioſa, quia pars princeps laborat; in aliis autem affectibus ſunt ὀπτηνόμενα & magnitudinem cauſæ morbificæ ſequuntur. Nam ſymptoma ſuperueniens non oritur niſi aucto malo, vt ſingultus non ex quauis inflammatione hepatis ſequitur, ſed ex ea magna & graui; & ita de cæteris. Sic in peripneumonia, dolore capitis, ardente febre non hæc eueniunt, niſi cùm affectionis cauſa increuerit. Id quod Gal. his verbis explicauit, meritò igitur affectiones talia committentes, id eſt inducentes errorem mentis & partis imaginantis, vt inde geſticulatio manuum, muſcarum venatio, & feſtucarum collectio conſequatur, cenſentur difficiles, græcè χαλεπαὶ quippe quæ febris acutæ, aut

In phrenitide delirium malum vt eſſentiale & pathogn. in aliis morbis vt ὀπτηνόμενον.

peripneumoniæ, aut doloris capitis ſequantur magnitudinem, addit codex græcus τῶν χυμῶν ἐργαζομένων, id eſt humorum committentium eas. à phrenitide quidem, quia pars princeps eſt affecta, cuius vniuerſum genus exitiale habetur, à febre verò dolore capitis & peripneumonia, ob magnitudinem (inquam) humorum committentium eas affectiones. 3.

Sic in phrenitide habet rationem τῆ ὀδυνητικῆ, in dolore capitis, peripneumonia, febre acuta τῆ ποιητικῆ, id eſt in phrenitide, vt & in morbis partium principum dignitatem & principatum partis obſeruat, in aliis morbis vim ac potentiam humorum: quamquam in phrenitide obſeruatio humorum non eſt differenda, nec negligenda, ſed in alijs morbis quid materiale cernitur, in partium principum morbis, quæ pars: nam exigua cauſa magnos quoſdam affectus producit in parte principe, vt de vulneribus capitis ſtatuit Hipp. cùm nullũ etiamnũ leue capitis vulnus negligi debere ſuadebat. Vnde illud eſt Hippocratis memorabile: *Parua cauſa medelis exoluitur niſi quid circa locum principalem affectum fuerit.* Nam vbi vitium eſt in parte præcipua, ſæpè non eſt tam laborandum in euacuando, quàm tollendo partis vitio. Id & in morbis longis & acutis obſeruari debet: de acutis hîc dicitur, de longis dicam: Tanti momenti eſt pars & vitium partis dominatum in corpore habẽtis, vt longitudo morbi ſit ei accepta ferenda. Sunt enim morbi diuturni tribus modis, vitio partis, culpâ ægri, coctionis difficultate. Difficultas coctionis ob humoris copiã, naturæ imbecillitatem, & meatuum anguſtiam. Galenus de apoplexia loquens, quæ dies ſeptem non præterit, ait, partes principes non diù ferunt fortes ſimul ac diuturnas paſſiones, immò à paruis cauſis impendiò magis læduntur, nedum à grauibus, vnde non mirum eſt ſi vbi delirat quis & nimium cerebro perturbato afficitur, terreatur vulgus, Medici non ita terrentur, præſertim cùm perturbationis mentis cauſas, alias ab aliis ſecernant: quanquam dicat quis quid attinet ſi quis benè aut malè in febre ratiocinetur? nihil enim ad curationem attinet quanquam in vniuerſum ab Hipp. eſt pronuntiatum: In quouis morbo mente conſtare bonum, & benè ſe habere ad ea quæ offerunrur. "

Lib. de præcept. ſub finem.

Morbi longi vitio partis, culpa ægri, & coctionis difficultate.

Comm. ad aphor. 51. lib. 6.

Nunc itaque alias quæſtiones explicemus, quid & quatenus conferet facultatum animalium obſeruatio in morbis. Apud Galenum locus eſt qui multos hactenus torſit, neque enim putant omnino verum eſſe morbo conſiſtente nec purgationi, nec venæ 4.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 15 sur 359

ſectioni intendendum eſſe, quia tunc maximè concoctio fit. Circa « initium melius eſt minuere materiam, quò natura cætera facilius « euincat. Cùm morbus conſiſtit, nil opus eſt euacuare, dum natu- « ra iam concoquit, tum ob alia, tum quia vis animalis maxima ex « parte laborat, & fatigata eſt, græcè κεκμηκυίας τῆς δυνάμεως, li- « cet naturalis & vitalis fortis perſiſtat.

Vt animal ſubſiſtat tria neceſſaria, vita, nutritio, & reſpiratio.

At quorſum mentio fit de facultate animali? quorſum ſenſus? ratiocinatio memoria, phantaſia? motus? nam licet æger maneat immobilis, nil propterea deterius illi contingit. Eſt enim facultas naturalis morborum coctrix & maturatrix: at ratiocinetur quis vel non, moueatur necne, nil attinet, at reſpiratio & ſenſus neceſſitatis ſunt alicuius: reſpiratio vero ad vitalem facultatem quodammodo refertur, vt autem animal ſubſiſtat neceſſaria ſunt hæc tria, vita, nutricatus, reſpiratio. Ad vitam ipſam reſpiratio referri debet, nec enim voluntaria omnino actio eſt, vt nec pulſus. Fit enim κατ' ὁρμὴν non omnino κατ' προαίρεσιν. Cæterum Galenus parui facere videtur facultatem animalem. *Cùm valemus, ait, cerebro opus eſt ad actiones voluntarias non ita cum ægrotamus. Ad vitam cor & cerebrum par momentum habent, ſed non idem in morbis.*

7. Meth.

Benè valentibus cerebro opus ad actiones volunt. non ita cùm ægrotamus.

Ad part. 5. lib. 2. prorrh.

Quò pertinet locus præclarus in prorrhetico. *Cùm virtus ſine manifeſta euacuatione imbecilla fuerit, duorum horum alterum eſſe oportet, vel enim grauans copia oſtenditur, vel vnius principiorum intemperies ac naturalis & vitalis virtutis imbecillitas eſt deterrima, & citò hominem tollit: vna enim cum his animalis exoluitur, ſed ſi quæ facultas in cerebro reſidet, afficitur, non protinus cor afficitur.* Quo ex loco demonſtratio & illuſtratio eorum quæ hîc dicuntur erui elicique poteſt.

Germana explicatio, locorum Gal.

Cæterum vt tandem luce quadam allata aliquid concludatur, his nos cancellis orationem noſtram coërcemus. In corpore noſtro eſt συντονία, & τόνος quidam vt animal ſubſiſtat nec ſua mole obrutum ruat, aut diſſolutum cadat ac prolabatur. Eſt enim harmonia quædam & contentio omnium virium, vt chordarum in lyra: hæc ſi diſſoluitur malè ſe res habet. In vigore morborum facultas naturalis coctioni dat operam, vitalis afficitur & laborat, & exſuſcitat, opitulaturque naturali laboranti: reſtat animalis, huic ſi vis aliqua inferatur, aliquid deterius continget: nam duabus prioribus laborantibus, ſaltem animalis aliqua ex parte integra incolumiſque maneat, licet autem quod pertinet ad ratiocinationem

& motum progreſſiuum, nõ ita neceſſaria ſit animalis facultas, ad reſpirationem & ſenſum facit, & ad conſeruationem iſtius συντονίας valet. Ideo Hipp. *In morbo mente conſtare bonum, ait*, licet nil ſit neceſſe ratiocinari febricitãtem. Bonum autẽ ſignum eſt & cauſa, quia cùm reſpiratio ab ea facultate pendeat, cùm libera eſt illa reſpiratio voluntatis, & inſtrumentorum integritatem ſignificet cum mediocritate vſus coniunctam, vt cauſa autem valet, quia vſui & neceſſitati ſatisfaciat: quanquam autem diximus reſpirationem cum vita coincidere, & ad nullam particularem actionem referri; ſed ad vitam ſolam.

Hipp. in Aph. Mente conſtare in omni morbo bonũ.

Mentio quoque facta eſt de ſenſu. Hic in morbis eſt perneceſſarius, nec enim ſine irritatione quadam criſis fieri poteſt, ſi autem facultas ſenſifica laboret, natura non ſentit punctiones & calcar ipſorum humorum, vnde fruſtrata criſi ſæpè ſuccumbit & opprimitur.

Facultatis ſenſificæ læſio efficit vt natura fruſtrata criſi ſæpè ſuccumbat.

Sunt qui ita conciliant locos iſtos contrarios, fatentur quidem verum illud eſſe Gal. in methodo medendi, ventriculi & iecoris, denique facultatis naturalis ita opus & munus eſſe neceſſarium vt, ſine iis ſalutaris coctio eſſe nequeat ſed in morbis thoracis vt in pleuritide, peripneumonia, & cęteris id genus, maiorem quandam eſſe neceſſitatem facultatis animalis quàm naturalis, hîc tamen diſtinctione opus eſt. Nam etiamnum in iſtis morbis eſt quædam prærogatiua & efficientia facultatis naturalis, humor enim coqui & præparari excluſioni debet, quod ab energia facultatis naturalis pendet. At vt foras coctus humor & quaſi putrefactus excludatur, viribus & laterum firmitate opus eſt, id autem eſt ipſius facultatis animalis: ſed talis functio cum ipſa reſpiratione coincidit vt ſemper ſeſe eodem quæſtionis ſolutio referat ac reuoluat: hæc autem paulò ſubtiliùs explicata ſunt quàm vt Medicum deceant, qui in artis operibus potiùs quàm ſubtilibus diſputationibus exactioréque actionum examine ſuam induſtriam oſtentare debet.

Lib. ij. Meth.

Hæc autem de facultate animali obiter tractauimus, vt plus tamen temporis & operæ inſumpſerimus quam nec crederemus: eò autem lubentiùs fecimus, partim vt noſtrum quoddam quantulum eſt fallentes & lenientes otium, nobis ex aliqua parte faceremus ſatis, partim vt labore leuaremus eos quos hactenus ea quæſtio exercuit de neceſſitate facultatis animalis in morbis. Nunc ad noſtri ægri dolorem capitis demulcendum veniamus: mauult enim ſibi ſimpliciter prouideri ac conſuli, quàm rebus ad exactius

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 17 sur 359

©BIUM

examen diſputando reuocatis, interea noſtram manum auxiliarem poſtulare.

5. *Deliberationis & curationis Capita.*

Tria concurrere videntur quibus doloris tam frequenter redeuntis cauſa aſſignari poteſt, plethora particularis ipſius cerebri, cui, aſſiduitate dolẽdi iuncta eſt iam, ἡ διάθεσις κεφαλαλγικὴ: viſcerum intemperies, acerrimæ bilis & calidorum exhalationum parens: Tertium acuties ipſius ſenſus, potiſſima tantorum dolorum (quod attinet ad naturam ſuſcipientis partis) occaſio.

Com. ad part. 5. lib. de nat. hum.

Doloris aſſiduitas caput infirmius reddit minima occaſione lædi facile, immò quia pars ægra & dolens ſuam quodammodo naturalem œconomiam peiorem habet & immutatam, proprium alimentum eſt oneri. Vnde Galenus ait, eos qui capitis dolore frequenti ſunt obnoxij, capite infirmiſſimo eſſe, & eas partes alioqui imbecillas repletio quaqua verſum diſtendens dolorem concitat.

Lib. de ſacr. morb. Vide aliam Hipp. ea dere demonſtrationem cum agit de 40. num. 1.

Hipp. hanc ſenſus acutiem, à prima origine repetit, *dum etiam in vtero natura partes defœcat atque repurgat, vel ſupra modum, vel infra, vel intra modum.* quo autem purius cerebrum & defæcatum magis, eò hominem ſapientiorem reddit, ſed tantum bonum compenſatur quodam malo. dùm hac ratione mutationes aëris facilè perſentiſcit. vnde illud Hippo. *Cerebrum plurimam vim habet in homine, hoc enim eorum quæ ab aëre fiunt interpres eſt ſi ſanum exiſtat.*

6. *In pueris & quid contingat ſub finem lib. de ſept. partu.* ἀμβλύνονται ἐν ταῖς μύξαις αἱ δυνάμεις *ad part. 11. lib. 1. prorrh. Gal. cap 11. lib. de iber. ad Piſ. idem narrat de quodam, ſodali, qui etiã in lecto aëris mutationes perſentiebat.*

Et cùm cerebrum in homine inter cætera animantia inſignem magnitudinem habeat multas & varias neruorum propagines non ſæpè totum dolet, ſed aliàs antica, aliàs poſtica parte; aliàs ſiniſtra, aliàs dextra; prout peſtifera vis morbi ſeſe huc aut illuc inclinauerit.

Cæterum ad dolendi facilitatem facit aſſidua agitatio actioque animi, quæ humores rapit ſurſum, inflammat. Quandoquidem aſſidua cogitatio occæcat & corpus infirmum reddit, Celſo, vnde magna pars vrbanorum, & ſtudioſorum imbecillo eſt ventriculo. *Ij quippe*, ait, *valetudinarij viuunt qui corporum ſuorum robora inquieta cogitatione, & aſſidua vigilia minuere cõſueuerunt.* Sequitur enim illud quod eleganti verbo vocatur ab Hippocrate cerebri ἀνάλωσις, id eſt conſumptio, quæ iis maximè contingere poteſt qui pertinaciùs res & cogitant & tractant.

7.

Vt conſulatur vtrique plethoræ, & particulari & vniuerſali, licet ſæpiùs ſanguis detractus, tamen circà ver & autumnum

poteſt detrahi, niſi fortè à detractione deteriùs habeat, vt cùm purior & bilioſior ſanguis erit, ſanguis enim bilem frænare ab Auicenna creditur. *Sanguis frænum bilis. Auic.*

8. Poteſt & obſtinato magis malo arteriotomia decerni, & cum redit dolor, eſt velut acceſſio febrilis maximè exiſtente febre particulari & veluti capitali.

Aluus ſit mollior: quibus enim eſt eiuſmodi, ij nec pleuritide, nec magnis aliis morbis capiuntur, ait Hip. Concinnanda opiata laxans vel caſſia deglutiatur ſuperbibito foliculorum decocto.

9. A validioribus eſt temperandum, quia corpus impendiò magis incaleſceret & agitaretur: at humorum tranquillitas & quies eorumdem perturbationi & ſeditioni eſt præferenda.

Si hæmorrhagia, aut ſeta porcina aut myrtefolio, aut alia arte irritari poſſet, id porrò optabile foret. Hirudines quoque ponè aures applicabuntur & frequentes cucurbitulæ.

Ad ſenſus acutiem veteres non reformidant Sopientia & foris admota & aſſumpta: Et foris conſerua nenuph. & viol. cum ſemine lactucæ, lintea in lacte tepente macerata, & fronti ſub inde admota; immò cataplaſma vulgare, & ex mica panis. *De prudenti vſu Narcoticorum Gal. multa. comm. ad part. 5. ſect. 6. lib. 6. Epid. Et Ballon. lib. 1. conſil. conſ. 65.*

Dolor capitis incipiens emplaſtro aſtringente mitigabitur. Id docet frontale puerorum capiti applicatum, quod ſtrictiùs additum, dolorem repellendo compeſcit. Eſt enim frons pars maximè excipiens, occiput mittens. Vſurpato ad tempus emplaſtro aſtringente, digerente vtendum ex floribus viridibus chamæmeli, hederæ terreſtris; veſica ſuilla lacte, vel aqua ſemiplena, vel pullus per medium ſectus admouebitur. Nares illinendæ oleo de ſemine cucurbitæ, immo aliquid narcoticum in aurem immittendum dolore ſæuiente: intus ſyrupus nenuph. hordeata cum ſeminibus ſtupefacientibus: Quæ temperant & pinguefaciunt ſanguinem & craſſiorem reddunt, iuuant. Decoctum pedum & crurum vituli, piſces, lactucæ. denique omni arte humectandum, quia humiditas ſenſum ipſorum ſpirituum obtundit.

Inedia inutilis immo malefica eſt, ventriculus enim repletur per ieiunia ichoribus, qui ſuffuſiones & dolores capitis magnos excitare ſolent. Iuuabit interdum frigidam ſæpè ore continere, immo omnia quæ aſſumpta ſunt in paſtu frigida aqua includere, ait Celſus. *Gal. ad ſtnë cap. 9. lib. 6. de ſanitate tuenda.*

Vitare piperata, condita, odorata. Zithum, id autem maximè ad ſanitatem facit non bibere vinum niſi hauſto inſculo, *Vinum ieiunos bibere nouitio in-*

uento inutilissimum. Plin. cap. 1. lib. 25.

aut cibis satis abunde præsumptis.

Haurire serum lactis æstate.

Frequens vsus conseruat. nen uph. cichor, violarum ros. addito papauere albo.

Vinum aqua hordei frangendum dum domi viuet.

Errhina vitentur nisi velit mane aquam tepentem nare attrahere.

Frictio capitis est vbi iuuat, est vbi obest. Student omnes caput siccare in bilioſis, & iis quibus caput bilioſius & æstuantius est, nocet: non ex parte ipsius cerebri, sed ex parte membranarum eius & pericranij, frequenti enim frictione caput & siccius & minus perspirans redditur.

Vitet odorata.

De lotione capitis, de balneo, de pedum lotione iudicium porrò adhibendum.

Lotio capitis ab antiquis vsurpata, à nostris intermissa, immo omissa, quia facilè peccatur in lotionis vsu, si modo prudenter administretur, plurimum auxilij est allatura.

Lexiuium fit potius ex his quæ laxant & temperant.

Galeni locus notandus. 4. acut.

Frequens balneorum vsus aquæ egelidæ odore & fumo carentis (quanquam ita Galenus canonem prudentiæ adhibet) capitis solius caliditatē quouis alio modo habentis balneum iuuat: cum vero spiritus flatulentus ob humorum prauitatem ad caput fertur, hos lauare non conuenit, ac si dicat, si localis est affectus in cerebro, iuuat lotio. si à toto corpore, disconuenit Pipionum applicatio in partes diuiſorum vrgente dolore confert. Vide an hæc Galen. de balneo opinio vera sit. Sed quia æger quodammodo podagrisat, vt ita loquar, & imbecillitatem habet pedum, cautiùs agendum. de istis malis ita videbitur.

Hipp. 3. acut. inter balnei dotes ait grauitatem capitis balnei vsu tolli & iuuari ad part. 58. lib. 3. acuto.

Ligatio tibiarum astrictior omnino vitetur.

Spongiæ imbutæ decocto parato ex vino, addita rosa sumach, nuce cupressi applicentur pedibus.

Item sacculi sicci. Emplastrum palmeum. tritico calefacto pedes imponuntur.

An vomitus conferat experiundum, nam caput replet.

Veneris sit vsus moderatior, & quem languor non excipiat, nam venus maximè capiti & generi neruoso officit, corpus infirmius reddit, & ad resistendum morbis impotentius: ideo Hipp. à coitu hominem imbecillimum reddi credidit quod ab homine exeat

exeat fortiſſimum. ſemen autem eſt, deinde in coitu homo quaſi ex homine exilit, ait Plin.

Pilularum communium frequens vſus eſto.

Syrupus paratus ex ſuccis oxalid. pomorum limonum malorum aureorum, bugloſſ, borag.

Vltimus hic ſit conſeruandæ tuendæque ſanitatis canon quem Celſus eleganter deſcripſit.

Cum omnibus ſit inutilis poſt cibum aut contentio, aut animi cogitatio, tum iis præcipuè qui vel capitis, vel arteriæ dolores habere conſueuerunt, vel quoſlibet oris affectus; vitari etiam grauedines diſtillationeſque poſſunt, ſi quam minimè eum qui his eſt opportunus, aërem, loca, aquaſque vitet, ſi caput in ſole protegit ne incendatur neue ſubitum ex repentino nubilo frigus id moueat, ſi poſt concoctionem ieiunus caput radit. ſi poſt cibum neque legit neque ſcribit.

ANNOTATIONES.

1. *Maxima pars anglorum rufo eſt capillo, vel quod artificio mangonioque id fiat, quod in naturam tandem mutatum eſt, fluxionibus calidis & bilioſis in articulos obnoxia eſt, hæc autem calidioris temperamenti ſunt argumenta: quod ad actiones attinet ſunt prompti, agiles, acuti, ſuperbi, elatique animo, & tamen regio illorum eſt valdè frigida, credo id eſſe à diæta, nam multa carne vtuntur zytho fortiori, generoſis vinis & piperatis, aut cinamomo conditis; hæc omnia bilem generant immo affectiones cholericas, vnde apud Hipp. De Biante pugile vorace, experiebatur affectiones cholericas bile ſurſum ac deorſum exeunte ex carnis eſu, (ait Hipp.) maximè vtebatur porcinis, crudis, vinis odoratis, dulciariis, polenta, ita viuunt Angli. Vnum autem notãdum de Britannis, ideſt Anglis Apud Cæſarem in comm. Ii ſucco Erythrodani faciem & pilum infucabant, vt in bello eſſent horribiliores: hinc forte ruforum capillorum hæreditas ex inſtituto ad naturam conuerſa eſt, vt de Macrocephalis notat Hipp. & Ariſt. prob. 2. lib. 38. quærit cur piſcatores qui mare incolunt, & ſeptentrionales plagas, rutilo ſint capillo. De iis autem idem dici poteſt quod de Scythis dixit Hipp. quorum aër eſt frigidus valdè, Scythæ fului ſunt ob frigus ingens, non vehemens ſol ad eos accedit, à frigore vero albedo exuritur & fit fulua.*

7. Epid.

Cap. x. de aer. loc. & aquis.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 21 sur 359

©BIUM

2. *Inter eos qui ita delirant vt festucas colligant & muscas arceant abigantque, quidam aliter atque aliter affecti sunt: Nam quatenus falsò sibi persuadent festucas & muscas adesse, quæ non adsunt, eatenus imaginatio læsa est, quatenus verò conantur aut colligere aut nociuas muscas abigere, vt quæ nocere possint eatenus ratiocinationis vis nonnulla relucet, benè enim in eo ratiocinatur quod omne nociuum expelli debet.*

3. *Vnde in omni febre est videndum ac prouidendum ne vis febrilis cerebrum occupet, cum enim pars sit magni momenti vbi semel affecta est non nisi cum ægrotantium dispendio est affecta.*

4. *Bonum est in quouis morbo ratiocinari, non quod proinde æger conualescat: sed ait Gal. in comm. illius aphorismi & bonum & malum intelligi debet quantum in ipso est hoc aliquid. Nam quod ad vitam aut mortem attinet oportet omnium signorum vires perpendere.*

5. *Locus est admirabilis lib. de carnibus Hippocratis, vbi agit de cerebro, aitque pinguedinis parum habere multum glutinosi & ideò non facilè exuri posse id ad morbos cerebri plurimum valet.*

6. *Contra locum istum de sacro morbo alius est contrarius plane lib. 1. de diæta vbi ait corpus maximè sanum esse & mutationibus non obnoxium, aëris & temporum, si habet suum temperamentum ex rarissima parte ignis & ex tenuissima parte aquæ. Eos sanissimos ad quadraginta annos viuere aiunt, & iis morbis tolli qui circà talem annũ quadragesimum prehenderunt quomodo ex tenuissima parte aquæ & tenuissima ignis cum sit facilis effluxus, ita sanum corpus licet æstimare.*

7. *Verum quidẽ illud Galen. cap. trigesimo sept. lib. ad Trasyb. quod cogitatio & vigilia magis quam somnus intellectum perspicacem reddat, vnde illud, Crassus venter mentis acutiem non facit sed omnia sunto mediocria, nam notandum illud Hipp. ad finem 2. de diæta. acut. pertinax vigilia cibos crudos & ἀπεπτους reddit, Crudos qui coquantur quidem cum tempore, ἀπεπτους verò qui vix naturæ gratiam recipiant, & inter cætera animaduerti debet quod sedula oculorum in rem aliquam attentio necnon ipsius animi vertiginosos homines reddit, vt ex Theophrasto, ferè sub finem libelli de vertigine apparet.*

Vide comm. Ballonij in lib. Theophrasti de vertigine.

Sed si cui est animus inquies, & qui opere pascebatur & delectabatur, is non statim ab opere summoueri debet, sed amica consolatione leuandus est & aliquid sufficiendum quod in otio negotium solitum nullo ægre dispendio, suppleat, animum enim sedulum & actuosum

ceſſare mors eſt.

De labore mentis Ariſt. in poſit. duo ſunt genera laborum. vnum violentum alterum naturale; naturale, viſus labor, auditus, vocis, curarum. De viſu ita anima in id quod videtur intenta mouetur & calefacit, calefacta humido euacuato ſiccatur per auditum allabente ſono anima concutitur ac laborat laborans calefit & ſiccatur.

Sequitur poſt de cura locus perbellus 2. de diæta, vnde illud Plinij, cogitatio aſſidua occæcat, abducto intus viſu: hic locus erit pro vertiginibus.

8. Ad hunc ſcopum locus eſt Galen. obſeruandus cap. 9. lib. 6. ſanitatis tuendæ, ſunt, ait, capita quædam quæ ob arteriarum temperamentum, in vertigines & capitis dolores incidunt. Nota, illud arteriarum temperamentum, his ait, arterias aperire conuenit: illo loco agit de inæquali intemperie; inæqualis enim intemperiei magna vis eſt ad morbos generandos & curandos: bifariam autem interpretari poſſit quis intemperiem inæqualem, vel quòd ſit calidi & frigidi quædam inæqualitas, vt quædam partes ſint iuſtò calidiores, aliæ frigidiores, nam fateor cerebri parenchyma eſſe frigidum arterias plenas ſanguine arterioſo & ſeruentiore, vnde cùm temperamentum cerebri cum arteriarum & ſanguinis, in iis & venis cõtenti temperamento benè congruit, tunc omnia ritè in cerebro adminiſtrantur, ſi aliter nequaquam vt cùm ventriculus frigidiuſculus eſt & hepar calidius, omnia malè geruntur tunc enim cum partes principes & officiales contrario modo, & temperie ſeſe habent, œconomia malè adminiſtratur, vel inæqualem intemperiem interpretantur cùm inducitur intemperies ſed nondum introducta eſt, & quaſi hectica priorem interpretationem de inæquali intemperie fouet Galen. loco citato lib. de ſanitate tuenda. Alio loco Galenus ob ſpiritus humidi craßique in cerebro agitationem fieri & apoplexiam ſæpè præcedere. Sic hypochondriaci fiunt vertiginoſi, & vapore flatuque ab inteſtinis ſurgente, & peculiari in cerebro generatione talis ſpiritus, maligni, & ad id maximè facit inæqualis intemperies cerebri flatuum maximè & malorum ſymptomatum author, hanc in epid. belle Gal. expreßit cùm ait, Calidis vaporibus ſurſum elatis repleri & inæqualiter affici cerebrum. Inæqualiter autem, ait, afficitur cerebrum cùm quædam partes ſecundùm naturam ſunt aliæ non refrigeratæ ipſis ſecundùm naturam habentibus proximæ ſunt, hinc moleſta fit diſtributio frigiditatis, à malè habentibus, ad recte valentes. Sed inter cætera omnia quæ Gal. ſcripſit ad eſſentiam vertiginis pertinentia locus ille pertinet, in pul-

Inæqualis intemperies 2. modis fit.

commen. ad apho. 17. lib. 3

ad p. 5. ſec. 6. lib. 6. epid.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 23 sur 359

mone iſte ſpiritus cum materia dyſpnœam facit, in ventre melancholiam hypochondriacam, flatuoſam, in corde palpitationem in cerebro Echo, tinnitus, vertigines: Et quia cerebrum pars eſt magni momenti ideò ab eadem cauſa eximium illud ſymptoma exiſtit. Nam in cerebro flatus circumaguntur & arterias venaſque perturbant, in ventre tormina mouent, motum periſtalticum impediunt, ventrem aſtringunt, choleram ſiccam excitant, in cerebro motum impediunt & ſpiritus animales perturbant motuſque ſuos ratos, & ſtatos retinere impediunt.

9 Illud Hippocratis eſt 2. Epid. Excãdeſcentia valet ad bonos ſuccos generandos & bonum habitum comparandum vt Gal. comm. in part. 11. ſect. 3. lib. 6. Epid. notat quod illud dicitur de obœſis, pituitoſis, ſegnibus & ignauis, non de bilioſis, quibus quies & tranquillitas potius confert, aliis verò ſtupidis cogitatio valet, vnde illud τὸ τῆς ψυχῆς ϑελ πατος φρόντις ἀνθρώποις. Et quia elegans locus ille Hipp. 2. Epid. ſect. 4. audienda ſunt verba Hippocratis. planè aurea. δεῖ ἐμπαεῖν ὀξυθυμίην χρώματος ἀναλήψεως ἕνεκα καὶ ἐγχυμόσεως. lib. 6. Epid. ſect. 5. dum Gal. citat Hipp. aliis verbis vtitur ὀξυθυμίη χρήσιμος εἰς εὐχυμίαν καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνάκλησιν. Id quod Hipp. lib. de oſſium natura docet dicens, colorum mutationes fiunt corde laxante, vnde florentes & pellucidi, aut conſtringente, vnde ſubuirides aut praui alius coloris, cæterum aliud eſt ἐγχύμωσις aliud ἐκχύμωσις Gorr. in voce. ἔγχυμα καὶ ἐγχύμωμα.

Et Plin. cap. 1. lib. 23. Et Aph. 28. lib. 6.

10 Quomodo vinum lædat afferens conuulſiones, deliria vbi inanito corpore ſumitur, aut non præſumpto cibo Gal. explicat com. ad aph. 21. lib. 2. & ad aph. 36. lib. 7. qui loci ſunt commemorabiles, tamen idem Galenus comment. ad apho. quintum ſectio 6. lib. 6. Epid. in doloribus capitis & hemicraniis præbet, quo modo merum autem vinum iuuerit ſomno conciliato Gal. eo loco explicat; id quod eſt notandum, quoniam id communi omnium opinioni repugnat, etſi ad affectus nernorum & cerebri remedia calfacientia & ſiccantia conferunt cur vinum calfaciens & ſiccans nou valet? An quia fundit vinum magis? an quia vt alimentum ſubit magis, & ſi quid nocere poteſt magis nocet? fundit enim & non diſcutit, quod autem vinum ieiuno non bibendum ſit Plin. lib. 28. cap. 1. iam citato de medicis qui commendabant ſe nouitate placitorum & cibis præſumi præbibique voluerunt.

11. Nota cur dicat arteriæ dolores, at id eſt conſentaneum Galeno qui capite nono lib. 6. de ſanitate tuenda, ait quoſdam ob peculiare arteriarum temperamentum obnoxios eſſe vertiginibus, & doloribus ca-

pitis, quibus arteriotomia competere ſolet, quod notandum, nam illo loco agit de inæquali intemperie, de qua abundè agit & comm. ad part. 5. ſect. 6. lib. 6. Epid. 1.

CONSILIVM II.

Pro ſeptenni puero moleſta Raucedine laborante.

IN morbis nec præcipitanter timidos, nec temerè ſecuros eſſe oportet, hinc enim & illinc non niſi, aut præ timore morborum derelictio, aut præ confidentiæ ſecuritate temeraria remediorum vſurpatio, & prognoſis parum tuta. Ideo rem attollere malum, peiùs vero extenuare, ſi quid eſt quod ſit alicuius momenti Rem attollere, vel quo plus profeciſſe videaris, vel quò ignaris & idiotis excellentior medicus exiſtimeris non vacat, vel ſuſpicione inanis gloriolæ, vel fortaſſis ignorantiæ aut auaritiæ. E

Nunc de raucedine eſt, vbi raucedo floccipendi debet, & non attolli, eſt vbi magni fieri debet, vnde Galeno quæ diſtillationes hominibus primò tuſſim concitant, deinde raucedinem neque conſiſtunt, alteram tabis differentiam afferunt. ſed alio loco facit plurimi ipſum vocis vitium cum multas ob cauſas tabes conſequatur tum maximè ob diſtillationem fit, eam præcipue quam vitium vocis conſequi ſolet. Adeo magni momenti eſt vocem vitiari. *Gal in 1. Epid. circa initium. Eſt autem comm. ad par. 17. ſect. 2. lib 1. Epid. ad part. 32. ſect. 3 lib. 3. epid.*

Raucedo ſymptoma eſt laborantium faucium, vel ob pulmonis aſperæque arteriæ humidiorem intemperiem, vel ob humorem ſuperfluum à capite ſtillantem in fauces & vocis inſtrumenta plus æquo humectantem, vel non ſolum ob humorem à capite labentem ſed ab aliis partibus vel inferioribus ad pulmonem miſſis vel attractis.

Ita enim Galenus tabem aduenire, ait, aut ob diſtillationes à capite aut ob vitium ipſius pulmonis, aut affecto pulmone non ob diſtillationem à capite, ſed ob affluxum ab aliis partibus: vnde videre licet quam malè vulgus credat ſemper caput accuſan- 2 *ad part. 17. ſect. 1. lib. 1. epid.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 25 sur 359

©BIUM

dum esse vt authorem distillationum & affluxus ad pulmonem; attamen.

Galenus hîc contrà putat sæpè affluere humores ad corpus pulmonis aliunde quàm à capite.

Ergo humectatio instrumentorum voci deuotorum raucedinem parit, sicca enim magis corpora magis sonora sunt, quanquam moderata temperies facit vt clara & sonora sit vox.

Si id verum, corpora ergo calida & sicca sonoram magis rem aut sonum ederent, de siccis verum non de calidis, nam vehementi calefactione exasperatur magis arteria.

3. Ideo formidabilis est raucedo præsertim perseuerans & maximè quæ ab infantibus accidit & incipit. Iam enim non amplius symptoma est, sed morbus.

Hæc autem raucedo fit vel peculiari vitio Epiglottidis quæ est primum vocis instrumentum, ex Auicenna, vel ipsius arteriæ, idque ab externa vel interna causa, vel ipsius pulmonis vitio item quibus gargareon seu ligula exesa est, iis vox vitiatur & tabidi fiunt, ait, Aphrodiseus.

Maxime autem vitiat vocem vehementior pulmonis calor, aut

4. humiditas aut refrigeratio, cum à calore est, maior & grauior est vox cum frigiditas acutior, siccitas exasperat & vocem gruum voci similem mouet. Nimia humiditas veram raucedinem facit quanquam in quibusdam rauescit vox ingratiorque est non ob simplicem illam humiditatem; nam aliquando humor elueretur, sed ob vitium vel natiuum ipsius arteriæ & bronchiorum, vel ob vitium adscititium: cæterum tremula fit vox cum nimium humectatur vox, rauca cum pauca est humiditas, aliquando dilatatio maior raucitatem facit, & tunc quædam est lassitudo & loquendi difficultas. At quidam ex veteribus notauit,

5. à calore multo ipsius pulmonis & arteriæ vocem vitiari, id quod sanguineis & iunioribus à sanguinis repletione contingit, cogitur enim animans ob attractionem frequentiorem aëris fuliginosi excrementi expulsionem quodammodo irrauescere.

In hoc puero tribus nitendum est coniecturis, vel enim rauescit quia thoracem & præcordia calidiora habet, Et cum sit natus vtroque parente calidioribus partibus donato, non mirum si pulmo calidior plurimum frigidi attrahit, & aërem foris, vnde raucedinis maior occasio. Immo æque facilè æstate irrauescit, ac hyeme præsertim, vesperi & in loco frigidiore, & idem pulmo

Omino tamẽ siccitas laudabilior est in instrumentis vocis modo ne excedat vide paulo post.

attrahit vndique ſanguinem & ſpiritum, vnde plethoricis ſymptomatis facilè grauatur, id quod neceſſitatem ſpirandi auget. Immo & puer hic nocte hiante ore dormit, & interdum illi ferè perpetuo os apertum eſt, quare? quia credo illi incumbit neceſſitas frequentioris inſpirationis & expirationis, vnde raucedinis occaſio. Id quod ſæpè febrientibus accidit ob frequentiorem aeris frigidi attractionem cuius cauſa eſt febris, maximè vero ſi focus in pulmone conſiſtit, & hæc prima coniectura noſtra eſt.

Ariſt. prob. 22. lib. 11. calori nimio febrientes rauceſcere autumat.

Secunda eſt, quòd ſit μεγαλόφωνος præter ætatem.

Tertia, quòd natus ſit ille μητρόθεν ſtirpe tabida.

De eo quod diximus præter rationem ætatis eum μεγαλόφωνον eſſe id contemni non debet. nam μεγαλοφωνία & βαρυφωνία caloris indicium eſt, calor autem cor auget, auget & pulmonem, accedit & ipſius arteriæ inæqualitas, nam id ipſi puero accidit quia eſt θυμότερος vt verbo Hippocratico vtar, quod & iam grandioribus cum incipiunt hircire, Græcè τραγίζειν id eſt hircorum more vocem reddere aſperiorem: vocem enim grauiorem habet quam ætatulam deceat. Et in iſta præmaturæ vocis grauitate dilatatio inæqualis ipſius arteriæ contingit, id quod ad inducendũ raucedinem quandam facit. ſi itaque à calore grauior eſt vox & arteria vt tenerior, vim quandam patitur & inæqualior fit, vnde raucitatis occaſio, iſta autem raucitas minus formidabilis eſt. Eſt enim potius vt ſignum bonum, quandoquidem virilitatis & vis cuiuſdam maſculæ eſt argumentum, puer enim iſte quia θυμός eſt, ideóque abundat calore & pluri alimento fouendus eſt corpulentiâ, virilitate, viuiditate, vt ſic dicam & quadam ἀγχινοίᾳ ætatem ſuperauit.

In pueris caloris & inæqualitatis arteriæ ſignũ μεγαλοφωνία.

Cæterum ipſa dilatatio ante ætatem nocere poteſt, ex ſententia enim veterum dilatatio iſta raucitatis vocis cauſis adnumeratur.

De dilatat. vocis legatur id quod Gal. ſcripſit lib. de voce.

Ex dilatatione enim iſta quædam laſſitudo accedit, & difficultas in loquendo. Id quod ab hoc puero alienum non eſt, nam dum loquitur niſu quodam & contentione quadam vtitur & vafa iugularia, præſertim venæ dilatantur & intumeſcunt, id quod duarum cauſarum alteram agnoſcit vel iſtam arteriæ dilatationem vel pulmonis repletionem, & reuera ipſe puer narrat ſibi inter loquendum & reſpirandum aliquid acidum in arteriam deerrare, acidum autem maximè voci afficit, & ſi quid incidit in fauces acidiuſculum, non mirum ſi irrauceſcat: nunc ad cætera pergamus.

Vnde huius demonſtratio peti poteſt.

Tertia coniectura erat, quòd ille μητρόθεν stirpe pulmonica satus esset, nam à stirpe generis morbi in posteros deriuantur, & vt bonorum hæreditates ita morborum successiones ad posteritatem perueniunt. auus enim anno ætatis vigesimo octauo tabidus ex pulmone interiit; matrem pueri sustulit pulmo & thorax purulentus. Copia autem puris erat insignis, & omni superior fide. Antequam ita purulenta diem suum obiisset per annum vnum & dimidium antè querebatur de siccitate linguæ, siti, & calore incredibili Thoracis, omnia sicca erant, Nil expectorabat, ne tussiebat quidem. Cum postea per dies viginti continuos de dolore sinistri lateris questa fuisset, & nouies φλεβοτομηθεῖσα cum frequenti spiritu & inquietudine incredibili fato concessit.

Vt bonorum hæreditates, ita & morborum successiones ad posteros perueniunt.

Cum itaque puer tam parum sano vtroque parente à stirpe materna satus sit, præsertim vero pulmonis propria ac gentilitia affectione quæ cæteros ferè attingit, non mirum si quicquid partibus thoracicis acciderit quamuis τῇ φαντασίᾳ exiguum negligi non debeat.

Morbi congeniti seu parentales Pl. n. metuendi.

Ego concursum, συνδρομήν, Græci vocant causarum in hoc puero animaduertimus, caloris dominatum in pulmone & corde (est enim biliosiore patre & matre genitus) vnde pulmo cogitur sæpiùs alas suas explicare, vt cordi refrigerium afferatur. Testatur μεγαλοφωνία ἡ βαρυφωνία. Hoc enim testimonio est, multum caloris adesse & cum in corde sint focus, & lares caloris innati, cor calidius, & maius magnum amplumque thoracem requirit. Animaduertimus etiam irrigationem faucium etiam ab acidiuscula pituita: humectatio autem arteriæ raucam vocem maximè facit, siccitas autem si paulò sit immoderatior vocis vitium affert: tamen humectationi siccatio præferenda, vt enim sonora corpora, claraque fiunt, quæ sicca, ita præ humiditate flaccescunt sonumque edunt obscurum; ideo natura vocalia organa, sicciora effecit maximè asperam arteriam atque Epiglottida, quo clarior vox efficeretur, sed siccitas modum excedens vocem quoque vitiabit.

Gal. ad part. 24. sect. 4. lib. 6. Epid.

His ita positis antequam ad remedia accedamus quorumdam animaduersio est ob oculos ponenda.

Primum quod distillationibus obnoxij sunt & pulmonum morbis immo & tabi & præsertim quæ à pulmone est illi qui calidiore sunt temperamento, qui sanguinem calidiorem feruidioremque siue natura siue vitæ instituto habent. Et tamen quia tale

Qui calidiore temper. & pulmone ij tabi & destillationibus obnoxij.

hominum

©BIUM

hominum, genus os pituita ſaliuâque plenum habet, putat ſe frigidius & caput & cerebrum, & pulmones habere, contra fit, vt experientiâ deprehenditur.

Eſt enim quidam qualitate acri præditus calor, qui liquat, fundit & διάχυσιν ἢ ἔκτηξιν facit, & in hoc multi falſa opinione catarrhi labuntur & decipiuntur. Plura in eam rem doceremus niſi id totum ampliùs fuſiúſque ediſſeruiſſemus in noſtris commentariis. *Ballonius de his in 1. & 2. l. Epid. & conſil. lib 1. & in opuſc. de Gibbis & aſthmate.*

Secundum eſt, Galenus audacter iis ſanguinem mitti iubet, quibus pars aliqua malè conformata, maximè verò ait, ſi Thorax: à maiori valet argumentum, ergò multò magis iis detrahendus, quibus corpus pulmonis calidius eſt, amplius, plenius, vitium enim thoracis aliquando eſt ab infirmiore natura, vt alatis contingit. *Liberaliter ſanguis detrah. in Thoracis mala conformatione. Gal. de ſang. miſſ. adu. Eraſ.*

De ea re eſt etiam tractatio noſtra copioſa in eo tractatu, quem de gibboſitate ſcripſimus.

At εὐεξία ἢ τὸ θρέψιμον. in hoc puero in laudabilibus duci debent, id enim bonum, & vt ſignum, & vt cauſa: vt ſignum, quoniam declarat legitimas eſſe naturæ ipſius functiones in hoc corpuſculo nutriendo: vt cauſa, quoniam declarat calori etiam paulò maiori pabulum non deeſſe.

Et hîc ſeſe contrariæ indicationes offerunt, ſi, vt facilior ſit reſpiratio, & pulmo non ita augeſcat, vel ob pleniorem ventriculum ipſum diaphragma opprimentem, non ſtranguletur vrgeatúrque, ipſius pueri genius defraudetur, dum de demenſo cibóque detrahetur, prohibebitur corpus incremento, pueri enim non facilè ieiunium ferunt, ij maximè, qui inter eos ſunt vegetiores, ſeu θρεψιμόπεροι. Et etiam ſi plenius alatur plus ſanguinis generabitur, & occaſio erit maior ipſi pulmoni ſui implendi; & oppreſſionis occaſio maior erit, tum ex multitudine ſanguinis, tum ex ventriculi tumore, ventriculus enim ingeſto alimento, vt pars membranea facilè dilatatur, & aſſiduitate capiendi multi alimenti dilatatur magis; vnde ſiue plenus, ſiue vacuus, vt amplificari ſolitus, ipſi diaphragmati liberæ reſpirationis inſtrumento oneri eſt, diaphragma preſſum thoracem anguſtum reddit parte interiore, hinc pulmo anguſtia thoracis corde æſtuante, maius refrigerium requirit & attrahit ſanguinem, cùm non ſufficiat inſpiratio expirationi, immo & cor dilatatur, id quod in multis obſeruatum eſt. Cor enim calidius effectum, aut op- *Hipp. 13. Aph. lib. 1.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 29 sur 359

©BIUM

preſſum multi aëris indigens, vehementer mouetur, & infernè aërem nequiens attrahere, ſanguinem validè attrahit, ſanguis vi attractus, & copioſior quàm par ſit imò quodãmodo cumulatus, & conculcatus opprimit & vaſa diſtendit. hanc affectionem veteres medẽdi magiſtri barbaro, ſed appoſito nomine ſanguiſugum vocauerunt; partes enim hirudinum modo alliciunt & attrahunt. Deinde cor vehementius & celeriùs mouetur maioris refrigerij ergò: & penè animans ſuffocari videtur & veluti, καρδιώγμοὶ adſunt attracto multo ſanguine, & corde perſpiratum non habente, quæ cauſa, ni fallor, impulit quoſdam veteres vt velocem & crebrum cordis motum palpitationi ſimilem καρδιώγμῷ nomine donauerint, idque ex conſecutione quadam, quia homines viderent in iſto crebro, & veloci motu, & palpitatorio καρδιώσσει, maximo enim incendio vis vitalis laborat, ait Gal. Ergo quod ad Therapiam ſpectat: Bona victus ſeruanda lex eſt, in cibo, potu, aëre; quiete & corporis exercitatione.

Comm. ad aph. 63. lib. 4.

Exerceat vocem ieiũnus, nam qui pleni loquuntur multum rauci fiunt, ait Ariſtoteles; ſed maximè maior vitanda repletio, diæta potius refrigerans eſſe debet quàm calefaciens, veteres in affectibus thoracis nimij fuerunt in calefaciendo. Moderata potiùs in vſu ſunto.

Melicratum in vſu eſto aliquando, emollit pulmonem, videatur autem ne quid errati in calidiuſculo hoc puero contingat, partes enim vſu rerum mellitarum & ſaccharatarum intumeſcunt, vnde apud Hippocratem οἶνος γλυκὺς μεγαλόσπλαγχνός ἐστι, melicratum promouet expectoratum, quanquam glutinoſius aliquando ſputum reddit, non ex ſe, ſed ex euentu, id quod ex Hippocrate & Galeno notandum eſt.

3. de diæt. acut. vinum dulce μεγαλόσπλαγχνον. 3 de diet. acut.

Lenientia & temperantia valent. Tabellæ bechicæ, glycyrrhizæ ſuccus cum melle Narbonenſi, aut melicrato, Amygdala, ficus, paſſulæ.

Caſſia in linctu frequens, addita conſerua violarum, aliàs in iuſculo diſſoluta: caſſia condîta nuper allata.

Intingere glycyrrhizam in ptiſſana, & lingere.

Sectio venæ cùm ſit argumentum calidioris pulmonis & repletionis.

7. De balneo videatur num conferat, quanquam eſt vbi balneum conferre poteſt, eſt vbi non poteſt, Galenus & Hipp. in affectionibus pulmonum balneum laudant. At dicet quis, ſi inflamma-

Fernel. lib. 2. meth. ad fin.

tio in pulmone eſt, oberit: ſi copia humorum liquando & fundendo ſuffocationis periculũ afferet. Reuera Hipp. vult cocto morbo balneum conferre, peripneumonicis, & pleuriticis (addit enim Galenus pleuriticos) balneum magis confert quàm febri ardenti. Deinde verò etiam confert iis quibus nares ſiccæ, id eſt, quæ nihil reddunt, cerebro nimium reſiccato : confert & iis quibus æſtuant præcordia, id quod Galenus expreſsè docuit. *Ad part. 58. lib. 3 acut.*

Actiones & motus ſint moderati, vt ne agitato corpore nimium pulmones incaleſcant.

Eſt & commodum vt aliquis eius voci præſit vt nimio clamore arteriæ & pulmoni non vis aliqua inferatur. 8.

Lingere mel erit optimum, caules rubri valent, item ſyrupus de glycyrrhiza, cum capillis veneris, hyſſopo, melle, ſaccharo, & ſapa, in parua quantitate.

Amygdalatum conferet, lac aſinæ, & alia arteriaca moderata, formulæ & hypoglottides exceptæ gummi tragacanthæ.

ANNOTATIONES.

1. *De voce & eius differentiis multi multa. Cicero has differentias ponit, canorum, fuſcum, acutum, graue, flexibile, durum, & hæc in voce. Clodius Nero fuſcam vocem habebat, cuius corrigendæ ergo Muſicam amauit, Suetonius Terpno muſico canenti Nero poſt cœnam in multam noctem aſſidebat, paulatim ipſe meditari & exercerì cœpit, nil eorum omiſit quæ muſici vel conſeruandæ vocis cauſa, vel augendæ factitarent, ſed & plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinebat, clyſtere vomitúque purgabatur, abſtinebat pomis & cæteris officientibus: donec blandiente profectu (quamquam exiguæ vocis & fuſcæ) prodire in ſcenam concupiuit ſubinde inter familiares græcum iactans prouerbium. Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectum: Æneas Syluius qui poſtea Papa fuit, in magno hominum conuentu de voce & Muſica cum aliis contendere ſolitus erat, & quum id quidam obiicerent vt aliquid audax nimis & temerarium, reſpondit, ſolus homo leuiſſimus eſt cantor.*

Sed obſeruatione eſt quoque dignum Elephanticos vitioſam habere vocem. Idem de hypochondriacis dicẽdum; in quibuſdam non caput, non pulmo accuſandus, ſed luſtranda ſunt hypochondria & he-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 31 sur 359

par ipſum maximè.

2. *Elephantici vocis vitium habent, quidam etiam à natura, & reuerà aut occulta eſt cauſa iſtius vitij vocalis, aut ſi percipitur ægrè id fit.*

Ex voce præſertim, mala ducimur ad cognitionem eorum quæ intus latent Hippo. lib. de arte. Ex voce & vrinis ait, nos doceri, per interpretationes peregrinas, ἀλλοτρίας ἑρμηνείας.

4. *Si humiditas nimia raucos facit, ſiccandum, contra fit. Huc pertinet locus Ariſtotelis paulò ante citatus, quod vehementiore calefactione maximè exaſperatur aſpera arteria, prob. 12. lib. xi. problematum.*

5. *Dicunt Aggrippam annotaſſe ſolos Gallos muſicos. Hiſpani ob ſiccitatem pulmonis vocem ſubmiſſiorem habent: vaſa enim & thorax non dilatantur, at Germani vocem grauem quaſi boantem & fuſcam habent, quia amplus thorax, calor multus, & excrementum fuliginoſum multum, quod fuſcam & minùs canoram vocem facit.*

6. *Hipp. inter eos quibus purgationem interdicit, raucos memorat, quaſi raucedo catharſi non egeat. Ita Galenus ad part. 115 lib. 4. acut. raucos non purgari vult Hipp. horum enim frigiditatem & humiditatem ſanare conſuluit capite & reliquis membris quæ affecta ſunt, exſiccatis topicorum vſu.*

7. *De balneo vnum eſt notandum, quòd antè cibum alias dotes habeat quàm poſt cibum. Nam ante cibum extenuat corpus, macrúmque reddit: poſt cibum pinguefacit. Ideo Galenus docens qua ratione quibus præciſum eſt membrum dyſenteria cruenta non laborent, ſuadet vt de cibo detrahant, balneo vtantur ante cibum, non poſt cibum comm. ad part. 40. ſect. 4. de art. deinde vero balneum ijs aduerſum eſt qui graui morbo tenentur & quibus nobilioris viſceris imbecillitas ineſt & quibus præcordiorum durus ac renitens tumor.*

8. *Sequendum illud quod eſt apud Sueton. in Nerone, tantum abfuit à remittendo laxandóque ſtudio, vt vocis conſeruandæ gratia, milites non niſi alio pronuntiante appellaret. Nil ſeriò iocóue egerit niſi adſtante phonaſco & monente vt parceret arteriis & ſudarium ad os applicaret, & de Auguſto pronunciabat dulci & proprio quodam oris ſono, dabatque aſſiduam phonaſco operam. Is vocem intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat.*

©BIUM

DE FEBRE NOCTVRNA.

CONSILIVM III.

In quo quæritur cur Empyici nocturnas potiùs quàm diurnas habeant exacerbationes.

VXOR præsidis Carmelij annos nata viginti nouem, nata patre pulmonico qui tabidus interiit, eo ferè anno extincta est, quo & pater, adeo magna est vis morborum congenitorum. Id quod Hippocrates passim, & Aphrodisæus, qui morbos hæreditarios statuit, docens caluitium iis non contingere qui humore abundant, qui capillo sunt promisso & simplici, nisi fortè vitio stirpis, caluities contingat, vt contra humorum conditionem & vim, vis congenita sese ostentet & proferat. Fuit tempus cum suppressi fuissent menses ob causam manifestam (nam ægrè mariti morbum ferebat) cœperunt fluere. Bellè satis habebat. Tandem questa est de linguæ rubore, & siccitate iuncta siti insigni. Pulmonum ardor erat & ἐρυσιπελατώδες aliquid. concepit. peperit. A partu substiterunt lochia. febris. Dolores lateris sinistri. Circa vesperum febris recrudescebat, iactabunda, ægrè spirans, frequens spiritus. Animam actura videbatur. Febris mane (vt in morbis ferè omnibus accidit, fauente quodammodo Aurora) remittebatur. Inæqualitas erat caloris & frigoris. Iste status dies penè triginta perstitit. Nullo iuuabatur remedio, licet decies aperta vena fuerit. Tandem mors. Aperto cadauere omnia sana occurrerunt præter pulmonem. Pars sinistra pulmonis ferè magna sui parte tabuerat & tabo infecta erat, sanâ reliquâ substantiâ. Purulenta materia continebatur illa thoracis parte æquans sua quantitate tantum, quantum duæ pintæ Parisienses

Imo ex Hipp. morbi congeniti & parentales vix curantur.

Prob. 1. lib. 1.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 33 sur 359

©BIUM

complecti & comprehendere poſſent. Tamen fœtor non erat. Non erat grauis ſpiritus. Non multum tuſſiebat, & nihil iſtius materiæ ſputo excernebatur.

Ad finem 2. acutorum. Facies eius ferè index erat affectionis pulmonicæ. Nam tota penè facies ſæpè erat velut ſubalbida, & iis quos Hipp. ἐψημένους vocat, latinè excoctos dices, non diſſimilis. Galli vocant, *il a vn viſage de conin parboullu.* Et hæc facies aliquando turgidula eſt & familiaris iis qui ſunt aut ſuppurati, aut quibus pituita putri ſcatent pulmones. Sed & genarum aliàs erat rubor fugax: & ſæpiſſimè ignes ſacri in faciem inuolabant. Ex doctrina autem Hippocr. & maculas, & πόμφος, & ignes ſacros iis oriri quibus pulmonum corpus intemperie laborat, didicimus. Id quod notandum erat.

Hæc capita fuerunt deliberationis antequam in grauiſſimum morbum incidiſſet. Laborandum fuit in corrigenda intemperie connata & genitiua. In febre tollenda nocturna (hæc autem febris iam illam affligebat ſex aut quinque menſibus antequam inciderit in morbum in quo ipſa periit) in fœtu confirmando (grauida enim erat) cum ſuppar ſtudium eſſe debeat conſeruandæ & fœtæ & fœtus.

Et cum olim igni ſyluatico (qui herpes dicitur) partes faciei occupante laborarit, nunc velut febre non putri & eryſipelatode laborat. Vt enim tumores contra naturam differunt, ita & febres: quarum quædam ſunt ſanguineæ, vt ſynochi imputres, aliæ bilioſæ, in quibus potius alterationi, quàm vacuationi locus eſſe debet.

Nec mirum ſi tantopere laboret, tenetur enim dominatu caloris acris, mordacis, caliginoſi. Eos autem qui eo ſunt temperamento, pingueſcere ſanitatis terminus eſt; Bilioſa eſt, itaque nocentiſſima inedia, Phlogoſis eſt in pulmone. Non tamen ita oportet accuratos in Phlogoſi pulmonum, vt in hepatis Phlogoſi. Hepar enim officina eſt ſanguinis. Et quod dedit negotium, fuit cognitio & ratio exacerbationum nocturnarum.

Et cum hæc mulier (vt ante diximus) faciem aliter atque aliter haberet affectam, mox genis colore rubro & calore ſuffuſis facie reliqua colore albicante qualem quoque deſcripſimus: Omiſſum eſt aliud quoque ſymptoma de quo grauiter quereba tur. Hoc autem fuit ἀμβλυωπία ſeu hebetudo viſus. Ideóque illa ſibi ſanguinem detrahi ægrè ferebat. Hac enim ratione fore pu-

tauit viſum imbecilliorẽ. Ettamen ſi cui vnquã mulieri ſalutaris fuit Phlebotomia, huic vni fuit. Hæc enim viſus hebetudo nõ ab obſtructione, aut paupertate ſpirituum animaliũ, aut ab imbecillitate, aut denique à vitio inſtrumenti fuit, ſed à ſanguine feruidiore & copioſiore qui in illa inferne ferebatur ſurſum. Id illi contigerat quod & iis quibus è nare hæmorrhagia futura eſt. Obſcuriùs enim vident donec largo ſanguinis fluxu venæ deplentur. Atque huius rei cauſa ſolis medicis, quibus ipſa ratio ſuffragatur, cognita eſſe ſolet. Pulmonica erat à pulmonum feruore, huic menſes non ſatis legitimè reſponderunt. Lacrymari erat facilis, quòd ὀξύθυμος, & imo pectore angens ſeſe animi, iram coquebat, & præ pudore foras exerere non audebat, huic lacrymæ pro omni refugio & ſolatio. Interea ad caput & pulmones calidiuſculos raptus humorum fiebat.

Ac quod oculorum ſeu viſus hebetudo ab ea quam diximus cauſa, dependeat, vel authoritate ſummi Hippocratis innoteſcet. Ita Hipp. Quibus nec febricitantibus, nec decoloribus caput & vertex dolet, &c. his hæmorrhagia futura eſt. Quibus ſanguis fluit, hi ſani videntur. His autem vel ſplen eleuatur, vel caput dolet, vel quippiam ob oculos obuerſatur, (Græcè μαρμαρυγὰδες' π) ſic viſus obtenebratio iſta hæmorrhagia ſoluitur, ergo nec imbecillitatis, nec obſtructionis index eſt. 2. Prorrh.

Et idem Hipp. loquens de ſpecie quadam morbi podagrici & iſchiadici in iis quibus magna ſunt viſcera, & olim ſanguis è naribus fluxit, ait, interroganum fluxerit copioſè olim ſanguis è naribus, item num hebetudine viſus (Græcè ἀμβλυωγμὸν vocat) laborauerit. Sic hæc hebetudo à ſanguine & feruentiore & vberiore eſt. Vide & de nyctalopia apud eundem Hipp. quæ pueros, adoleſcentes & iuuenes tenet, & certis temporibus curatur per ſe. Huiſque non ſunt virgines & mulieres, ſi vtriſque menſes proueniãt, obnoxiæ. Vnde hæc nyctalopia? non aliunde quàm à ſanguine & copioſo & feruente. Notandum id, vt ne cunctanter, venam aperiamus in viſus obſcuritate, id quod vulgus falsò reformidat, perſuaſus ab imbecillitate eſſe id quid quid mali eſt. Ibidem. 2. Prorrh. Nyctalopiæ nomine auditur cum ægri nocte vident. Contra alij nomẽ hoc accipiũt.

Sed quæſtio oriri poteſt cur, cum tanta copia materiæ purulentæ in thoracis capacitate contineretur, non multum tuſſiebat, & nihil materiæ iſtius πυωειδοῦς excreatione educebatur. Galenus tres omnino cauſas aſſignat propter quas pus in thorace conten- Part. 60. lib. 2. progn.

©BIUM

tum non excernitur, puris lentorem & craſſitudinem, membranæ pulmonem ambientis denſitatem, facultatis in ægrotante infirmitatem. Addendũ vnum puto. Pars pulmonis ſiniſtri exeſa & corrupta erat, quare iſtud pus tanta collectum copia non ſolicitabat facultatem ad excretionem ſui. Facultas enim valida erat, membranæ denſitas non impediebat (nulla enim ea in parte erat vt pote conſumpta) pus non erat adeo ſpiſſum craſsúmque. Dicam meas conjecturas. Pulmo non ſentit, habet enim corpus ἀναίσθητον, ſi aliquis ſenſus ineſt, ob membranam ineſt, at hæc tabuerat, ideo non poterat eſſe ſenſus inſtrumentum. Ideo vellicatio & punctio non ſentiebatur, niſi in membrana coſtis ſubtenta & ſuccincta, vnde dolor percipiebatur acutus, ſed pulmoni non erat reciprocus. Pars enim pulmonis effœta pus in latere ſiniſtro contentum non exugebat, ideo non expectorabatur, nec tuſſis erat quæ irritamenti & calcaris inſtar eſſe poſſet.

I.

Alia conjectura, craſſior pars iſtius puris, aut putris pituitæ, (de hoc autem paulo poſt ex Hippocrate) obducta erat parietibus & thoracis & pulmonis reliqui; & ſic impediebat quominus materia collecta in capacitate thoracis pungeret & irritaret, vt inde tuſſis moueretur. Quomodo vidimus pleroſque cum tuſſi (quæ eſt calcaris inſtar ad repurgandũm corpus pulmonis, quantitatem aut puris, aut pituitæ πυωειδοῦς, quantitatem (inquam) omni maiorem fide excreuiſſe, & poſtea ſani ſatis vixerunt, & cum tabuiſſent penè, bonum corporis habitum & εὐσαρκίαν recuperauerunt.

1. de morb.

Dicet quis cur toties dictum eſt puris, aut pituitæ putris & πυώδης? Quid illud eſt pus, aut pituita πυωειδής? An idem ſunt, an longè diſtinguuntur? Dico ego pituitam putrem recoctam & præſertim admixto ſero putri ac bilioſo vt id quod excernitur virulentum quodammodo ſit & ſubuiride) idem facere ferè quod & pus.

Sed hoc differunt, quod pus eſt malum vt ſignum & vt cauſa. Vt ſignum quoniam abſceſſum & inflammationem ſyſtrophicam proceſſiſſe declarat, vnde conſumptio partis pulmonis ſecuta eſt. Vt cauſa, quia niſi exeat febrem lentam fouet, rigores inæquales affert, & corrumpit partem & in qua manet, & contagio vicinam. Iſta verò pituita putris & æqualitatem nacta & læuorem, mala eſt vt cauſa, quoniam afficit pulmonem ipſum morâ

morâ nisi exitum habeat. Quomodo videmus quosdam mungere viride & æruginosum & πυώδες ferè (vnde vulgus non ineptè dicit, *il mouche comme de la boüe de bosse*. Et in tussibus cum pituita excernitur & sputum album est semiputre, & ὁμοῖον τοῖς πυώδεσιν, sic loquitur Hippo. lib. 7. epid. circa medium. Os charite, ἀπόχρεμψις ὁμοίη πυώδεσιν, cum cocta fuisset, & hæc materia initio bona erat, pituita enim & proprium erat capitis excrementum) sed per moram & putredinem quandam, & virorem acquisiuit dum cumulata, in parte non haberet suam "ευπνοιαν, contra erat quædam καλάπνιξις, vt loquitur Theophrastus, quæ putredinis & grauis odoris est causa. *Theoph. libro de sud. rebus.*

Ac præter moram istam & καλάπνιξιν, & difflationis carentiam obseruari debet quoque, esse quosdam quibus ob proprietatem quandam pituita omnis ferè quæ in eorũ corpore gignitur, habet aliquid κακώδες, vnde quancumque in partem incurrit, fœtitiam suam manifestat. Dentes rodit & è suis alueolis radicibus erosis, disturbat Chæradicos tumores mouet. Denique mille tædia milleque mala concitat. Eadem pituita si in pulmones irruit, exulcerat, afficit, denique in putredinem eosdem pulmones resoluit. Excreta è pulmone eadem materia aliquid habet insuaue, & aspectu horrendum. Vulgus putat esse pus, saltem penè eosdem habet effectus, quos & pus ipsum. *Dentes ignibus indomitis cauantur tabe putris pituitæ. Plin.*

In ista ægra tanta materia, quæ aperto cadauere inuenta est, pus non erat, meo iudicio, sed pituita πυωδὴς, quæ speciem abscessus præseferebat. Si enim pus verum fuisset, vnde tanta copia, cum argumenta apostematis non præcessissent. Sed vno ferè anno antequam excessisset erat illi ingens sitis, lingua sicca, febris nocturna, calor acer & mordax, in appetentia, facies colore subalbido (vulgo *de couleur comme vne pomme cuittè*) nisi quod malæ fugaci quodam rubore suffunderentur, ni faciè crebro ignes sacri & volatiles. Quæ omnia malè affectorum pulmonum signa erant. Sic à longo tempore fouebat illud malum & collectionem malignæ pituitæ, quam si tussi irritante, excreuisset, ab eo periculo fuisset asserta. At tussis non erat: causas autem veri-similes paulò ante recitauimus. *Sub finem huius commentarij explicabitur ex Hippo. aliud esse τὸ πύον, aliud, τὸ πυῶδες.*

Et ne cui mirum videatur hoc de ista putri pituita commentum, adducendus est Hippocrates tanquam pro nobis fide-iussurus. Fiunt suppurati nonnulli si pituita de capite delapsa ad latus agglutinata fuerit & putruerit. Tunc enim latus vt plurimum in- *li. 1. de morb.* « «

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 37 sur 359

©BIUM

„ flammatur,& patitur eadem quæ & ex pleuritide ſuppuratus. Id
„ quod ſi aliàs alicui ægro accommodari poteſt, huic noſtræ ægræ aptandum eſt. Licet enim ſuppreſſa fuiſſent lochia, & dolor lateris ſecutus fuiſſet,non tamen credo per ἀναδρομὴν ſanguinem id tanti mali peperiſſe.Sed data occaſione & ob partum, & ob ſuppreſſum ſanguinem, malum quod ante ſigna aliquot ſui ediderat,nunc ſæuit & ſæuiendo ſeipſo fit deterius. De his aliorum eſto iudicium, nec enim mearum opinionum ita ſum amans & aſſertor,vt non,ſi quis melius aliquid afferat,facilè acquieſcam.

Vnum reſtat explicandum de exacerbatione nocturna in purulentis. Et quanquam de periodis morborum & humorum,diſputare velle, opus eſt arduum & difficile. Tamen quoniam de exacerbatione nocturna mentio aliqua facta eſt, ſicco pede id præterire eſt alienum.Audiatur Hippocrates: his ſignis purulentos dignoſcas. Si febris non dimittit,interdiu mitior, noctu ve-

Part.60. lib. 1.prog.

„ hementior.Si copia ſudoris elicitur,ac tuſſiendi cupiditas eſt, nec
„ quicquam tamen dignum commentatione expuunt. Si oculi
„ caui redduntur, maxillæ verò ruborem trahunt, & vngues manuum curuantur,digiti verò potiſſimum ſummi caleſcunt,atque in pedibus tumores conſiſtunt,neque cibum appetunt,ac puſtulę circà corpus erumpunt.

Galenus probabilem rationem afferre viſus eſt, interpres verò
6 A. vega frigidior paulò videtur in eius rei reddẽda ratione. Accidit omnibus hectica febre laborantibus vt noctu febris augeatur;non quod ratione febris nox augeat febrem, ſed per accidens quod quidem tale exiſtit, per febres hecticas, partes enim ſolidæ ignitiores euadunt. Ob id ſui ſimilis in ſe manet eódemque habitu febris caliditatem obtinens, vt calx, debilem contingentibus. Si edunt bibúntque accidit idem quod & calci aqua perfuſæ: quò fit vt contingentes exteriùs ægrum multò calidiorem ſentiant. Sic ob alimentum id contingit, non ratione τῆς διαθέσεως. Nam cum alimento calor eſt febriculoſior. Statim adhibito augetur cibo qui vehementiſſimus percipitur tempore τῆς ἀναδόσεως.

Ἀναδόσεως tempus.

Hæc quidem veriſimilia ſunt quæ adducit Galenus, vt reddat rationem cur exhibito alimento calor hecticus augeatur: ſed ſi ſerò non exhibetur alimentum an increſcet noctu? hoc non dicit. Item non explicat, quòd pus habeat maximè ſuos paroxyſmos nocturnos. Audiendum autem illud Hippocratis pronuntiatum in Epid.cum de multis locutus fuiſſet qui aut tetano,aut opiſtho-

©BIUM

tono correpti fuiſſent. Nam ſanies quædam & ichor horum ſymptomatum terrificorum author erat. Tandem Hippocr. pronuntiat κατὰ τὸ ὀπιφώνημά τι (quanquam non video vnde id dependeat, nec enim periodus de ſuppurationibus & doloribus ad noctem repetentibus, iis quæ priùs dicta ſunt, conſentit & adhæreſcit.) Ita Hipp. πρόσγε ἐν πᾶσι ἐμπυήμασι, καὶ τοῖσι περὶ ὀφθαλμῶν, μάλιστα ἐς νύκτα οἱ πόνοι. Id eſt, ac certè in ſuppurationibus & iis quæ ad oculum pertinent, dolores in noctem incidunt: ergo & febres. Sic Hipp. docet cur ſuppuratis febris noctu augeatur, quia dolores & labor ein ſuppuratione noctu irritãtur. Sed tamẽ nondum ex Hippocrate conſtat cur proprium ſit τῷ ἐμπυήματι, vt de nocte ſuam habeat ἐπισημασίαν. Sic Galenus mancè explicat cauſam paroxyſmi febrilis, & tantum ad generales hecticas febres recurrit: nec tamen adhuc ratione ipſius affectionis noctu febrem irritari ait, ſed ex euentu, nempè dati alimenti. Quid ſi æger hecticus aut empyicus ſumat cibum tantùm circa meridiem? Aveg aait tempore Hippo. ſolitos homines ſemel cibum capere, & id veſperi. Ita fiebat vt cum hectici forent circa tempus ἀναδόσεως τῆς βοφῆς; febris augeretur. Sed pace & Galeni & alterius interpretis Hiſpani dicã, hæ rationes ſunt paulò frigidiores. Explicandum erat cur empyici quatenus tales, magis noctu febricitent. Quod commodè feciſſent ſi operam dediſſent in explicanda ſententia Hippo. ex quinto Epid. adducta de nocturno paroxyſmo τῷ ἐμπυήματος.

Epid. 5.

Morbi oculorum habent ſuas exacerbationes ad noctem.

Locus eſt apud Hippocratem de diſtinctione febris nocturnæ & diurnæ, qui aliqua ratione contrarius videtur eſſe huic loco, qui eſt de nocturno paroxyſmo in ſuppuratis, ita Hippocrates, febris nocturna non admodum lethalis, longa tamen eſt: diurna longior. Sunt quibus ῥέπει πρὸς τὸ φθινῶδες, ad tabem vergit. Ideò nocturna non admodum lethalis eſt, quòd coctionis ſit capax, & quod interdiu excutitur quod nocte coctum fuerat, id quod in laudabili ducendum eſt. Dies enim & vigiliæ magis digerunt. Diurna longior dicitur, quia de nocte nil exudat, nec ex facili ægri ſomnum capiunt ob curationes. Nox enim in curationem impenditur. Ideo ex Hippocrate, Galenus colligit diurnæ conditionem eſſe deteriorem, quòd ad tabem ducat. Nam cum paroxyſmus diurnus eſt, diffiandæ materiei tempus in noctem incidit, at nocturnum tempus diffiationi non eſt accommodatum, vt diurnum: ideo diurna eſt longior & ad tabem adducit, & ob cura-

Particul. 61 ſect. 3. lib. 1. epid.

Gal. in com. Diffiatio in febrem incidens maximè eſt commendabilis, quòd paroxyſmum aut leuet aut ſoluat.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 39 sur 359

©BIUM

tionem. Nam nox quieti eſt propria & accommodata: at noctu & cibus datur, & medicamenta capiuntur, ſic tabeſcunt diuturnitate temporis; quia ſi cubent interdiu, ſomni defectu marcent, ſi non cubent, dum nec noctu nec diu dormiunt, veſpertilionis & non hominis vitam agunt, hæc Galenus. Miror ego cum ſuppuratorum febres ſint hecticæ, cum eorum conditio ſit peſſima, cur non diurnos potius habent paroxyſmos, quàm nocturnos, ſi quidem deterior eſt nocturna febre, ipſa febris diurna? Motus autem puris & purulentæ materiei in noctem potius incidit, ex ſententia Hippocratis. De his aliorum eſto iudicium.

Hæc Hipp. 2 epidemiorum docet & tota antiquitas idem cenſuit.

De motu quidem humorum inter omnes conſtat, quòd ſanguis manè, bilis circa meridiem, ſuccus melancholicus veſperi, & pituita noctu moueatur, vnde eſt analogia inter tempora vniuerſalia & vnius diei particularis. vtrumque tempus enim vna ſolis circuitione finitur: dies quidē circuitione totius cæli, annus verò propria ipſius ſolis. Sic morbi qui alioqui in aliqua anni parte fiūt, ea diei parte quæ illi reſpondet exacerbantur, vt æſtiui in meridie, autumnales veſperi, quod veſperum reſpondet autumno. Quæſtio autem orietur. Nunquid vernales morbi mane irritabuntur, vt hyemales noctu? Tamen vere tot morbi pullulant: in aurora pauci admodum. Immo tempus matutinum morbis & ægris amicum videtur: rarò in auroram morbi incidunt. Et cum videmus in auroram morbos incidere, de iis malè ominamur. Vt in peſtilenti ſtatu, quidam qui ſomno indulſerant noctu, ſi in aurora rigere cœperunt, opinionem fecerunt latentis veneni. Adeo aurora fauet ægris. Nam licet ægrotent febre aut nocturna, aut continua, tamen circa crepuſculum omnia ad naturalem ſtatum creduntur venire. Itaque nulli morbo ferè contingit exacerbari mane in aurora. Reſpondent quidam de matutino tempore id quod de vere ſaluberrimo reſponderi ſolet, ver per ſe ſalubre eſt, nec morbos parit quoad τὴν γένεσιν pertinet, ſed quod ad τὴν παροξυσμὸν. Aliud enim eſt τὸ γίνεσθαι καὶ τὸ παροξύνεσθαι. Autumno autem, ratione ipſius, & quatenus talis eſt, morbi fiunt & magis quàm aliis temporibus, omnes autem fiunt deteriores illo in tempore, quia tempus eſt inſalubre. Et veſperi ob horæ malignitatem exacerbantur morbi. Et quidam peculiari reſpectu & ratione, quia ſunt autumnales. Sic & γίγνονται & παροξύνονται. At in aurora poſſunt ratione præſentiū humorum morbi παροξύνεσθαι, ſed vix fiunt ratione ipſius temporis. Immo ſi qua in morbo tran-

Tempus matutinum benignum eſt fauetque naturæ, & morbos manſuefacit.

Hanc de vere quæſtionem mouit & explicauit, non ſatis amplè tamen Fran. Valleſius in com. ad 2. epid. ſect. 1.

7.

Celſus etiam de vulneribus loquens ait, vulnera & nimius calor & fri-

quillitas obſeruetur, maximè in aurora id fiet. Vnde etiam deterrimi morbi, cuiuſmodi ſunt peſtilentes circa diluculum miteſcunt ſuamque ſæuitiam deponunt, immò videntur ægri reſtituti cum alioqui eodem ipſo die peſte iugulentur. Et tranquillitas morbi, ſymptomatum mitificatio, pulſus æqualitas mane apparens ſuſpecta eſſe debet. Id quod multos ſæpè fefellit.

Antequam ſcribendi finem faciam, dicam vnum de differentia puris & purulenti, Græcè τὸ πύον καὶ πυῶδες. Diximus enim ante tantam copiam materiei albidæ & puriformis, detractam eſſe ex ſiniſtra thoracis parte; quã neſciebamus an ea referri deberet ad pus, an ad aliquid puri ſimile. Abſceſſus enim effatu dignus non præceſſerat, vt tanta purulentę materiei copia congereretur. At Hippocrates ſummus doctor eam diſtinctionem aſſignat. πύον τὸ ἐκ σαρκὸς πυῶδες τὸ ἐξ αἵματος καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης. Id eſt, pus ex carne: purulentum & puri ſimile ex ſanguine & alio ex humido. Quaſi verò omne pus non ſit ex ſanguine cum πύον dicatur τὸ ἄιμα σεσηπός. Ex carne autem pus fieri ait quòd ſuppuratio non videatur fieri, ſine eroſione partium carnoſarum capacitatis in qua pus fit: vnde ex carne eroſa pus fit. vnde in contuſione eſt procuranda ſuppuratio, quia nulla noua caro generari poſſit antequam contuſa caro in pus vertatur. Et Celſus ait pus exire ex vulnere ſaneſcente, quod corruptæ carnis in pus conuerſionem ſequatur nouæ carnis generatio. Niſi quis ex loco Celſi inferat non propterea ex carne pus fieri, ſed ex ſanguine. vbi enim ſedata eſt inflammatio, tunc ſanguis non corrumpitur, & ita laudabilis agglutinatur, vnde σάρωσις. Argumento eſt quod ex vulnere ſaneſcente (quod tunc vlcus eſt) etiam ſanguis fluit, ait Celſus: Et eodem autore nondum ſoluta inflammatione plus puris effluere debet: quare? Quoniam ſanguis eſt illaudabilis & corruptus. Idemque autor eſt concretum in vulnere ſanguinem inflammationis cauſam eſſe, vulnus glutinari prohibere, & in pus conuerti. Contra Hippocratem ſtare Galenus videtur ex ſanguine pus fieri ratus, quòd in phlegmone in abſceſſum abeunte, ſanguis extra vaſa effuſus in pus vertatur. At Hippo. ex carne pus verum ait fieri, materiam verò puriformem, ex ſanguine & alia quadam humiditate ait fieri. Et vix in phlegmone ſuppuratio fit ſine carnis eroſione, id ſinus indicat poſt puris euacuationem. Et ſanguis extra vaſa fuſus & calfactus, humidam & calidã carnem quam attingit, corrumpit, ex qua carne ſi natura robuſta fuerit verum pus

gus inſiſtant, maximè horũ varietas: ideo eſt autumnus pernicioſus. Etiam morbi deterrimi mane miteſcunt, ideo in malis ducendum cũ morbi circà auroră inualeſcunt.

Lib. de alimento. Cur non referat hypoſtaſes in morbis & excretiones ſemiputres ex pulmone ad τὸ πυῶδες. Hipp. lib. de vlceribus. Pus ex carne, purulentum & puri ſimile ex ſanguine & alia humiditate.

Cap. 26. lib. 5

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 41 sur 359

©BIUM

Par.22.lib.3. epid sect.3.

nascitur:cui non rarò admiscetur aliquid πυῶδες ex humoribus & sanguine extra vasa effuso. Vnde apud Hippocratem, abscessus in
» suppurationes multis conuertuntur, multum carnis ossiumque
» decidit.

Part.24.sect. 3 lib.3.epid.

Notandum autem est etiam ex Hippocrate humores sæpè κακοηθεῖς esse, vt in pus non vertantur: vnde Hippocrates dicebat, fluxio non erat puri similis, sed alia putredo: id est, non verum pus fiebat nec ab humoribus, nec liquatis carnibus, nam corrumpebantur, ossa neruique decidebant. Et Gal. ait in comm. ob humiditatem & aëris tranquillitatem humores putrebant, sed pus non generabant, partes enim solidæ computrescebant διὰ τῶν χυμῶν ὑγρῶν μοχθηρῶν. Nota additionem vocum harum quæ videntur πλεονασμὸν redolere, χυμῶν ὑγρῶν. Atque vt Hippocratis opinionem de vero pure & eo quod πυῶδες dicitur, vt vnum ex liquata carne veri puris nomine donetur, alterum verò non, concludamus, non alienum fuerit afferre breuem distinctionem inter pus verum & ichores, seu alias quasdam humiditates quæ ex vlceribus effluunt: Quam distinctionem Celsus breuiter explicat,

Humores i maligni in pus non vertuntur.

Cap.26.li.5. 8.

Sanies est sanguine crassior, variè crassa, glutinosa, & colorata. Pus crassissimũ albissimumque, glutinosius & sanie & sanguine. Sanguis exit ex vulnere aut recenti, aut sanescenti, sanies est inter
» vtrumque tempus: pus est ex vlcere iam ad sanitatem spectante.
» Vnde in eodem capite paulò post, peius est pus multum, tenue, dilutum, magisque si ab initio tale est. At (ante vt dictum est) pus non manat ab vlcere initio. Notatque Celsus, ex vlcere maiore plus puris exire debet, quàm ex minore: item plus puris exire debet nondum solutis inflammationibus: at sanescente vlcere inflammationes minuuntur, & tamen sanescente vlcere pus manare debet, ergo sedata inflammatione. Sed hæc ex comparatione sunt audienda.

Ergo Hippocratis distinctio, περὶ πύου καὶ πυώδεως, de pure & purulento statui debet. Nos autem distinctionem à duobus fontibus deriuari docuimus. A priore quidem ex sententia Hippocr. qui pus à carne esse putat, purulentum seu, ἴχελον πύῳ ideſt πυῶδες & puri simile à sanguine & alia humiditate. A posteriore fonte, ex parte humorum. Nam quidam sunt qui facilè suppurant & à natura reguntur, alij non suppurant, sed aut in corruptũ quid, aut ichorem, tabum & saniem conuertuntur. Nam cùm sanguis laudabilis ad partem affluit tumoremque facit, suppura-

tum laudabile procuratur. Si humor malignus & κακοήθης gratiam naturæ non admittit: sed vt humor est ἑλεογενὴς, ita pus quoddam ἑλεογενὲς & ὀμωνύμως dictum, gignit. vnde variolæ, exanthemata, carbones, ecthymata, herpetes à maligno sunt humore. Vnde in iis pus verum gigni non potest. Qui enim humores toto genere contrà naturam sunt, sunt coctionis incapaces. Corruptio enim in parte fit. Id quod Celsus elegantissimè scripsit: Genera tenenda sunt in quibus noxa corpori est. Ea quinque sunt. Cum quid extrinsecus lædit, vt in vulneribus. Cum quid intra se corruptum est, vt in cancro. Cum quid innatum est, vt in vesica calculus. Cum quid increuit, vt vena quæ intumescens in varicem conuertitur. Cum quid deest, vt cum curta pars est.

Ea distinctio pendet ex Gal. loco supra adducto com in part. 24. sect 3. li. 3. epid.

Locus penè aureus. Cap. 26. lib. 5.

Vt ad ægram reditus fiat: ista eluuies & copia purulentæ materiei, pus non erat, nec erat consumptio (saltem magna & æqualis copiæ humoris) corporis ipsius pulmonis, nam si pus fuisset verum, & præcessisset vlcus pulmonis, oportuisset præcessisse magnum vlcus, magnamque absumptionem corporis ipsius pulmonis. Ergo à sanguine erat ἡ ἐξ ἄλλης ὑγιασίης, vt Hippocrates loquitur. Vnde videmus aliquando ex thorace vulnerato, aut non vulnerato (idque post cadaueris sectionem) ingentem copiam aliàs pituitæ purulentæ, aliàs saniei cruentæ, in conspectum venire, quæ materia propterea non est pus verum. Aliquando excernuntur quædam σαρκοπυώδεα, & id fit dum discerpitur & eliquatur caro ipsius pulmonis.

9.

Hipp. 4. epid. de vxore Meandri Caci.

Sed tandem finiamus quæstionem de nocturna exacerbatione in purulentis, siue pus fuerit legitimum, siue sanies, siue πυώδης π. Nos enim in ægra nostra vidimus, & in Lucio equite (vterque enim consimili morbo consumptus est, & cum iisdem symptomatis) exacerbationes maximè nocturnas, dyspnoean, spiritum difficilem, metum præsentis suffocationis, denique desperationem: vt in singulis accessionibus nocturnis de funere & exequiis potius cogitaretur, quàm de exequendis medicorum præceptis. Et tamen singulo quoque mane vbi materia deferbuerat, & calor remissus erat, penè vterque restitutus videbatur. Causa autem verisimilis istius perturbationis & exacerbationis nocturnæ esse videtur. In omnibus suppurationibus (agitur enim de empyicis) dolores ad noctem incidunt: id quod non tantùm audiendum dum pus fit, sed dum pus continetur aliqua parte fouens febrem lentam. Cum autem empyicis, & propterea hectica

©BIUM

febre implicitis partes solidæ ignitæ sint, non mirum si noctu calor increscat (non ob alimentum, vt vult Gal.) ratione ipsius διαθέσεως, quod tamen non vult Galenus, & quia nox humectat (ideo calor hecticus calce non dissimilis se prodit) reuocatur calor & spiritus intro: sic calor increscit non solùm qualitate, sed & quantitate. Et ita dum reuocatur calor ad centrum, difflatióque prohibetur ob noctis dominatum, calor iste maleficus est, malignus, squallidus, non ἀτμώδης, nec nanciscitur ἑστίαν, id est, focum, locum, domicilium aptum & conueniens, & calor fixus non accipit fluentem istum calorem febrilem tanquam amicum, & ἐπικρατοῦντα, contemperantem moderantémque, sic non benè conuenit isti calori fluenti cum fixo: licet vterque in ægrum conspiret. Sic cum recurrit calor maleficus & nanciscitur æquè malum & pernicioſum, dum augetur calor & dolor non fiunt accessiones nouæ febriles, sed αὐξήσεις caloris & exacerbationes quædam, non ob noui humoris motum, sed ob ignitam naturam solidarum partium seipsa factam πυρεμώδεστέραν, id est, ignitiorem. Quomodo Galenus docet dictátque somnum aliquando obesse, vt cum humores, calor & spiritus reuocantur intro & augentur inflammationes & dolores: ita in empyicis fieri solet.

Calor noctu increscit ob ignitam partium solidarum substantiam.

Calor naturalis verum solis heliotropium est.

Com. in apho. 1. lib. 1.

Quærat autem quis an pus suos motus habeat nocturnos potiùs quàm diurnos. Nam & in inflammationibus internis paroxysmus est nocturnus. Et id non est proprium nec hecticis, nec empyicis vt nocturnas molestias potiùs experiantur, quàm qui aliis morbis implicantur. Vnde

Mirati sumus cur antiquitas, peculiari quodam priuilegio & prærogatiua exacerbationem nocturnam puri & purulentis assignauerit. Nec enim id nouum est. Nam & venerea lue affecti, præsertim vbi solidas partes inuasit & conspurcauit, nocte dolent magis, & arthritici, & ὀδονταλγέες, & κεφαλαλγικοὶ & καταρρώδεες, denique multò maxima pars ægrotantium. Præter rationes à nobis adductas sunt & hæ probabiles. Primò quia omnes fermè morbi sub tempus noctis ingraueſcunt. Multis id quidem de causis. Partim quia ob aduenientis tempus nocturnum fit admirabilis quidam motus & reuocatio intro, motus quidem planè contrarius motui ipsarum vigiliarum. Deinde, coctio fit noctu. Coctio quidem non solum humorum naturalium, sed & contrariorum & febrilium. At dum pus fit, febris augetur, & dolor. Quæ ratio & analogia de pure in abscessibus, in aliis morbis & febribus audiri

potest.

poteſt. Maximè autem id apparet in empyicis. Dolent enim partes ſolidæ,& augetur calor febrilis qui interdiu in partes omnes expanſus erat. Accedat ad eas rationes, quod inter vigilandum animus occupatur & vigiliarum motus ſequitur. Et mens ipſa ſeſe noctu recolligens tota in morbi & doloris cogitationem incumbit. Admirabilis enim motus eſt intro inter dormiendum. Declarant dormientium phantaſmata. Mirum enim eſt quod qui dormit, præſertim ſi paulùm laborat, animo penè turbatur, ſomniiſque exercetur permoleſtis. Vbi primum aperit oculos, omnia euolant,omnia fiunt compoſita & pacata & ſerena. Si rurſum claudit oculos, eædem falſæ imagines ſeſe menti offerunt ac obuerſantur. Secundò ſi oculi aperiantur,iſta effugiunt & præteruolant. Interdiu ſenſus ab innumeris obiectis pelliciuntur : & iſta irritamenta & illecebræ retinent animum. Præterea amici ſua præſentia interdiu dolores quodammodo deliniunt & demulcent,dum amica conſolatione & alloquiis ægros proſequuntur. Et hæ rationes ſunt fortaſſis cur in morborum futuris criſibus nox quæ præcedit moleſtior ſit, quia ſomno interrupto, clarior fiat grauitas & moleſtia,quàm interdiu. Atque ex Galeno colligere poſſis noctem ipſam non eſſe cauſam cur potius malum ingraueſcat tunc quàm interdiu,ſed quod cum aliàs, tum magis de nocte appareat. Has rationes noſtro marte & ingenio parauerāmus,ita enim quiſque ſuo ſenſu valet & abundat. Et tamen inter legendum occurrit locus Aphrodiſæj in quo quæſtio generaliùs diſceptatur,cur dolores magis noctu augeantur. Et Aphrodiſæus vir acutus & eruditus,commentus eſt rationes noſtris non diſſimiles,vt quis credat nos è penu illius eas deſumpſiſſe,& illam palmam (ſi qua debetur inuentori) præripere voluiſſe. At nos non tantùm arrogamus, vt non profiteamur per quem profecimus, quando plagij crimen planè vitandum putamus.

com. Apho. 13 li. 2 Aphoris.

Locus ille Alex. Aphrodiſæi eſt probl. 116. lib 1. problem.

Hæc ſunt quæ contractis orationis velis à me diſcuſſa ſunt,amplioribus verbis excutienda. eſt autem opus oratione quæ commendetur lepôre & vtilitate. Lepôre grata futura eſt legentibus. Vtilitate quia ægris,diſputatio erit ſalutaris.

Eandem quæſtionem de dolorum circa noctem irritatione diſcuſſit Langius 42. epiſt. lib. 1. epiſtol.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 45 sur 359

©BIUM

ANNOTATIONES.

1. *Galenus enim comm. in particul. 62. lib. 2. prognost. ait dolorem tussim & ptyalismum in suppurato accidere cum corpus seu membrana, quæ pus obuoluit, eroditur: & quia tenuior sanies penetrat obuoluens corpus, fit tussis & ptyalismus.*

2. *Pus ipsum vt glutinosum aliquando impedit quominus & venæ & arteriæ hiantes, sanguinem effundant. Id quod Gal. explicat ad aphoris. 27. lib. 6.*

3. *Pus enim bifariam in thorace reperitur, aut ob inflammationem præcedentem: aut τῷ ῥάγῆναι, quia ruptio facta est, & à parte in aliam pus deductum est com. ad par. 60. lib. 2. prog.*

4. *Gal. accommodatè ad locum præsertim quærit an fieri possit vt quis pus excernat nulla febre præcedente? Author enim li. 2. de natura humana loquens de iis qui intermittunt labores pristinos, Quibus, ait, sine febre mustum puris expuunt. Et quicumque in lotiis multum habent quod subsideat puris dolore absente, Et quicumque deiiciunt atque in dysenteriis cruenta, ij quidem omnes annum agentes 35. & adhuc grandiores sponte morbis occupantur, verùm quibuscumque influit in pectus, ij purulenti euadunt, quippe cùm purgatio sit accliuis ac diutius in pectore moram trahat, putret & fit affectus purulentus, quibuscumque autem in vesicam cruentatur id album à loci calore euadit excerniturque. Gal. com. in part. 10. lib. 2. de nat. humana.*

5. *Quid enim illud est quod in pleuritide cum inflammatio sit, excernitur pituita quædam putris, & ea soluit pleuritidem? quid illud est? An non sanguis biliosus pleuritidis author? Cur non aut pus, aut sanguis excernitur si materia coniuncta est malo? An quia membrana inflammatur, ideo sanguis quodammodo pituitescit, vt fit in inflammationibus partium neruosarum? fit enim excretio aut seu tenuis, aut mucosæ pituitosæque materiæ. Ad hunc locum pertinebit illud Hippocratis in Coacis, Quidam anginosi cum euaserint fiunt purulenti si non sit expurgatio sursum pituitosa. An hæc pituita materia est synanches? videtur esse, quia quo excreto malum cessat, id videtur esse causa mali. Quæstio quæ hic proponitur scitu digna est.*

6. *Si reuocatio spiritus & sanguinis intro febres & dolores in partibus externis lue laborantibus. At contra fit, nam Pangius ait, inter*

diu dolores venereos ſedari quia ſuo tepore, & calore ſanguis & ſpiritus fouent, & recreant partes quæ nocte deſertæ ab iis doluerant.

7. Matutinum tempus veri eſt ſimillimum. Quod ver ſi corpus omnino ſanum excipiat, in eo ſtatu conſeruat nil de natura innouãs. Non ſic æſtas, autumnus, hyems, licet enim corpus omni carens repræhenſione excipiant, tamen quia peculiarem vnumquodque horum temporum humorem generat, non ita, vt ver in eo bono ſtatu corpus ſeruant. Hæc Gal. com. ad apho. 20. lib. 3. Hanc de matutino tempore ægris fauente opinionem, & de ſæuitia morborum in tempus matutinum orientium iudicium, leges apud Fernel. cap. 8. lib. meth. med. in febribus. Et fortè ea ratione ab aduerbio art quo manum pro manè deductum adiectiuum manus a, um, priore ſyllaba longa, id eſt bonus, a, um, quod matutinum tempus ſit auſpicatius & fauorabilius, & hæc coniectura noſtra eſt. Celſus cap. 5. lib. 3. apertiſsimè explicat hanc quæſtionem de matutino tempore, ait que matutinum tempus ſua natura melius eſſe ſed morbi vitio, aliquando non eſt melius. Textus eſt, illo loco ſicco pede non tranſeundum.

8. Vnde in hydropicis, & in cacochymis ſanguis eſt ſanioſus medius inter ſanguinem & pus verum. Imo puris nomen habere poteſt, cum ex opinione Donati in Terent. pus dicatur omnis ſuc. us & humor corpori oneroſus. Et forte illud eſt Hippocratis quod in corpore ægro capacitates corporis ſunt p enæ ichoris: iſte ichor eſt πυῶδες τι Vnde paulò ante diximus in tuſſi materiam tandem pituitoſam albam craſſamque reddi, & dum coquitur, ἀπὸ χρεμψις ὁμοίη ὅτι τοῖς πυώδεσι. Hipp. 7. epid. de Charite.

9. Pus aliquando generaliter ſumitur pro humore albicante, vt cum Hipp. libro de alment. ait venam à pure nutriri: aliquando pro corrupto humore à ſanguine erat ἡ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης, vt cum Hipp. 4. de morbis vermes in pueris contentis in vtero gigni ait, cùm ex ſanguine & lacte putrente, quod dulce eſt, pus fit feruidum animalis materia. Sed puris nomen, vt hic generaliter vſurpetur patet ex Hipp. Et Donat. in Ter. pus omnis humor dicitur corpori oneroſus, vnde expuere omnem moleſtiam.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 47 sur 359

©BIUM

CONSILIVM IV.

De ſanguinis miſsione in melancholicis & data occaſione explicatur illud Hipp. cur ſanguis faciat ad ſapientiam.

EX Galeni & omnium Medicorum ſententia, melancholici alij ſunt à fæce & limo ſanguinis, & maxima eorum pars lienoſa eſt. Hos iuuat etiam febris, vt quæ coquat digeratque eum ſuccum frigidiuſculum qui eſt limus & ſuperfluitas ſanguinis. Et quartana febris tuta eſſe dicitur, & à magno morbo, id eſt, à comitiali, vindicare, quòd ſucceſſu temporis, humor crudus mitificetur. Vt mirum non ſit, ſi quartana à tali nata humore fœculento, è genere morborum chronicorum cenſeatur. Ideóque Macrobius conferens iecur cum ſplene, ait illud caloris, hunc frigoris ſedem eſſe & domicilium: & ideo ſiniſtras partes debiliores dextris, quòd dextras calor ſuus regat, ideſt, ab iecore calido manans (de quo dubitari poteſt cum cor fons caloris vocetur) at ſiniſtræ contagione frigoris eas obtinentis, hebetes redduntur. De quo abundè diximus in eo opuſculo quod de cauſis conuulſionis conſcriptum eſt. Alij ſunt melancholici per aſſationem humoris bilioſi, aut ſanguinis ipſius. Vndè corpora bilioſa quæ carent perſpiratu fiunt melancholica. In his aſſario, ſuppreſſióque ſpectatur. Galenus vtrumque breuiter eſt complexus. Nam & quæſtionem tractauit de mittendo ſanguine ipſis melancholicis, & explicauit qui nam ſint melancholici, ſiue natura, ſiue vitæ inſtituto, ſiue ex euentu, vt ſuppreſſionis ratione, ſiue propter cibos potuſque id contingat. Hippocrates ab effectis melancholicos collegit in epidemiis. Ac primùm videamus qui nam ex Gal. melancholici dicantur; Ex corporis habitu æſtimandi ſunt melancholici molles,
» candidi & obœſi nequaquam ſunt melancholici macri, nigri,
» hirſuti, & quibus latæ venæ, aptiſſimi ſunt vt in iis humor melan-
» cholicus cumuletur. Et fit nonumquam vt homines præ rubro co-
» lore. (ἐξερύθρους Græci vocant) affatim in melancholicam tempe-
» riem decidant: ſecundo loco flaui, idque maximè, ſi vigiliis, labo-

Melancholici alij à limo, alij ab aſſatione ſanguinis.

Cap. 7. lib. 3. de aff. ct. loc.

2. epid.

ribus, & tenui victu vſi fuerint. Item Celſus; Tenuioribus plus ſanguinis, plenioribus magis caro abundat. Melancholici ſæpè ſunt macri & tamen amplas & plenas habent venas. Deinde exponit Gal. qui cibi humori tali generando ſint idonei. Quo loco verè exponit quinam ſint ij in quibus humor melancholicus facilè generetur & cumuletur. paulò poſt ex ſententia Dioclis docet ſanguinem craſſiorem generari in melancholicis hypochondriacis, in iis præſertim venis quæ alimentum à ventriculo excipiunt. Id autem euenit ratione caloris exuperantis. Hippocrates aliter (vt antè dictum eſt) melancholicos obſeruauit. Morbos fortiter atrabilarios habent balbus, caluus, aut gracili voce præditus, aut hirſutus. Et paulò poſt, Balbi, celere lingua præditi, atræ bilis humori obnoxij ſunt (Græcè μελαγχολικοί εισι.) Et ante, vocis gracilitatem varix ſoluit. Ac locus iſte Hippocratis de balbis, de caluis, quod ſint melancholici, admodum obſcurus eſt. Nec enim rationem reddit Hippocrates ſuo impeditus laconiſmo. Aliqui enim interpretari poſſint & balbos, & gracili voce præditos melancholicos eſſe, quoniam frigidiore ſunt temperamento, ideóque pituita multa craſſa frigidàque abundant. At pituita conſiſtentiæ ratione humori melancholico qui ſanguinis limus eſt, aſſimilis eſſe ſolet. Quo modo Galenus interpretatur: melancholicus humor quartani circuitus cauſa eſt, & incontinentiæ linguę, & ſtuporis partium, quia ob humoris craſſitudinem tales affectiones conſequuntur, quales ex craſſa & lenta pituita eueniunt. *Sic incontinentia linguæ & ſtupor*; aliquid non eſt abſolutè Melancholicum, nec abſolutè pituitoſum, ſed mixtum & aliquid. Nam timor, triſtitiáque abſque cauſa manifeſta, elephas, cancer, ſcabies, lepra, & vitiligo nigra melancholici ſunt affectus abſolutè. Sic aliud eſt dicere balbos, linguáque hæſitantes ἰσχνοφώνους melancholicos, aliud nigros & hirſutos. Nam priores melancholici dicuntur ſumpta impropriè pituita pro humore melancholico: nigri & hirſuti propriè melancholici dicuntur, ſumptóque in propria ſignificatione melancholici nomine. Sic conciliandi loci videntur. Dum hîc finem impono occurrit alius Galeni locus verè confirmans ea quæ antè diximus. Ita enim Hippocrat. in morbis melancholicis ad hæc (id eſt ad ver & autumnum) periculoſi decubitus ſtuporem corporis, vel conuulſionem, vel furorem, vel cæcitatem ſignificant. Apoplexiæ, conuulſiones & cæcitates (ait Gal.) ob humorem pituitoſum fiunt, fiunt & ob melancholicum,

ſect. 5. lib 2. epid.

Com. ad apho. 40. li.

Apho. 56. l. 6.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 49 sur 359

©BIUM

quoniam vtrisque est crassitudo. Sic hoc loco stupor corporis aut partis melancholici humoris soboles videtur, quod tamen alio loco negat Galenus. At his omissis quæ subtiliter comminiscitur Galenus, multò subtilius Arculanus explicat qua ratione blæsi, balbique melancholici dicantur: hæc eius verba sunt, minus elegantia quidem, sed rem verè exprimentia, Corpora habentia cor calidum, cerebrum autem humidum, sunt dispositioni melancholicæ opportuna, nam caliditas cordis est choleræ nigræ in corde generatrix, cerebri autem humiditas causa est cur facilè impressio eius suscipiatur quod in corde gignitur: ideò, balbi & lingua vacillantes, ad melancholiam parati sunt, maximè si linguas lenes habuerint, & oculos mobiles, & cætera. sic pilositas, rubor faciei calorem cordis significant, blæsitas, mollitiesque linguæ cerebri humiditatem. Arculanus autem solutionem quæstionis de melancholicis & balbis eruisse videtur ex Hippocrate. Nam lib. 2. epid. sub finem, Quorum pectora bilem generant balbi sunt, furiosi & calui sunt: in quo explicatur ista cordis intemperies calida, author incõditorum animi motuum: nomine autem pectoris cor ipsum per synecdochen audiendum est. An verò rationes Arculani ipsæ per se nitantur, an facilè euertantur, ipse videris. Nam Hippocrates absolutè blæsos, & gracili voce præditos melancholicos affectus pati docet, Arculanus non absolutè blæsos, sed quorum cor est præcalidum & fuliginosi excrementi parens, cerebro ipso humidiore existente vt ex balbutie linguæque hæsitantia apparet.

Ad apho. 40. lib. 7.

I. Quibus cerebrum humidius, cor autem calidius, ỳ melancholiæ sunt opportuni. Arculanus cap de melancho.

Nisi fortè coniungamus hos duos, blæsos & hirsutos, quos disjunxit Hippocrates, coniungit verò Arculanus.

Nota de coniunctione & disiunctione blæsi & hirsuti.

Nisi dicamus non verè balbos esse melancholicos, vt quibus humidius frigidiusque cerebrum existat, sed improprié balbos, vt quibus præ calore partim aduentitio, partim cerebro innato, multæ pituitæ fit διάχυσις, fusio colliquatióque, vnde ptyalismus & oris totius perpetuus mador, hinc balbuties mollitiesque ipsius linguæ. Hæc nostra est coniectura. Quæ licet dignitate & veritate cum prioribus non contendat, habet tamen suum quoddam patrocinium quo aliquatenus tuta esse posset.

Pituitæ διὰ χυσις à cerebro balbutiei causa.

Paulò longiùs digressi sumus quàm opinati fuerimus: sed ea digressio est ad id quod instituimus valdè opportuna. Sciendum enim fuit qui nam sint verè melancholici, vt de sanguine mittendo in melancholicis pleniùs constet. Nunc itaque ad rem in-

ſtitutam redeamus. Primùm verò audiendus eſt Galenus qui ce inſtituto hãc de phlebotomia quæſtionem ex hypotheſi examinat. Audito enim Galeno, eiuſque rationibus ad trutinam reductis, veritas faciliùs innoteſcet: Ita Galenus, Vbi vniuerſum corpus ſanguinem melancholicum continet, curatio à phlebotomia incipiet: vbi ſolum cerebrum, infirmius (quod ad diſpoſitionem attinet) ſanguinis detractione non eget, licet alia de cauſa ſanguis mitti poſſit. An verò cerebrum ſolum, an totum corpus ſanguine melancholico abundet, diſcernendum. Corporis enim habitus eſt conſiderandus. De hoc paulò ante dictum. Itaque vbi cerebrũ aut intemperatum eſt, aut ſanguine melancholico plenum, non neceſſariò cæterùm corpus ita affectum eſt: at contra. Si totum corpus ita affectum eſt, vix immune eſt ab ea affectione cerebrum. Ita enim Gal. Conſtat autem ad totius corporis intemperaturas mentis læſionem conſequi, affecto nimirum cerebro, non ſecus ac totum corpus affectum eſt. Quæſtio tamen eſſe poſſit an ſi ſolum cerebrum ſanguinem multum melancholicum contineat, à ſanguinis detractione ſit abſtinendum. Hanc eandem diſtinctionem doctè obſeruat Galenus de malo cerebri topico, de que malo per conſenſum nato, cum agitur de vertigine: Capitis ſolius caliditatem; quouis alio modo habentis, balneum iuuat: Cum verò flatulentus ſpiritus ob humorum prauitatem ad caput fertur, hos lauare non conuenit. Qui locus diligenter aduertendus eſt, quoniam grauis in eo lapſus eſſe ſolet. Nunc ad ſanguinis detractionem in melancholicis redeamus: vena media ſecanda eſt: & ſi melancholicus ſanguis non videatur, ſupprimendus eſt: ſin talis appareat, vacuandus pro virium modulo. Vt autem finem commentandi faciam, quoniam nos hîc prolixos eſſe non oportet, concludemus totam hanc commentationem. Concluſio autem fiet in præclara Hippocratis ſententia, hæc autem eſt eiuſmodi: Credo inter ea quæ ſunt in corpore, nil magis ad prudentiam conferre quàm ſanguinem. Hic enim cum in conſtanti habitu conſiſtit, conſiſtit & prudentia: ſanguine verò permutato, concidit & prudentia. Græca litera eſt ἐπεργαιπκωτέρα. εἰ μὲν τὸ αἷμα ἐν τῷ καθεστηκότι χήματι μένῃ, μένει καὶ ἡ φρόνησις. ἐξαλλάσσοντος τοῦ αἵματος μεταπίπτει καὶ τὸ φρόνημα. Hoc autem Hippocrates familiari & apud nos nato exemplo docet: Cum corpus in uaſerit ſomnus; ſanguis frigeſit: id dum fit languidiores fiunt corporis meatus Græce λέξοδοι. id patet nam aggrauata corpora re-

Cap. 7 lib. 1. de locis aff.

Ad part. 34. ſect. 1 lib. 1. prorrhet.

Com. in 4. acut.

Permutatio ſanguinis efficit vt concidat prudẽtia. In ſanguine magna pars vitalitatis reſidet ait Plinius.

©BIUM

clinantur: & oculi ardent & prudentia permutatur, Græcè ἀλλοιῶνται, opinioneſque peregrinæ mentem exercent, quæ inſomnia vocantur. Ad hanc tandē ſententiā pertinet quoque locus Hipp. lib. 3. de diæta, cum loquitur de immodica repletione quam ſomni turbulenti ſequuntur, Qualia patitur corpus, talia videt anima viſu iam concluſo. Et in temulentis auctо repente ſanguine μεταπίπτουσαι αἱ ψυχαὶ καὶ ἐν ψυχαῖς φρονήματα: Sic ſanguinis ἐξαλλαγὴ τὴν φρόνησιν ἐξαλλάσσει. Nam ſi omnino conturbatur ſanguis, omnino ἡ φρόνησις ἀπόλλυται. Deinde ſubdit Hippocrates, τὰ γὰρ παθήματα καὶ τὰ ἀναγνωρίσματα ἕξίν. ὅταν διὰ τοῦ εἰωθότος ἔθεος μεταχαίνωμεν, ἀναίρεται ἡμῖν ἡ φρόνησις. Hic locus eſt valdè obſcurus, & vix intelligibilis: Ita interpres, affectus & cognitiones conſuetudines quædam ſunt, id eſt, à conſuetudine proficiſcuntur: cum autem à conſuetudine receſſerimus, tollitur nobis prudentia, ideſt, habitus ratione comparatus ad adminiſtrandas vel res priuatas, vel publicas. Porro vt dicebat Preta, grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis: per eam enim & animi morbi & artes comparantur: nec non per eandem conſeruantur. De artibus id conſtat facilè. Animi verò pathemata non niſi conſuetudine in bonum malumue habitum tranſeunt. Nam quæ boni maliue ſpecie obiiciuntur, ſi aut ratione perſequimur, aut vitamus, in eo appetitio cernitur, eaque cum ratione coniuncta. Cùm reluctamur rationi, plusque poteſt delectatio quàm ratio, tum contra mentis præſcriptionem allicitur appetitio eáque ratione vacat. Si tranquilla ratio motu turbido cietur, perturbationes fiunt, quæ cum inueterauerint, morbi exiſtunt. Si contra rationi obediunt auſcultantque, virtutes morales inde exurgunt & expullulant. Hîc artes, virtutes vitiaque à conſuetudine ducuntur, à qua cùm receditur perit prudentia, quæ virtutibus morum perpetuo cohæret opinione Ariſtotelis. Hanc ſententiam quorundam auſpicatu & ingenio ſic ſumus interpretati, plæraque in eam rem ſtatui ſcribique poſſent, niſi vereremur ne inſtituta hæc breuis explicatio mentis Hippocraticæ, in commentarium redundaret. Nunc alios quoſdam locos luſtremus in quibus Hippocrates eandem penè celebrat ſententiam, quòd ſanguis maximè ad prudentiam faciat. De animæ ſapientia inſipientiaque ſic ſtatuendum: quod humidiſſimum eſt in igne & ſicciſſimum in aqua, ſi in corpore temperamentum acceperit, homines fiunt ſapientiſſimi, quia ignis habet humiditatem ab aqua, aqua autem ſiccitatem ab igne

Augmentum ſanguinis, affert μεταπτωσιν τῆς ψυχῆς

Publius Syrus.

Hip. 1. de diæta.

ignem, vterque autem ſufficit. Et conuenienter iis quæ dicta ſunt Hippocrates de phrenitide loquens ita ſcripſit : Sanguis qui eſt in homine maximam partem ad prudentiam confert. Quidam dicunt totum. Cùm verò bilis commota ad venas & ad ſanguinem ingreſſa fuerit, ſanguinem ex conſueta compage ac motione dimouet & ſeorſum facit, homo deſipit & non ſibi conſtat (quia calefactus ſanguis totum corpus calfacit) præ febris copia, & ſanguinis ad ferositatem tranſmutatione, & motione non ſolita contingente. Græca verba vt appoſitè dicta inculcanda ſunt : bilis commota διακινεῖ καὶ διουρεῖ τὸ αἷμα ἐκ τῆς συρράσιος εἰωθυίας καὶ κινήσεως, καὶ διαθερμαίνει. Homo verò non ſibi conſtat præ copia febris calefacto toto corpore, καὶ ἔτῳ τῆς τοῦ αἵματος διουρήσεως καὶ κινήσεως ἢ τῆς εἰωθυίης. Et poſtea de melancholicis loquens, nam ab atrabile delirant homines, ὅταν φθαρῇ τὸ αἷμα ἔτῳ χολῆς καὶ φλέγματος. Nam tales, vt vocat, μελαγχόλους habent φρένοιαν, alij verò μαίνονται. Sic ingreſſus bilis aut pituitæ in ſanguinem motum naturalem impediens & ſanguinem ferosum, proinde morboſum reddens, prudentiam adimit, & delirandi porrigit occaſionem. Item facit aër opinione Hipp. Qui aër ad venas peruenit, confert ad ventriculorũ ingreſſum & ad cerebrũ, ſic enim ſapientiam & motum membris exhibet. Id dum non fit, ſed pituita in aquęductus irrumpit, tum cõuellendi occaſio eſt, vt paulò antè demonſtrauerat. Vt omnia ad ἀγκεφαλαίωσιν reducantur, vis eſt in verbis Hippo. ponenda. Primùm hoc ſtatuit Hipp. ſanguinem ad ſapientiam facere, nam qualis ſanguis, talis ſpiritus, qualis ſpiritus, talis animus. Hîc autem medicè nos locutos intelligas. Sanguinem autem benè temperatum eſſe oportet, & ſuam conſiſtentiam & motum naturalem habere. Propterea Aſiaticos cæteris prudentiores Hippocrates dicebat ob cœli clementiam & bonitatem temperamenti. Quibus ergo ſanguis eſt optimè temperatus, blando, benigno, & halituoſo ſpiritu perfuſus, non alteratus, non mixtione alĩus humoris alienatus ſuique diſſimilis, denique in qualitate, quantitate, motu, conſiſtentia laudabilis, ij prudentia & benignitate morum ſunt commendabiles. Quorum ſanguis aliter habet, eorum mens facilè vacillat & ægrotat. Senſus denique bonitas temperamenti perfectione & ſpirituum puritate cenſetur. Expendamus verba Hippocratis cùm morbum ægrotationemque & defectionem ſanguinis depingit, quæ cauſa eſt cur homo imprudens inſipienſque reddatur. Primùm conſide-

Ad finem l. 1. de morb. cc cc

κίνησις τῆς χολῆς. *Ingreſſus bilis in ſanguinem.*

2.

Iſtud ſanguinis vitium vocat Hipp. in Coacis αἵματος φθορὴν καὶ ἔκλυσιν. *Hic locus eſt obſcurus, ſed paulò poſt aperietur. Apud Gal. cõ. ad part. 13 1. prorrh. ait tandiu morbum crudum dici, quandiu bilis cum ſanguine ſurſum fertur. Lib. de ſacro morbo.*

In lib. de locis & aeribus.

Sanguis in quantitate, qualitate, motu & conſiſtentia laudabilis, ad prudentiam facit.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 53 sur 359

©BIUM

rat τὸ χῆμα καθεστικός: vertunt, constantem habitum. Hic vbi persistit, prudentia in homine relucet. Opponit τῷ χήματι καθεστικόν τὴν ἐξαλλαγὴν: id est digressum defectionemque ex isto habitu. Et tunc prudentiæ fit iactura. Istam autem ἐξαλλαγὴν considerat in qualitate, & in quantitate sanguinis. In qualitate, vt cùm refrigescit sanguis, id quod in somno fit, vnde insomnia & peregrinæ opiniones; aut cùm incalescit, vt dum bilis sanguinem subit, quod contingit in phrenitide, vt postea aperiemus. In quantitate, vt in ebrietate, aucto enim sanguine ἡ φρόνησις, καὶ σύνεσις vim patitur & alteratur. Deinde addit, si conturbatus omnino fuerit sanguis, sequitur τῆς φρονήσεως ἀπόλεσις casus, ruina, deperditio. Aliud enim est simplex ἐξαλλαγή, aliud omnimoda παραχή. Hæc sunt quæ libro de flatibus. Libro verò de morbis aliis vocibus est vsus. Nam in sanguine naturaliter constituto considerat τὴν σύγασιν quam Aristoteles πῆξιν vocat, & κίνησιν naturalem: his opponit, nempe τῇ συγάσει τὴν ὄυρησιν, τῇ δὲ κινήσει διακίνησιν ἐκ τῆς εἰωθυίης κινήσεως. Id autem fit maximè cùm in sanguinem bilis subit, & fiunt ἐπιῤῥοαὶ, vt libro de acutis loquitur Hippocrates. Itaque siue sanguis διουρεῖ (id quod Aristoteles vocat τὸ αἷμα ὑγράινεσθαι, id est serosum humidioremque fieri, propterea que morbosi sanguinis rationem subit) siue dimouetur ex proprio & naturali motu & cursu, tunc mens aberrat, magnarumque in corpore mutationum nascitur occasio. Fortè est illud quod in libro de flatibus dixit, sanguinem habere suum χῆμα καθεστικός: Cæterùm duo sunt notanda, prius, quòd bilis sanguinem subiens, serosumque reddens, aut emouens, sanguinem calefacit, calfactus cæterum corpus recalfacit, hinc erroris mentis occasio: itaque semper hîc consideratur intemperies perturbationis mentis causa: alterum, dum loquitur de atrabile sanguinem subeunte, vnde aut παραφροσύναι aut μανία, vocat τὸ αἷμα φθαρῆναι ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, vnde antè dixit prudentiã aboleri ὑπὸ τοῦ πάμπαν ταραχθῆναι τὸ αἷμα. Notanda vis verbis φθαρῆναι. Nec enim contentus fuit Hippocrates περὶ τὴν μανίαν verbis διακινεῖν καὶ διουρεῖν vt ante. Cæterùm vnum addam animi gratia, quod fortè delicatius exquisitiusque à me dictum putauerit aliquis: nempe nomen ἐθήσματα non tam consuetudines, illas significare quæ ad virtutes morales comparandum valent, quàm consuetam illam constitutionem, motionemque & statum sanguinis, quæ constitutio natiuaque motio bonarum & quietarum animi functionum causa

Ante ex Hipp. locum adduximus de coloribus in quibus est τοῦ αἵματος καὶ ἔκλυσις καὶ φθάρσις.

existit. Quid enim illud est quod scripsit Hippocrates, τὰ παθήματα καὶ ἀναγνωρίσματα ἐθίσματα ἐστίν: affectus & cognitiones consuetudines quædam sunt: meliùs referemus τὰ ἐθίσματα ad τὴν σύστασιν καὶ κίνησιν εἰωθυῖαν de qua ante diximus, quam σύστασιν καὶ κίνησιν εἰωθυῖαν vbi sanguis deseruit, ab eaque est depulsus ac dejectus, tunc mens labat aberratque. Si enim sanguinis quies, aut natiua quædam suique generis motio & consistentia ad prudentiam facit, quæ iis sunt contraria, menten emouent & de rationis gradu deiiciunt. Sic τὸ ἔθισμα, idest consueta sanguinis motio agitatioque naturalis, temperies & consistentia & affectiones animi & cognitiones has illasue parit. Sed hoc longiùs quidem repetitum videtur, ex interioribus tamen Hippocratis arcanis: Item vnus locus alterius est interpres & enarrator. Sed suus cuique abundat sensus. De sanguine seroso eodemque morboso nil amplius dicam cùm plerisque in locis operum nostrorum abundè dixerimus, & aliàs, cùm maius quoddam suppeditabit otium, aliquando dicturi sumus. Duo breuiter annotabo de sero & ichore: vnum est Hippocratis, Galeni alterum: ita Hipp. Quæcunque carnem in orbem circumsitam habent, ea omnia ventriculum habent. Omne enim inconcretum & quod non coaluit, siue pellicula, siue carne contegatur, cauum est. Impletur autem dum ægrum est sanie, Græcè ἰχώρ, dum sanum est flatu Græcè πνεῦμα, meliùs spiritum quàm flatum vertas. Alter locus Galeni est quo apparet tantam esse vim immutationis ipsius sanguinis, siue per se, siue ob mixtionem rei alienæ, vt inde mouendæ mentis nascatur occasio: Ita verò Gal. Crudo in morbo bona crisis fieri non potest: crudus autem est in quo bilis vnà cum sanguine sursum fertur, quocunque tempore id fiat: magisque tale aliquid euenit, cum igneæ caliditatis in cerebro collectæ immoderatio fuerit: Græcè θερμασίαν ἠτροισμένην in capite dicit, vt focus in capite existat.

Lib. de arti.

Aliud est abundare flatu qui πνοῦμα dicitur, aliud flatu qui φῦσα.

3.

Ad part. 13. sect. 1. lib. 1. prorrh.

Quandiu bilis cum sanguine miscetur sursumque fertur, tandiu morbus crudus dicitur Gal.

At verò hæc propositio, quòd sanguis ad sapientiam vel plurimùm, vel omnino faciat, non modo à nobis leniter tractata & degustata est summo labro, sed satis accuratè explicata est. Eò autem libentius eam explicandam suscepimus, quòd sæpiùs ab Hippocrate repetita est. Vbi enim generationem phrenitidis explicat, in qua delirij summa sunt omnia, ait id effici tum quia sanguis habeat motum quendam non solitum, tum quod admistione bilis aut similis humoris alieni, suam σύστασιν amittat, & vt alio

Quid sit sanguinem amittere suã consistentiam.

Lib. de flatibus.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 55 sur 359

©BIUM

loco loquitur, τὸ ἕξημα καθεστηκὸς, ideſt, habitum naturalem conſtantem, alio loco ad hæc duo addit φθορὰν, corruptionem. Sed ex bilis mixtione ἡ φθορὰ ſequitur, & ex motu ſolito commotio, & conſiſtentiæ natiuæ permutatio. Et in Coacis Hipp. loquens de decoloribus ait, in his eſſe τῶ αἵματος φθορὰν καὶ ἔκλυσιν: nomine τῆς ἐκλύσεως ſanguinis conſiſtentiæ diſſolutionem ſignificat. Denique fit τῶ αἵματος ἐξαλλαγὴ, hinc ſanguinis fit διαφθὴ, & hanc ſanguinis διαφθίω ſequitur corporis ipſius διαφθὴ quædam, vt loquitur Hippocrates. Maximè autem de Epilepſia à flatu nata.

διαφθὴ αἵματος.

Lib. de flat.

Quòd autem ſanguinis mutatio ſiue in motu, ſiue in conſiſtentia, ſeu in quanto, ſeu in quali, & facilè fiat, & maximi ſit momenti, ipſe Hippocrates demonſtrat exemplo familiari & ſub ſenſum plebeiorum cadenti. Illud autem à ſomno ducitur. In hoc enim ob blandum vaporem à cibo crudo recèns ingeſto & nondum modificato excitatum, ſanguis aliquantulum alteratus, & paulò frigidior redditus, hominem conſopit, diſſoluit & effœminat, vt ſemimortuus appareat. Idem in temulentis apparet, cùm copia vaporis extranei peregrinas opiniones affert, & corpus aut languidum, aut furibundum & ferocienti beſtiæ aſſimile reddit. Si tantula hæc commutatio in ſanguine, & eiuſdem ſimplex alteratio, tanti momenti eſt, iſtasque affert turbas, quid fiet, vel cùm vitioſus ipſe per ſe erit, vel admiſtione humoris alieni genitus eſt?

Tamen obiiciat quis, non eſt neceſſe ſanguinem alterari, nec vapores ſubire venas, ſed per inanes vias & ſpatia dum feruntur ſurſũ implent ſuo vapore intacto ſanguine.

Abundè quidem ea de re dixeramus, tum in paginis prædictis initio huius commentarij, tum in 2. libro Conſiliorum meorum explicans locum libri 4. acutorum, vbi docet humorum ἐποιρροίας καὶ ῥάσεις vnde ſequuntur τῶ πνευμάτων ἀποληψίες. Tamen quoniam nuper legenti occurrit locus integer ex Platone à Galeno ad finem libri in alium locum tranſlatus, & qui miro quodammodo humorum vim explicat, eum pede ſicco tranſeundum non putaui. Quæ verò ratio eò me maximè adduxit, ea eſt, quod illo loci Plato videtur explicare Hippocratis ſententiam de motu bilis in ſanguinem, & ſanguinis in ferum mutatione, vnde perturbationes mentis conſequuntur. Et id quod nunc à nobis dicetur, erit inſtar commentarij ad locum illum Platonis: explicabitque viciſſim alium locum libri acutorum, in quo author libri vtitur vocibus nõ vſitatis, vnde obſcuritas gigni ſolet. Nunc autem audiamus Platonem loquentem, vt textum textui opponendo veritas tandem eluceat atque appareat.

in Timæo.

TEXTVS PLATONIS.

Cùm quatuor ſint ex quibus corpus conſtet, ignis, aër, aqua & terra, horum exceſſus, defectus & propriæ ſedis mutatio (Græcè μεταστάσεις) & ſi horum vnumquodque non ſuſcipiat id quod conuenit, στάσεις καὶ νόσους παρέχει. melius, στάσεις. ideſt perturbationes & morbos afferunt. Cùm enim à natura recedit & commutatur vnumquodque (μετάστασις dicitur) quæ frigida erant calfiunt, quæ grauia leuia fiunt, & multas mutationes (μεταβολὰς) ſuſcipiunt. Hoc de elementis, nunc de humoribus: Pituita alba intus detenta nocet & moleſta eſt ob ſpiritum bullarum, διὰ τὸ πομφολύγων πνεῦμα: Si verò foras expiret (ἔξω τὰς ἀναπνοὰς ἴσχειν.) mitior quidem illa, ſed tamen corpus variegat (καταποικίλλει) vnde leucas, alphos, & congeneres affectus parit. Sed vide quì noceat pituita non nocet niſi in bullas vertatur & Gal. com. ad aphor. 51. lib. 7. ait pituitam, per ſe non moleſtam eſſe nec ſternutamentum prouocare niſi aut in flatum vertatur, aut acrimoniam acquirat. Id quod ex Platone deſumptum videtur.

Nomen τῶν στάσεων à Platone vſurpatum.

Pituita alba intus.

Pituita alba foras.

COMMENTARIVS.

Antequam vltra progrediamur, dicatur aliquid de pituita alba, dulci eaque innocenti, quòd dolores non pariat. Hæc aut intus manet, aut foras exit. Intus nihil moleſtiarum infert, niſi dicatur id facere ob flatum bullarum. Id quod obſcurius dictum eſt. Niſi fortè cùm reſeruet, aut pars eius præcruditate in flatum; aut agitatione in ſpumam quandam vertatur & tunc doloris nonnihil afferat. Flatus enim leui de cauſa excitatur, & cruciatum infert. Et dum natura eam coquit, excitare poteſt flatus & πομφόλυγας. Si extra mouetur materia phlegmatica alba, & ſi habet ἀναπνοὴν, leucas, & alphos in cute parit. Notandum id τὸ δι' ἀναπνοῆς, ideſt ſi perſpirat & exhalat iſta materia, vitiligine alba cutim inficit. Habere τὰ ἀναπνεόμενα foras humores dicuntur, cùm natura foras emittit. Plato id ab Hipp. mutuatus eſt. Nam ad finem 4. de morbis, dum explicat cur pedes in hydrope tumeant aut non, ait aliàs aquam habere ſuam πνοὴν, ἀναπνοὴν, διαπνοὴν, vtitur enim his tribus, aut non habere. Et provt id fit, aut tumet pars, aut detumet. Ad eandem ſententiam Ariſtoteles quærit cur pueris & mulieribus minùs frequens ſit vitiligo quam viris, & mulieribus ſi acci-

Vnde apud Gal. 2. ad Glauco. interpretatur hæc ἀπεπτον καὶ φυσώδες. In materia enim cruda facilè ἡ φύσα excitatur.

Probl. 4. l. 10.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 57 sur 359

©BIUM

dat, iam annosis accidit. Quia, ait. vitiligo exitus spiritus est, at corpora puerorum & mulierum minus perspirant, quàm virorum. Quæ autem corpora consenuerunt, perspirantiora fiunt more ædificiorum veterum, quorum structura partium iam laxior esse incipit. Hippocrates vocat ἀερίαν in senibus. Sic cum ait Arist. vitiligo exitus spiritus est, attingit eam platonicam ἀναπνοὴν. Minùs quidem medicè Aristoteles de vitiligine. Ergo, apparet vt pituita alba dolorem non exhibet, saltem commemoratione dignum. Id quod Gal. quoque docet explicans eodem ex Platone vires seri humorũ. Pituitæ sero torpor & frigus ineſt, non mordacitas nec malignitas, nisi fortè aut salsa aut acida euaserit. At Plato postea cum pituita alba iungit succum aut bilem nigram, & tunc affectiones sequuntur maximè terrificæ: cuiusmodi est morbus sacer. Fit autem cum pituita atræ bili mista diuinas θεόδους quæ sunt in capite inuaserit ac infestauerit: Et quod notandum maximè ita ait, Vt in somno mitior est, sic eadem pituita atro iuncta succo cùm vigilantes inuaserit, diutius vrget. Videmus enim vulgò euenire vt vigilantes paroxysmo epileptico prehendantur potiùs quàm dormientes. Quod non absre à Platone dictum est. Et si plenum commentarium scribere nobis animus foret, plenioribus velis solueremus, & diligentius in eius rei quæstionem incumberemus. De pituita satis. Nunc ad alia.

Lib. de aëre & locis.

Com. ad part. 38. sect. 2. lib. 6. Epid.

Pituita atræ bili mista Epilepsiam parit.

Pituita aliàs in somno, aliàs extra somnum aliter agit.

Plato multũ tribuit æqualitati aut inæqualitati, libertati aut impedimento meatuum. Id Plin. admonuerat c. 24. l. 12.

TEXTVS PLATONIS.

Pituita verò salsa acidaque fons est omnium affectionum & morborum quicumque καταῤῥοικοὶ dicuntur, id est, quorum essentia in defluxione consistit, & varia sortiuntur nomina prout in has aut illas partes humor defluxerit.

COMMENTARIVS.

Diligenter animaduertere debet an affectiones ῥευματικαὶ agnoscant solam sui causam pituitam acidam ac salsam. Galenus loco prius adducto ex sexto Epid. dolorem & malignitatem his maximè duobus humoribus & eorum sero attribuit. Sed hæc inquirere alius sunt loci atque temporis: Itaque ex inquisitione supersedendum puto. Nunc de bile flaua.

Hipp. 4. acut. part. 27. τὰς ἐπιῤῥύσιας censet τῆς μελαίνης χολῆς καὶ φλέγματος ῥευμάτων.

TEXTVS PLATONIS.

Quæcunque in corpore inflammantur ardentque, à bile flaua id habent. Cum enim foras exhalat, Græcè ἀναπνοὴν ἐξώ ἔχθσα, referuens omnis generis tumores, φυσήματα emittit. Incluſa gignit morbos exurentes plurimos. Maximúmque cùm puro ſanguini admixta fibrarum genus ex proprio ordine depulerit, quæ fibræ eò ſanguini datæ ſunt, vt nec minus tenuis nec craſſus foret, nec præ caliditate (cùm humor ſit) è corpore effluat, & ne præ denſitate motioni ſit ineptus, & vix in venis ſeſe conuertat. Et cætera. Addit, in mortuo ſanguine ſi quis fibras colligat, is diffluit. Alioqui cum ambiente frigore relictæ coguntur.

De viribus bilis quí corpus contineat, ſenſus acutiem faciat meatus corporis apertos retineat, coctioni profit vide fragment Galeni ex Stobæo in præfatione librorum de dogmatis Hipp. & Platonis.

COMMENTARIVS.

Non eſt dubium quin bilis cum accenſa fuerit & foris & intus excitato ſummo ardore & deflagratione, moleſtias non inferat. Quod ante de pituita alba dictum eſt quæ haberet ſuam quandam foras ἀναπνοὴν, idem & de bile dici poteſt. Vnde cùm Hippocrates bonum eſſe ait eryſipelas foras exire, id non fit niſi per iſtam exhalationem & tranſlationem intus foras. Mirum autem cur dicat bilem in habitum corporis φυσήματα gignere, intus verò πυρίκαυσα νοσήματα. Φύσημα enim flatum ſignificat, & aliquid ſpirituoſum, aut inflationem. Et idem facit foris bilis, quod pituita intus. Hæc enim moleſta eſt (vt dictum eſt ante) ob flatum τῆ πομφολίγων: quid aliud eſt quàm dicere τὰ φυσήματα. Nam πνεῦμα, φύσημα, καὶ πομφόλιξ habent aliquid συγγενές. Dicendum eſt bilem vbi feruet in habitu corporis non tam tuberculum aut verè tumorem excitare, quàm tumorem improprie & potius puſtulas. Et τὰ φυσώδεα καὶ φυσήματα ad pituitam potiùs quàm ad bilem flauam referenda ſunt. Tamen quoniam vbi bilis cum ſanguine feruet, bullæ & tenues veſiculæ excitantur, ideo parum medicè fortaſſe ea omnia nomine τῆ φυσημάτων comprehendit. τὸ γὰρ φύσημα in bullante humore dicitur. Et ebullientis ſanguinis eruptio φυσήμα ab Euripide nominatur. Quam ſignificationem Plato eſt ſecutus.

Per feruorem enim φλυσίκια & puſtulæ excitantur

Sed quæritur hîc maximè cur bilis cum ſanguine mixta fibras è proprio ordine dimouet. Quomodo id fit? Primùm quid eſt fibrarum genus ἐκ τῆς τάξεως deturbare? an febras elidit, deſtruit,

©BIUM

1. de morb. ad finem.

vt ſanguis expers fibrarum dicatur? Id videtur Plato hoc loco, & Hippocrates (ex cuius doctrina Plato deſumpſiſſe videtur) primus id ſtatuiſſe. Ita Hippocr. Sanguis ad ſapientiam maximè facit: Cùm bilis commota ad venas & ad ſanguinem ingreſſa fuerit, ſanguinem ex conſueta conſiſtentia ac motu emouet, ſeroſum facit & calfacit. Calfacto hoc, corpus concaleſcit, & homo deſipit ſanguine in ſerum tranſmutato, motu non ſolito contingente, & præ febre.

Ita ad verbum Hipp. & paulò poſt de maniacis, Cùm ſanguis à bile & pituita corruptus fuerit, morbum habent & dementes fiũt. Vide quî loquatur per verbum φθαρῆναι. Corrumpitur enim ſanguis per rei alienæ admiſtionem; verbum διουρεῖν per reſolui in ſerum vertimus. Et apud Hippo. ἡ γονὴ διουρηθεῖσα, ſemen morboſum & ſeroſum & generationi ineptum ſignificat. Sanguis, ait Hippo. qui à corpore morboſus deſcendit genituram ſeroſam facit (διουρεῖ) & ad compingendum difficilem. Seroſa autem facta genitura, tempore aut pauco, aut multo cum ichore & ſanie egreditur.

lib. de ſteril.

Cùm itaque Plato ait à bile cum ſanguine puro mixta fibrarum genus elidi & perturbari, id videtur eſſe quod ſcribit Hippo. A bile ſanguinem ſubeunte, ipſum ſanguinem tripliciter affici. Primùm ſuam conſiſtentiam amittit, attenuatur enim, id quod non fit niſi fibrarum vitio. Item ex proprio motu dimouetur, & alium quendam curſum inflectit. Tertiò caleſcit. vnde hæc? per bilis ſubeuntis vim & poteſtatem. Plato tamen paulò obſcurius loquitur quàm Hippocrates. Nam ait genus fibrarum à proprio quodam ordine deturbari ob ipſam bilem. Non dicit fibras corrumpi, non ſanguinem attenuari & in ichorem reſolui. vnde quaſtio eſt, an tanti ſit iſta deturbatio fibrarum ex ordine quodam ſuo, vt ſanguis propterea ſuam quandam σύστασιν, καὶ κίνησιν, καὶ συμμετρίαν amittat? Sequuntur & alia verba Platonis ita obſcura: vt nec eam rem aperiant, nec quorſum dicantur, facilè conſtet.

Affi. itur ſanguis à bile tripliciter.

1.
2.
3.

TEXTVS PLATONIS.

Cùm hanc in ſanguine vim habeant fibræ, bilis natura facta vetus ſanguis, Græcè χολὴ γεγονυῖα παλαιὸν αἷμα, cum rurſus ex carne in ipſum ſanguinem illiquefacta mittitur calida humidaque ſenſum primò inuecta ob fibrarum vim gelaſcens coit; gelatoque ac reſtincto illius

*illius violenter feruore, tempestatem intus tremoremque excitat. At si maiore se vi inferat, euictis à caliditate propria fibris, confusoque earum ordine efferuescẽs victrix euadit. Et si ad extremum perdurare validior potest, ad medullas penetrans perurensque animæ ibidem quædam dissoluit retinacula, hancque ipsam liberat. Cùm minor copia est, corpusque liquescens & reluctatur, deuicta aut per corpus vniuersum excidit, aut in superum infernumque ventrem per venas expulsa, deque corpore, velut ex discordi ciuitate eiecta, intestinorum læuitatem difficultatemque affert, & cætera id genus mala. *Textus Græcus sonat, bilis caliditate sua superans, fibras efferuescens in confusionem* διέσωσε *ad verbum, conseruat. Si destruit fibras, & propriè sanguinem quomodo dicetur* διασώζειν ? *Nam vox illa* διέσωσε *si præualere significat, frustra dixit* κρατήσασα χολή. *Id est, vincens ac superans; hic interpres dixit,* διέσωσε, *victrix euasit, & tamen* τὰς ἴνας *non refert ad participium* κρατήσασα *sed ad verbum* διέσωσε. *Quia participium* ζέουσα *accusatiuum non regit, sed est verbum absolutum. Et pleonasmus est dum dicitur* κρατήσασα διέσωσε, *superans, superauit.*

COMMENTARIVS.

Instat commentarij in hunc Platonis locum, vtilis erit explicatio sententiæ Hippocraticæ, quam Galenus summo studio industriaque conscripsit. Docet Hippocrates quî fiant apoplectici quidam repentè & absque causa manifesta, quibus corpus aut plenum est omnino, aut cacochymum, aut vtrumque. In aliis dolor est & tristis sensus in parte quadam, in aliis stupor est & immobilitas. Vbi est summa plenitudo, bonorum fiunt interceptiones, & spirituum. Vbi notabis Hippocratem alibi meminisse ἀπολήψεων τῶν φλεβῶν, alibi vocat τῶν πνευμάτων ἀπολήψεις ἀνὰ τὰς φλέβας. In priore venæ propriè intelliguntur, in posteriore cum ait ἀνὰ τὰς φλέβας, arteriæ vnde per ἀπόληψιν spirituum per venas, audies vel pulsus intermissionem, vel ipsam etiam ἀσφυξίαν. fit autem id cum humores aut in venis aut extra venas sunt, ita coacti & compressi præ multitudine, vt calor naturalis opprimatur ac velut stranguletur, id quod vocat πῆξιν καὶ σφήνωσιν τῶν χυμῶν καὶ πάσιν: barbari humorum conculcationem ac incuneationem vocant.

Legatur lib. Theoph. de vertig.

Part. 27. lib. 4. acut.

ad part. 23. 4. ac.

Ac non mirum si vbi hæc eueniunt aut sanguis qui non erat

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 61 sur 359

©BIUM

vitioſus,corrumpitur,vt qui non habeat ſuam ἀναπνοὴν, aut iam corruptus erat. Vnde Gal.com. in lib. de acut. ait, exeuntibus & flabellatis ſuccis qui ſunt fluxionum auctores incorruptus & naturaliter fuſus liquidúſque fit ſanguis. Cùm manent iidem ſucci, Græcè ϛάσιν δὲ χυμῶν, natiuumque calorem extinguunt καὶ ἐπιβάλλουσι (id quod obſcurius dictum, ni velis interpretari diſiicere & diſſipare τὸ ἔμφυτον θερμὸν) ſanguis tanquam in mortuo corpore πήγνυται. concreſcit ac cogitur, eadem & ferè Platonis verba in eo textu quem illuſtrandum ſuſcepimus, Cùm bilis facta vetus ſanguis (id eſt ac ſi dicat id quod in comm. Gal. ait, vbi corpus κακοχυμώτερον ἦ) ex carne illiquefacta in ſanguinem immiſſa fuerit, ob fibrarum vim gelaſcens coit. Et eo loco idem Plato ait quod Hippo. in illo libro 4. acutorum & Gal. in com. Cum dolores acceſſerunt (nam diximus aliàs initio morbi vehementis corpus attonitum immotumque reddi, aliàs mobile, ſed dolens) bilis atræ, acriumque fluxionum fiunt eruptiones & incurſus, Græce ἐπιῤῥύσεις. Hoc quid aliud eſt, quam humores bilioſos velut liquefactos in ſanguinem influere & cum eo miſceri, & veluti naturalem compagem ſanguinis, Græcè ϛάσιν violare, aut extra vaſa in partes quaſdam peculiares hepar, cor inferri, & ſic magnas in corpore turbas excitare. Plato fibras violari perturbarique philoſophatur; Galenus in eo comm. ſanguinem per influxum, & plenitudinem ſuffocari conculcarique, qui iam aut vitium contraxerat, aut diſflatione prohibitus corrumpitur. Subdit Hippocrates, Dolent morſæ partes, intenduntur &c. Itaque corrupto ſanguine, ſpiritibus naturales vias nequeuntibus tranſire fiunt perfrigerationes & dolores, grauitates capitis, tenebricoſæ obuerſationes, aphoniæ, &c. ἕως τῆς ϛάσεως, ob ſtationem, ſi iam ad cor & hepar fluxiones repant. Vbi notabis tria, διαφθορὰν αἵματος: ſpirituum ἀπόλειψιν, & humorum aut ſanguinis aut vtrorumque πλὴν ϛάσιν. Vnde ſanguinis διαφθορά, an iam talis erat ſanguis? Nam Galenus ait fluxiones acrium humorum contingere τῷ σώματος ὄντος κακοχυμωτέρου. An per admiſtionem acrium humorum? an per plenitudinem & πῆξιν & ϛάσιν καθ' σφήνωσιν? id quod Galenus videtur inſinuare. Nam vbi ſanguis κακοχυμώτερος naturam ſtimulat ad excretionem: ſi id fit intus, & non foras, malo eſt in particula fortè ſuccus & ſanguis laudabilis eſſe poterat, ſed per affluxum acrium humorum calore oppreſſo, ſanguis partis corrumpitur. Sanguis (ait) διαφθείρεται, repleta à fluxionibus particula quæ affi-

ad part. 27. lib. 4.

©BIUM

citur. Plato vult per ingreſſum iſtius bilis elidi fibras, & attenuari ſanguinem. Et etiam veriſimile eſt cum acres & bilioſæ ſint efflu- xiones, & tenues, cum ſanguinem ſubeunt ipſum attenuari. Niſi fortè congelatur & πήγνυται per ſuffocationem, ſuffocationem quidem per repletionem. *Si attenuatur quî fit facilè πῆξις καὶ στάσις.*

Quod attinet ad ἀπόληψιν ſpirituum & venarum (nam duo hæc antè adſcripſimus,) obſeruatur & impedimentum motus in ſpiri- tibus, & in humoribus & in ſanguine. Dictum quoque ex in- numeris Hippocratis locis in ſanguine conſiderari κίνησιν, σύγασιν, καὶ συμμετρίαν, καὶ φθορὰν. Sic motus in ipſo ſanguine peruertitur, hinc prudentia hominis alteratur.

De ſtatu quem στάσιν vocat & Galenus & Hippo. Plato, vt ante dictũ eſt, nomine τῆ στάσεως tumultus, diſceſſio, & ſeditio intelligi- tur, itẽ factio. Et cum humores dicuntur ob contrarias qualitates & à natura diſceſſiones, turbare & commouere corpus, ἡ στάσις hu- morũ dicitur. Et tamen in aliis locis ἡ στάσις ſignificat ceſſationem à motu, ſtatum, ſtationẽ & quietẽ. Sic dico contraria nomine τῆς στάσεως compræhendi videtur. στάσις per ſe ſtationem ſignificat, & ex euentu diſceſſum, ἀπόστασιν, ſeditionẽ. Quia in factione primũ qui facit factionem ab vna diſcedit parte eamque deſerit, ad aliã ſeſe adiungit atque cõfert, ab ea ſtat parte ſic præeunt motu ac ſe paratione in parte alia priori contraria ſtatur, conſiditur, conſiſti- tur. Hinc ſtatio Græcis στάσις. Et quod prius dixit Plato quatuor humores efficere τὰς στάσεις non τὰ στάσεις, vt malè legitur, idẽ paulò poſt de bile loquens ait χειμῶνας efficere, ideſt, tumultum ac tem- peſtatem. Et in libris de acutis explicans ſigna plenitudinis ſan- guineæ ait τῆ ὀμμάτων στάσιας, conſtantiam & immobilitatem ocu- lorum neruorum principio immobili atque veluti congelato. Et manuum addit διαπάσεις quæ opponuntur ταῖς στάσεσι, porrectio- nem enim & mobilitatem manuum αἱ διαστάσεις ſignificant. *Com. ad par 26. 4 acut.*

Ergo τὸ αἵματος φθορὰν καὶ διαφθορὰν (nil intereſt) Hipp. confi- derat, cum nimirum ſanguis ſuam σύγασιν amittit aut per rei alie- næ miſtionẽ (vt de bile dictum eſt) aut per propriam in ſe altera- tionẽ & corruptionẽ ob qualitatũ aut diſſidium aut exuperantiã. Prẽter hanc φθορὰν ſpectatur motus impeditus ſpirituũ. Alibi mo- tum impeditum in ſanguine reſpicit: ſed id eodem refertur: vnde aliàs dicitur τῆ φλεβῶν ἀπόληψις (de ſanguine audiendum) aliàs τῆ πνευμάτων ἀπόληψις. vide opinionem Galeni. Hæc autem maximè fiunt in corpore cacochymo. Dolor irritat fluxionem. fluxio fit *Comẽt. 1 par 23. & 27. 4. acut.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 63 sur 359

©BIUM

& augetur dolor. Auctis doloribus contrarij effectus contingunt. Ideò ait Hippocratem interpretans Galenus. Idque ipsum alterius causa redditur contraria. Atque ista corruptio sanguinis & spirituum, fit ob plethoram partium quam facit humorum influxus, influxum autem dolor & morsus partium. Celerior fit corruptio si corpus cacochymum, & augetur cum suffocatur sanguis ob plethoram. Et impeditur aditus humoribus & spiritibus. Et fit στάσις sanguinis causa perfrigerationis. In textu Gal. legitur ὅταν δὲ ὄξι τὸ αἷμα. legendum ὁταν δὲ ἑστῇ τὸ αἷμα, cum steterit sanguis. Ante enim legitur σάντων δὲ χυμῶν. Et insignis est hic in textu error. Ex his omnibus apparet quantùm συμμετρία sanguinis in quanto & quali ad sapientiam actionesque temperatas conferat.

Com. in par. 27 lib. 4. acut.

Paulò longius orationem commentationemque nostram produximus quam institutum fuerat. Sed æstus quidam interpretandi & locos explicandi nos abripuit.

Nunc ad rem institutam aggrediamur; locorum enim obscuritas & difficultas effecit, vt aliquid operæ impenderimus in iis explicandis quæ obiter in classicis auctoribus animaduerterimus. Quanquam aliqua ex iis præter rem, in re tamen & è re esse possint. Diximus quos tumultus, quas turbas & seditiones afferat sanguinis mutatio seu in quanto, seu in quali, seu in consistentia, & aliis id genus. Ergo quicunque naturæ sunt ita comparatæ vt sanguis cæterique humores varias mutationes subeant, eæ sunt variæ, inconstantes, & tamen in aliqua constantia inconstantiam habent. Huiusmodi est melancholicorum natura. Ideò diximus ex Aristotele melancholicos perpetuò medicinam appetere, & ob suam temperiem vehementes appetitiones motionesque habere, nec non corpus eis perpetuo dolere. Vnde & lamentis medicos afficiunt, & querelis subinde repetitis obruunt & obtundunt. Is locus ad institutum apprimè facit. Tales μελαγχολικοὺς interpres vertit, qui atra bile laborant. De iisdem locus est alius apud eundem Aristotelem dum disputat de voluptatibus; impotentiáque aliam ex imbecillitate ortam, aliam ex temeritate considerat. Acutorum hominum & atrabilariorum maximè est temeraria impotentia, quoniam acuti propter celeritatem, atrabilarij autem ob vehementiam; rationem suam & iudicium non retinent, hoc ipso quòd visionem aliquam obiectamque speciem animo facilè sequantur: & alio loco, faciliùs impotentia sanari

Fundamentũ disputationis.

De ea constantia aut inconstantia post dicemus ex eodem Arist.

4. *cap. 7. lib. 7. ethic.*

poteſt eorum qui atra bile tenentur, quàm eorum qui ſtatuunt, nec ſtant in eo quod ſit iudicatum. Quibus ex locis apparet & impetus animi in iis quos atra bilis tenet, vehementes eſſe, & varios eſſe ancipiteſque melancholicos. Vnde videmus præclaros primarióſque homines, ingenio valere, & melancholicos eſſe, & tamen multa facere quæ hominem conſtantem decent. Immò ad quandam ἔκφασιν facilè & ad ἐνθουσιασμὸν facilè deueniunt. Et Plato aſſeuerat ingenioſos plurimùm concitatos & furioſos eſſe ſolere. Democritoque placuit nullum virum ingenio magnum, eſſe poſſe niſi qui furore quodam percitus fuerit ac concitatus. Et de Poetis Platonis illud, fores poëticæ fruſtra abſque furore pulſantur. Vnde verò in melancholicis varietas iſta, iſta σοφοῦ ὄρεξις καὶ ὁρμή? Nec enim in iſto furore & ecſtaſi diu manere poſſunt. Vnde & illud quod dolendi finem non faciant? an humor in iis efferus? venenatus? non potens regi gubernarique à natura? Id quod placuit Ariſtoteli. Et ſimilem affectionem melancholicam explicat Hippocrates quam ſua lingua φρονῖδα vocat, curam vertunt interpretes. Animi quædam affectio eſt in qua ita ad rem aliquam attentus eſt, vt ab ea non facilè recedat. Et quod in ventriculo eſt ἀλύκη, ideſt in animo φρονῖδος. ἀλύειν enim Gal. interpretatur, nullo modo quieſcere, ſed ab vno negotio ad aliud facilè tranſire. Et tunc ad animum quodammodo τὸ ἀλύειν referendum eſt. Hæc autem τῆς φρονῖδος ſigna ſunt ex Hippo. anxietas, lucis ac hominum fuga, tenebrarum amor, timor, ſepti tranſverſi tumor, in viſceribus ipſis velut ſpina eſſe videtur & punctiones: hoc vltimum annotandum eſt. Etenim conueniens eſſe videtur iis quæ ab Ariſt. dicuntur, nempè quod dolor ſit quidam aſſiduus. Nos id experientia docet. Nam videas melancholicos tales querimoniis modum finemque non imponere. Dolet modò pars hæc, modo illa. Et reuera aut fuliginoſum excrementum cauſa eſt, aut flatus quidam malignus, virulento quoque ſero comitatus in membranas καὶ τὰ σπλάγχνα ſeſe inſinuat dolorum eam iliadem concitans. Immò placidè non dormiunt, ſed turbulentis inſomniis mens eorum agitatur. Id explicat Ariſt. melancholici ideò crebrò in ſomnis excitantur, quia calore largiore vrgente animus moueri æquo amplius cogatur. Et cum motus vehementior ſit, meritò dormire nequeunt. Putat autem Ariſtoteles placidiſſimum eſſe ſomnum cum motus plurimus eſt: motus autem eſt plurimus cum larga caloris copia in partem interiorem retra-

Ariſt. pro. 1. lib. 30.

Melancholici ingenioſi. In Phædro.

ad finem 2. de morb.

Com ad aph. 56. lib. 7.

Prob. 13. lib. 30.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 65 sur 359

©BIUM

hitur: id autem fit vbi cibus ingeſtus eſt, tunc enim & calor plurimus, & vapor plurimus, & motus plurimus, ſic inſõnium aut nullum aut paucum. Et iſto motu deſiſtente, animus quieſcit & prudentior fit. Vbi enim plurima vehementiſſimaque eſt agitatio, nullum oboritur inſomnium, ait Ariſt; Nec animus tunc quieſcit & per ſe eſt cum ſomnium nullum eſt, contra qui in motu plurimo eſt, nec pauliſper quieſcit, hic nequit intelligere. At cum grauis ſomnus eſt, motus eſt plurimus, agitatur animus, ideo non intelligit, intelligendo ſomniat. Id facit pro melancholicis, nam ſi in eorum animis eſt perturbatio, ſi motus plurimus, ergo ſomnus grauis & placidus eſſe poteſt, & inſomniorum vacuitas eſt. Contrà euenit, nam & inſomniis exercentur, & crebro dormientes excitantur. Sic contrariæ rationes videntur. Ita nodus ſoluendus. Vt concedant placidum & interruptum eſſe ſomnum cum præ caloris copia & vaporum motus plurimus eſt, tamen ſi motus iſte æquo maior ſit, implacidus interruptuſque eſt ſomnus, vt in ægrotantibus contingit. Ideo appoſitè dixit pleniùs antè Ariſt. de melancholicis loquens, calore maiore vrgente, animus moueri æquo ampliùs cogitur. Id autem fit in melancholicis. Hæc de inſomniis & motu turbulento in ſomnis. Quæ fortaſſis in partem contrariam agitari poſſent.

Sed iſtæ mutationes frequentes in melancholicis quæ & ad corpus, & ad animum referuntur, an ratione caloris, an frigoris, an aliarum ſimilium qualitatum fiant? Ariſtoteles enim id aſſerere videtur. In quibus, ait, multa & frigida bilis eſt atra, hi ſtolidi
„ ſunt & ignaui. In quibus multa & calida, ij perciti, ingenioſi, amaſij, propenſi ad omnem excandeſcentiam; nonnulli etiam loqua-
Probl. primo lib. 30. ciores. Et quia in multis ille calor ſedi mentis vicinus eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico inferueſcunt, inde
„ Sibyllæ & omnes qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, cum id
„ non morbo ſed naturali intemperie accidit. Quibus idem calor in
„ aliquam mediocritatem remittitur, ij quidem melancholici ſunt,
„ ſed prudentiores. Habitus autem melancholicus vt varios mor-
„ bos creat, etiam ipſe inæquabilis eſt. aliàs enim frigidus, vt aqua,
„ aliàs calidus. Et ſi quid formidandum nuntiatur, ſi habitus iuſto
„ frigidior, timidum reddet: Si ampliùs caleat, metus inuectus ad
„ mediocritatem reducet. Fit ſæpè vt angamur ſuccumbamuſque
„ animo, ſed cur, ratio non poteſt reddi: contrà, ſecuritate animi
geſtimus, nec rationem reddere valemus. Quod bifariam expli-

care poſſumus. Vel quia huius rei cauſa non redditur facilè, cùm hunc angorem ſimpliciter humor melancholicus non inferat, vel quod ægri ipſi cur ita ſint affecti, vix explicatur. Vnde illud Hipp. timor & mœſtitia abſque cauſa manifeſta melancholica ſunt pathemata. Et reuera timor & triſtitia ſine cauſa manifeſta melancholiam ſignificant tanquam poſteriora: & tanquam priora inducunt. Præ timore enim & ægritudine fiunt homines melancholici. Tamen Ariſtoteles hîc calori frigorique totum tribuit. Quibus calore natiuo marceſcente oritur ægritudo, ij ſibi potius laqueum petunt: Et iuuenes potiùs quàm ſenes ſe laqueo interimunt. Senibus per ætatem calor marceſcit, iuuenibus, per vim ipſius affectus. Quibus calor ſubitò extinctus eſt, vti repentè ſe interficiunt, cum nullum antè indicium præceſſerit. Et tandem ita concludit: Cùm atrabilis friget, varias animi moleſtias anxietateſque gignit, calidior autem, ſecuritatem lætitiamque præſtat: hinc pueri lætiores, ſenes triſtiores. Et ait eos qui à coitu triſtiores exiſtunt, tales ideo fieri quia excreto ſemine abundè refrigerantur: contra qui copiam quandam excrementi cum ſemine emiſerunt, leuati ſarcina hilariores fiunt. Denique ita concludit Ariſtoteles. Homines melancholici varij inæqualeſque exiſtunt, quia vis atræ bilis varia & inæqualis eſt. Nam vehementer & calida & frigida reddi poteſt; & quoniam vim obtinet morum inſtituendorum (nam cal. & frigidum inter ea quæ in corpore noſtro ſunt mores condit) ideo nos morum qualitate afficit, vt vinum. Et vinum & atra bilis flatuoſa eſt. Ad finem, poſt verba quædam inuoluta & obſcura, aut melancholicos omnes non per morbum, ſed per naturam eſſe ingenio ſingulari.

Calid. & frigidum morũ opifex.

Ego verò vereor ne Ariſtoteles. vt phyſicus plus æquo tribuerit primis iſtis qualitatibus, calido & frigido. Et videtur incidere in errorem eorum qui calid. frig. humidum & ſiccum omnium morborum cauſas & principia poſuerunt. Hippocrates eos ſuggillat. Nec more vulgi, aut phyſicorum in iis qualitatibus conſiſtit, ſed altiùs ſeſe effert, & aliarum qualitatum, humorumque vim potentiamque conſiderat. Quod ſi aliàs, in melancholicis maximè locum habere debet. Nec enim melancholicorum inæqualitates, varietas morum, impetus, milleque animi pathemata affectus ſunt ſimpliciter caloris aut frigoris, ſed aliquid aliud præterea eſt ſpectandum. Ariſtoteles quidem iis qualitatibus multùm tribuit vt naturalis ſcriptor, quod magnam efficientiam habeant.

©BIUM

Lib. de vetere medicina. Hippocrates contra de iis qualitatibus ſtatuit. Calidum & frigidum omnium qualitatum minimè potentes eſſe iudico: ſed ſecundis qualitatibus id quicquid eſt quod in corpore noſtro geritur & fit, tribuendum eſt. Calidum enim & frigidum facilè ſeſe mutuò elidunt & infringunt. Superiùs docuimus quæ ſit vis ſanguinis acris, ſalſi & acidi, vt pote quo natura vti recuſat. Et ex eo loco eruenda demonſtratio eorum quæ hîc dicuntur. Vt autumno humores & ſerum virulentam qualitatem habent, & malignos morbos concitant, an quia calidi? an quia frigidi? Galenus cum Hippocrate ad temporis inæqualitatem recurrit: ea de re dubito. Sed & aduſtio, & ſuppreſſio fuliginis, & inæqualitas, & intempeſtiuus victus qui æſtate præceſſit, & fructuum natura corruptibilis, accedente quadam naturæ & caloris naturalis imbecillitate, hæc (inquam) omnia hæc concurrentia pariunt malignam aliquam qualitatem morborum ſui generis fautricem & matrem. Porrò ſchola medica conſiderat bilem aduſtam quatuor modis. Aut enim ſuccus melancholicus naturalis aduritur, aut ſanguinis pars purior, aut bilis flaua; aut ſalſa pituita. Quæ aduſtione naſcitur iudicio & ſapientiæ obeſſe creditur, ad furorem concitationemque animi alioqui plurimùm valens. Si extinguitur, partibus ſubtilioribus reſolutis, remanente tetra fuligine, hinc ſtoliditas, metus & ſtupor. Sola naturalis ad ſapientiam facere dicitur. Volunt quidem accendi, non vri, vt ſpiritus tenues, ſcintillantes excitentur qui propter ſuam λεπτομερειαν homines agiles & alacres reddant. Sic tamen non eſt conſiderandus calor ſimpliciter, aut frigus, ſed humores & quædam aliæ qualitates efficaciores. Et ita terminauiſſe videmur in eam primam ſententiam Hippocratis, quòd ſanguis ad ſapientiam faciat. Quanquam prima ſcribendi occaſio fuit quæſtio de mittendo ſanguine in melancholicis, Dioriſmos ex Galeno attulimus. Et reuera non eſt vulgaris ea quæſtio. Nam ſi ſanguis melancholicorum virus quoddam in ſe continet, ſi acer, ſi ſalſuginoſus aut ſimili qualitate donatus, ea ne qualitas per phlebotomiam tolletur, aut corrigetur? Dicam vnum à nobis ſæpiùs obſeruatum. Hypochondriacorum & melancholicorum verè dictorum ſanguis non ita facilè corrumpitur & fereſcit, vt ſanguineorum & calidorum humidorumque corporum ſanguis. Ratio eſt. Sanguis eorum ſi acer, ſi ſalſus, ſi mordax ſi acidus, ea qualitate ſe munit & tuetur aduerſus communem putredinem.

Ariſt. primis qualitatibus Hipp. contra ſecundis multum tribuit.

Cur Autumnus morborū feracx.

4 modis bilis aduſta conſideratur.

De viribus ſanguinis & ſucci acidi, ſalſi, acris (quia quod nutrit dulce eſſe debet) Hippo. ad finē libri de vetere Med. Sanguis melancholicorū non ita facile putret ob qualitatem acrem, ſalſā, acidam mordacem &c.

putredinem. Malignus quidem & doloris parens eſt eorum ſanguis ob incluſam qualitatem neſcio quam, quæ naturâ ſtimulat & angit, ſed notas non habet facilè vulgares putredinis. Vbi enim ſemel talis ſanguis nitroſus, acer, ſalſúſque putruit, dij boni, quantos dolores excitat, quam erroneos & vagabundos, & qui cruces ægrotantium medicorumque dicuntur? In maxima hypochondriacorum parte agnoſco calorem neſcio quem aridum, ſquallentem, mordacem, adurentem & zymoſin fermentationemque in humores facilè inducentem, an ratione iſtius caloris ſanguis demendus, an hac ratione calori natiuo, viſceribuſque ipſis refrigeratio afferri debet? Qui rerum nouarum accenſi deſiderio ſine diſtinctione (id quod artis pars maxima eſt) ſanguinem detrahunt, audacter in eo habitu & temperamento id facient, partim caloris acrimonia inducti, partim ſanguinis maligna qualitate perſuaſi: phlebotomia enim minuendo calorem, tandem temperabit reliquum, & partem maligni ſanguinis amoliendo, locum generationi melioris præparabit. Item: ſi tum demum benè habent melancholici cum pingueſcunt, temperato & madefacto eo calore ſicco qui in iis marcorem maciemque accerſit, cur non conferet venæ ſectio? Nam & vulgò pinguefacere dicitur. Tollit enim & prauum ſanguinem maciei cauſam, & refrigerium affert iſti calori intemperato. Sic ex euentu ſanguinis detractio quandam εὐεξίαν inducit. Fidem facit experientia quotidiana, facit & hiſtoria extenuatę illius mulieris apud Gal. quæ euacuato impendiò magis ſanguine pici ſimillimo, priorem habitum nitoremque recuperauit. At dices, viſceribus ipſis inuſta eſt & impreſſa ſicca & ſquallens intemperies? quid proficias licet maſſam ſanguinis exhauſeris? vnde ſanguis τοῦ τῆς φαντασίας & aſpectu apparet laudabilis: Et tamen magna pars melancholicorum, preſertim hypochondriacorum aut febre maraſmode interit, aut tympanite, nonnunquam ob caloris naturalis ad bonos ſuccos generandos aptis paupertatem; & caloris contra naturam ad χαλοφραγίαν facientis, diro hydrope, ideſt aqua intercute. de hoc viderint qui audentiùs ſanguinem detrahere voluerint. At alia etiam ratio eſt quæ ad liberaliorem ſanguinis detractionem adhortabitur, nempe & frequentia doloris & ſæuitia. Si enim conſtat & ex Ariſtotele & experientia ipſa, eos qui atro ſucco abundant, vt dolendi, ita conquerendi finem non facere, quod doloris præſentius erit remedium ipſa ſanguinis detractione? At dolor non ob calorem, non ob frigus

Phlebot. melancholicis confert, quia caloris acrimoniam minuit, pinguefacit, & dolorum ſæuitiam compeſcit.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 69 sur 359

©BIUM

Vnde videmus tumores melancholicos vt cancros, carcinomata plumbo, ceruſſa, ſolano, plantagine aeizoo iuuari. Quia aduſtio ipſa tabeſque humori impreſſa eo remediorum vſu iuuatur.

adeſt, ſed ob ineffabilem inexplicabilemque qualitatem ipſius ſanguinis, quam à neſcio qua viſcerum affectione & diatheſi acquirit. Et natura eum ſuccum vt non mitem & benignum refugit, relegatque & quoad poteſt, ſuis facultatis expellentis præſidiis vſa, repellit ac reiicit. Hoc dum fit, dolores in partibus neruoſis, quia humor cietur, excitantur. Et vnum notandum eſt de iis, quòd calcis modo eorum calor fuliginem prauam excitat etiam benignitate alimenti irrigatus: & à ſumpto cibo deteriùs multò habent. Immo quaſi febricitare videntur. Nec eſt quod dolor in iis frequens ad ſanguinem demendum prouocet. Si autem quoties de dolore conqueruntur, toties ſanguis detrahatur, vt conquerendi, vt dolendi, ita euacuandi ſanguinis finis non fiet. Hoc tamen relinquendum erit medentium prudentiæ, vt cui, quando, & quantum, & cur ſanguis mitti debeat, intelligant. Vt enim in iure omnis definitio periculoſa, ita generales propoſitiones in arte medica ſunt periculoſæ. Nam diſtinctione & diориſmo indigent, qui eſt velut anima earum propoſitionum generalium. Alioquin in magnos errores promptus eſt lapſus. Hæc eſt doctrina Hippocratis, qui expendens has propoſitiones, omnis caſeus bonus, omnis malus, omne vinum meracum bonum malumue, docet quantis ſubiaceant erroribus qui ne definitè eas pronuntiant. Idem de ſanguinis detractione in melancholicis, an facienda, an non, crebrius-ne an rarius. Tandem vt commentandi finem faciam, melancholicis præſertim ſi localis in cerebro fuerit melancholia, aut ſi hypochondriaca, benè conſultum volo conſideratis iis quæ in curſu orationis à nobis ſunt demonſtrata. Nam in melancholicis hæc maximè conſiderantur: viſcerum ipſorum calida ſiccaque intemperies: prouentus humorum aduſtorum, vnde ſcabies, lepra, morphæa, terminthi, claui, varices, hæmorrhoides, maculæ, exanthemata πυελαυξα vt vocat Hippocrates, cancri, carcinomata, denique formidoloſus ipſe elephas. Præterea cutis obſtructio, fuliginoſi excrementi ſuppreſſio (quod excrementum quia inutile planè, eo natura non vtitur vt ſero, ſed quantum poteſt excludere nititur) quæ ſuppreſſio grauium ſymptomatun cauſa exiſtit: dolorum frequentium generatio & prouocatio modò in his, modò in illis partibus: vt numquam reperias melancholicum ſine dolore, ſiue quod ita ſit, ſiue quod opinione & τῇ φαντασίᾳ maius quiddam ſit. Et niſi libri noſtri certam fidem facerent de generatione cauſæ iſtorum dolorum, nos crederemus omnes ementitos

Generales in iure definitiones & in medicina propoſitiones periculoſæ.

lib. de vetere medicina.

5.

Bilioſi cum ſint πλατύφλεβοι tamen tenues ſunt, quia natura non fruitur iſto ſanguine. Ideo Celſus ait, Tenuioribus magis ſanguis, plenioribus magis caro abundat.

eos dolores & fictitios. At aliter res habet. Quanquam non negamus τὴν φαντασίαν plurimùm posse in melancholicis. Hæc cùm ita sint, cùm sit viscerum δυσκρασία, obstructio, suppressio, prouentus humorum acidorum, acrium, salsorum nitrosorumque (addo etiam virulentiam & χαυνοθείαν & peculiarem putredinem) non tam fortè cogitandum est de frequenti aut luculenta sanguinis detractione, quàm viscerum & humorum correctione, quam ἐπανόρθωσιν vocant. Sic frequens vsus balneorum lactis asinini, iusculorum (nisi forte borborismi & fluctuationes & flatuum origo prouentusque impediat) ex carnibus vitulinis paratorum, tranquillitas animi conducit: Denique id quicquid tollens colorem cum plumbeum & citrinum melancholicorum, εὐχροίαν, ἢ εὐσαρκίαν, ἢ εὐεξίαν conciliat. Tunc enim benè habere creduntur. Vt idem in melancholicis fiat quod in hęmoptoicis consulit Hippocrates, vt sanguis velut pinguis & benignus reddatur. At vulgus credit sanguinis frequentem detractionem pinguefacere, quia minuitur calor acer, febrilis & mordax qui maciei causa est. Pituitosum enim fit corpus. Pituita autem alendo est idonea, non pus, non ichor, non bilis vtraque, ait Gal. ad part. 44. lib. 2. acut. De vsu medicamentorum dubitatur. Nam alij vehementer purgantia calidaque prescribunt. Vnde hierarum & confectionum, vt hamech, logodij, Rufi, Archigenis, operosa concinnatio ad melancholicos definita & destinata. Pręclarius Mesuęus, qui quodammodo temperat illud aduerbium Hippocratis ἀδρηπέρως, vt non adhibeatur ea vehementia quæ Hippocrati placuisse visa est. Nam vult melancholicos non semel, non bis, sed frequentius purgandos, non validè, vt natura euacuationem regat & moderetur, non naturam regat euacuatio. Præclariùs Aëtius de emolumento hierę Archigenis qua melancholici & epileptici iuuantur, non quod bilem excernant nigram, sed quia (ait) dispositio impressa partibus solidis sensim aboletur & exteritur sine commemorabili excretione humoris. Etiam minima quantitate, sed frequentiùs, sumebatur confectio hæc, vt sensim fieret delendo diathesin, quod non nisi cum periculo si ἀθρόως id fieret, contingere potuisset: contra faciunt quidam Medici celebres purgatores, qui non cessant purgare, donec totum corpus exhauriatur & macrescat. At iste humor non tam est irritādus quam fouēdus, alendus, mansuefaciendus. Et malo fundamento vtuntur tales Medici, cùm melancholici morbi non tam consistant in humore, quàm in partium

6.

7.

Tanti faciendа est εὐδιαφόρωσις in omni morbo, vt non sit ferè alia ratio recuperandæ valetudinis. Arist. proble. 54. lib. 2.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 71 sur 359

©BIUM

ſolidarum (in quibus ἡ φύσις conſiſtit) vitio & diatheſi. Id quod cum Archigene animaduertit Aëtius. Vt ſenſim ſentiam me labi in recentiorum opinionẽ qui morbos quoſdã τῆς ὅλης οὐσίας nouo exemplo & inuento, conſtituerunt. At vereor ne diutius exactiuſque de melancholicis comminiſcens melancholicus fiam. Circa enim ſtudium, vigilia, vehemens & pertinax exercitatio, commentatio, animique contentio ad eam diatheſin inducendam valet. Sed malo commentandi finem facere, vt ne ego mihi pro ſubiecto & materia fiam. Ego autem miſertus dolenſque vicem melancholicorum, hanc ad ſcribendum materiam præſumpſi. Maximè verò impulerunt tria, medicorum non ſatis conſiderata in morbis melancholicis curandis ratio, eorumdem pudor, & calamitoſorum ægrorum tædium. De Medicis hoc dicam. Omnes in melancholicorum cura ſemper accuſant lienem, & cum ſplen viſcus ſit frigidius, foris & intus calfaciunt impenſè: omnes enim herbæ ſplenicæ ferè ſunt calidæ & ῥυπτικαί. Sic lædunt: & vt concedam ſpleni cõſulere, reliquo corpori officiunt. Cæterùm in his morbis medicos & pudet tantę diuturnitatis & querelarum, & ægros tędet. Sic vt tędio & pudori conſulatur, videndum eſt. Aliqui & pro remedio ęgris deſperatio, & arti infamia pro laude continget.

ANNOTATIONES.

1. *Hanc quæſtionem agitat Ariſt. prob. 38. lib. 11. Cur lingua hæſitantes ſint melancholico habitu? an quia properè ſequi imaginationem non niſi melancholicum eſt? hæſitantes autem tales ſunt. Nam impetus dicendi præruit & antecedit facultatem eorum cum animus viſa ſequatur. Balbos conſtat habere inſtrumenta vocalia tardiora: & tales vinolenti redduntur, cum ſuam imaginationem non rationem ſequantur. Tamen credibilius eſt balbos, gracili voce præditos & lingua hæſitantes verè melancholicos eſſe, non pituitoſos, nam idem Hippocr. 1. epid. vocis gracilitatem & hæſitationem oborto varice eliſi ſoluique ſcribit. Id quod inquiſitione dignum eſt.*

2. *Omnis enim ſanguis vitioſus ſe ipſo integro tenuior fit, in ſerum enim ferè degenerat. Hippo. hoc loco id videtur ſignificare. Sed hæc ſententia de ſanguine vitioſo qui attenuatur eſt Ariſto. prob. 2. lib. 10. Sed ſi ſanguis putrens per putredinem fit ſeipſo tenuior, qui ſtabit illud Hipp. lib. de carnibus, quòd aqua putrefacta ſeipſa fit craſ-*

ſior, vt & cætera omnia. An illud verum? Mirum quod hoc tempore tantum ſit ſeri in ſanguine: Sexentis (ait Galenus) quotidie venam ſecamus, pauciſſimam aquam ſupernatare reperimus, ſanguine concreto, quamquam omnibus quibus vena ſecanda eſt, corpus malè eſt affectum, & læſa omnium naturalis adminiſtratio, tum ne his quidem aqua ſupernatat, niſi pauca naturaliter habente corpore, renes ſerum perpurgant cap. 6. lib. 5. De vſu partium. Et quæſtio, id quod abſceſſus eſt in partibus extra vaſa, id ipſum eſt fibris in venis, vnde quod pus eſt in abſceſſu, id eſt hypoſtaſis in venis, in morbis venarum per putredinem tenditur ad attenuationem, nam ſanguis ſeroſior fit & tenuior (id quod in febribus quartanis fit) in abſceſſibus tenditur ad craſſo factionem. Sanguis aqua multa dilutus non probatur vulgo à Medicis. Tamen ex Hipp. 4. de morb. non videtur ea aqua inutilis. Nam febri aqua eſt inimiciſſima. Bilis & humor bilioſus nutrimentum eſt febris. Ex eo loco probares ſudores eſſe inutiles, quia exhalat aqua quæ bilem & calorem temperaret remanetque humoris pars craſſior & velut ſtrigmentum.

3. Cæterùm animaduertere oportet ſanum dici bifariam, abſolutè, & latè. Melancholici qui perpetuò parte aliqua laborant, etiam ſani dicuntur, ſed late: & tamen dolent, dolor autem contra naturam eſt. Illi non abundant maxima ex parte ichore, ſed flatu. Ichore non ita abundant nec febriculoſi ſunt: flatu non abundant qui πνεῦμα quoddam amicum eſt, ſed qui φύσα, de quo Hipp. lib. ſcripſit. Sic ſurditates quæ in febribus contingunt, item & parotides, vtræque cum per raptum mixtionemque bilis eueniunt, cruditatem etiamnum morbi indicant. Et inter locos Galeni commemorabilis eſt iſte, cum dicit, crudum tandiu morbum dici, cum bilis cum ſanguine permiſcetur.

4. Melancholici nec ſano ſunt corpore, nec animo, licet magnorum ſint facinorum autores. Strenuè & vehementer agunt & habent inſipientiæ & ſapientiæ interualla. Idem iis contingit, quod & amantibus Comici contingere dicunt; horum diſputationes ſana conſilia habent aliquando, ſe ſtatim reſurgentis amoris vi ac ſæuitia deuincuntur.

5. Didicimus ex Gal. ἐξερύθρους & ſanguineos melancholicos fieri: & Gal. ad part. 70. lib. 3. epid. ſect. 3. Quibus multus ſanguis & calidus generatur, ij promptè in melancholicorum humorum vitium deueniunt. Bilioſi qui venas amplas habent & ſanguinem feruidiorem facile fiunt melancholici. Nam calor magnus & materia multa,

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 73 sur 359

©BIUM

multam exuſtione fuliginem excitat, vt Hipp. part. 1. ſect. 6. lib. 6. epid. Neſcio cur Plinius cap. 38. lib. 11. dicat biliosos abundare ſanguine & eo pingui. Neſcio cur dicat ſanguinem pinguem. Nam ſoli obæſi & qui ſanguinem pinguem habent, non fiunt melancholici.

6. Faciei pallor eſt in maxima melancholicorum parte. Vnde ait Celſus, quibus diu color (ſine ictero) malus eſt, ij vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Deinde paulo poſt agit de pallida & tumida facie cap. 7. lib. 2.

7. Paſſim diximus in melancholicis (maximè per aduſtionem & ſuppreſſionem) fuliginoſum eſſe excrementum, quod eſt multorum malorum cauſa. Ideo reſeratio cutis & temperatio prodeſt. Nam cum bilioſi & calidi ſanguinis æſtum in præcordiis habeant, multam excitant fuliginem. Ita ait Hipp. 6. epid. Calidior venula (id eſt arteria) ſanguinis copia exuſtum gignit.

8. Herbæ ſplenicæ & quæ dantur melancholicis ſi non vincant calore, tamen tenuitatem partium habent & ſiccant. Sic in earum vſu erratur, vnde Auicenna in quodam capite loquens de cura dolorum capitis. De humoribus iſtis melancholicis locutus ait, Si doloris cauſa ſit ſuccus melancholicus & is naturalis & phlegmaticus, administrentur calfacientia cum humectantibus: Si aduſtus ſuccus melancholicus, remoue omne exiccans, & calfaciens, & ſis contentus humectantibus. Id quod notandum eſt, nam ἀδιορίστως videmus tenuantia, calfacientia & ſiccantia melancholicis præſcribi: Et tum maxima pars melancholicorum fit ab aduſto humore. Quorſum enim audito melancholici nomine ſtatim ad Capparis corticem aut decoctum myricæ ſeu tamaricis confugitur? Cortex capparis abſtergit, incidit, excalfacit, digerit, contrahit, denſat &c. Quid opus his viribus in plurima melancholicorum parte, cum ea viſceribus calidis & ſiccis eſſe videatur. Immo Dioclis opinione in iis lactium venæ ardeant & inflammentur. Tamaricis etiam cortex digerit & ſiccat, quorſum ad melancholicos qui ſicci & ſquallidi apparent?

CONSILIVM V.

De Cauſo.

DE febre quæ Græcis Καῦσος, latinis ardens febris, barbaris Cauſon dicitur pauca commentari mihi conſilium eſt. De eius cauſa, ſignis aſſidētibus & pathognomonicis: De ſede humoris: De criſibus; & de Cauſo proprio loqui animus eſt, prætermiſſo & relato in aliud tempus Cauſo illegitimo. De vtroque author libri 4. acutorum abundè ſed confuſe ſcripſit. Cauſa autem quæ nos maximè impulit vt hoc negotij ſuſciperetur, eſt varietas opinionum. De pathognomonico ſigno veri Cauſi. video enim Galenum quodammodo varium, maximè dum loquitur de ſiti, quæ ἀχώρειστος, & ſignum pathognomonicum febris ardentis eſſe perhibetur. Et tamen aliis in locis non neceſſario adeſſe ſitim apparet, cùm tamen facultas naturalis integra ſatis videatur. Et tamen cùm medici hominem cauſo correptum ſitis expertem vident, extinctam facultatem eſſe autumant: Ita enim Hippo. In Cauſo ſitis ἀλώγως malignum: Quod ſi neceſſariò ſitis adeſſe non debet, id in malis non eſt ponendum. Itaque ea de re videndum eſt, vt conſtet de ſiti vbi adeſſe aut abeſſe debeat. 1. 2.

Primùm audiamus Galenum de diſtinctione febris tertianæ veræ & ardentis, quoniam vtraque habet aliquid ὁμογενές. Ardens & tertiana febris materiâ conueniunt, loco ipſius materiæ non conueniunt. vt fiat febris ardens, in venis præcipuè iecoris & ventris vbi maximè bilis abūdat, Tertiana fit cum totius corporis carnes nimis affluunt bile. Si carnes bile affluunt, non eſt neceſſe rigorem in tertiana excitari à vaſis in habitum corporis per propoſitionem, omnis rigor, aut ab vlcere, aut à vaſe. Ideo ſi cutis ſtringatur bilioſorum, & quantùm bilis in carnoſo congeſtum genere antè expurgabatur, quia in ſtatu ab Hippocrate deſcripto, non purgabatur, ideo febres tertianæ natæ fuerunt. Hinc patet in venis ventris & iecoris bile putrefacta & accenſa Cauſon gigni: Tertianam bile in vniuerſo corporis genere carnoſo congeſta & accenſa. *Com. ad part. 20. ſect. 2. lib. 1. epid. & cap. 3. lib 2 de criſibus: in tertiana enim per totum corporis habitum bilem ferri ait.* 3. *Ex eo Galeni loco magna Italorum medicorum pars in febre tertiana corpus vniuerſis ſuperficiariis ſcarificationibus euacuat*

©BIUM

Nunc eſt differentia de loco. Sed eſt locus alius qui prædicto quodammodo aduerſatur. Eo loci inquirit Gal. de ſede ardentis febris & de pathognomonicis ſignis, præſertim de ſiti, quæ aliàs pathognomonicum ardentis febris putatur, Galenus ita ſcripſit, In vna corporis parte, quæcunque illa ſit, interdum cauſus gignitur, interdum in toto corpore. Si in toto fit corpore, ſitis adeſt neceſſariò, cùm verò in vna parte, non de neceſſitate ſitim infert, niſi pars ipſa ſitim pariat. Omnium primum id facit os ventriculi, deinde ventriculus, poſt ſtomachus, poſt pulmo, & ſubinde ieiunum inteſtinum.

4. *Sitis quãdo eſt. Tamen in ep. l 1. Quod ſitiant cauſo capti, hoc proprium eſt febris καυσώδους.*

Ex hoc Galeni loco duo commemoratione digna venari oportet. Prius eſt quod non videatur ſtare differentia inter Cauſon & tertianam ſimplicem. Prius enim dixit tertianam gigni cùm totius corporis carnes bile abundant: hic cauſi ſedem vnam ſtatuit totum corpus, alteram, partem vnam. Hic & cauſi & tertianæ febris focum ſtatuit in totius corporis carnibus. Quæ ergo differentia eſt? Et paulò antè in eodem commento apertius explicat quid vniuerſi corporis nomine intelligat, Si in ſola parte materia redundet, aut ab ea attrahatur, eryſipelas exiſtet, verùm ſi venæ totius corporis exſiccatæ carnoſis è partibus humiditates attraxerint, in toto corpore affectio excitabitur, quæ cauſon referet. Id quod maiorem quandam ſolertiam requirit vt intelligatur. Ægrè enim intelligi poteſt quî & cauſus, & tertiana febris in toto corpore excitetur & foueatur. vnde mouens eam quæſtionem Galenus dubitando ait, An ſolùm cauſus fit cùm venæ arefactæ bilioſos ichores allexerint? An non & carne patiente Cauſus erit, ſeu in parte vna, ſeu in toto corpore pati eam contigerit?

Gal. com. ad apho. 37. l. 4. Acuta febris fit humoribus putrentibus. Putreſcunt vel ſæpè toto corpore, ſæpiùs in vaſis ſolis. Com. in part. 33. ſect. 3. lib. 3. epid. ardentẽ febrem & phrenitici affectiones eſſe ἐρυσιπελατώδεις declarat

Poſterius quod ex contextu Galeni colligitur, eſt, quod ſitis non eſt Cauſi pathognomonicum. Inſeparabile enim foret, cùm de eſſentia ipſius febris ardentis dicatur. Ait enim Galenus aliàs in Cauſo ſitim adeſſe, aliàs non. Adeſſe, ſi in toto corpore focus ſit febris, aut ſi pars quædam focus ſit quæ neceſſariò ſitim accerſat. Non adeſſe, ſi pars aliqua laboret & focus ſit qui ſitim neceſſariò non afferat. Sic in Cauſo omnino & neceſſario ſitim adeſſe non oportet. Ideo medicus de Cauſo præſagiens ſi quempiam Cauſo implicitum viderit & expertem ſitis (quæ alioqui magna eſſe debet) non ſtatim malè ominari debet, & vacuitatem abſentiamque ſitis facultatis naturalis intermortuæ ſignum eſſe exiſtimare.

An ſitis ſignũ cauſi pathognomonicum.

Id quod ad honorem dignitatemque Medici apprimè pertinebit.

Sed eſt apud Galenum, locus alius aliud quàm ante edocens: æſtuare, vt & perpetuò ſitire, eſt ardenti febri peculiare. Nullum aliud eſt inſigne argumentum. Eſt enim ſitis aſſidua & exurens calor, quæ duo perpetua ſunt. Hippocrates (ait Gal.) ardentem febrem aſſiduitate ſitis cognoſcit & caloris exurentis, vt phrenitin delirio aſſiduo. Sit alia febris quæ corpus fundat & liquefaciat, non priùs tamen vocabitur ardens quàm adiunctam habeat perpetuo ſitim immenſam, & ardentem & faſtidioſum calorem. Et tamen Hippo. narrat de febribus ardentibus in quibus ægri erant ſoporoſi & non multùm ſitiebant : nec enim febris valdè acuta erat. Sed hoc rarò contingit vt non ſit vehemens ſitis, præſertim ſi febris non ita ſit acuta, licet ardens exiſtat.

Com. ad part. 34. ſect. 3. 3. epid. “ “ “ “ *part. 34. 2 uſd. ſect.*

Et alio in loco narrat Hippocrates in quadam conſtitutione ardentes febres & phrenitides vagatas fuiſſe, deinde ſubdit: Et alij ſitibundi erant, alij non. Ita Gal. Potuiſſent aliqui non ſitire vel ob facultatis potum appetentis offenſam, vel quia maligna humiditas illis ad ventrem non confluxerat. Omnibus enim putrida quædam humiditas fuiſſe collecta, ſed non pari portione, nec æquè praua.

ad particul. 14. ſect. 3. lib. 3. epid. “ *Hic locus maximè facit ad dignoſcendũ cur quidã in febre ardente non ſitiant, & ſint cibiin appetentes.*

Alij ſitibundi erant, quia confluxerat humor vitioſus in mentem. Nam cum bilis, vel pituita ſalſa ventriculi tunicas imbibit, ſitis inexplebilis excitatur. Tum quia os ventriculi nondum ab humore ita læſum erat, vt facultas corrupta foret. Tamen omnino, ſaltẽ vt plurimùm, ſitis intolerabilis eſt comes ardentis febris. Ideo authorem libri quarti acutorum redarguit, quod non tanquam pathognomonicum ſitim annumerarit deſcribens Καῦσον, ſed tantum inter συνεδρεύοντα, ideſt, aſſidentia retulerit. At ſigna συνεδρεύοντα poſſunt & adeſſe & abeſſe.

“ “ *com. ad part. 4. lib. 4. acut.*

Vt tandem de ſiti aliquid conſtet, vt ne decipiamur fruſtraque & imprudenter de ægris aliquid non pronuntiemus. In febre ardente ſitis adeſſe debet, vt abſolutè dicatur aliquid, & è genere τῶν παθογνωμονικῶν eſt, non autem è genere τῶν συνεδρευόντων : nam ſi è genere aſſidentium foret, abeſſe poſſet ſatis ſæpè. Tamen, vt antè declaratum eſt, eſt cauſus in quo non ſit neceſſe adeſſe ſitim, præſertim ſi focus Cauſi ſit particularis, & in ea parte quæ inflammata & eryſipelatis modo affecta ſitim non prouocet. Quæ Galeni ſententia eſt, vt doceat exiſtere Cauſon quendam, cuius patho-

ἀνακεφαλαίωσις de ſiti.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 77 sur 359

©BIUM

gnomonicum non ſit ſitis. Et tamen ſemper audire oportet verum Cauſon. Nec enim mirum ſi in Cauſo non exquiſito non ita inexplebilis ſitis adſit Quanquam Hippocrates etiam loquens de ſecunda ſpecie Cauſi quem pituita ſalſa generat inter ſigna, magnam ſitim recenſet.

4. acut. par. 13

In cauſo ſi quæ ſitis adeſſe debet, non adſit his de cauſis id fieri poteſt, vel quia, vt dictum eſt, focus non eſt in parte quæ ſitim afferat: vel quia mens læſa eſt, vt affectionis ſenſus non ſit, & nil repræſentetur animo ipſi quia mens (in qua eſt τὸ κριτήριον) labat & ægrotat: vel quia facultas naturalis potionis appetens in ventriculo reſidens extincta eſt. Omitto communem illam vulgaremque cauſam, nempè deſcenſum & diſtillationem pituitæ dulcis qua tonſillæ, & fauces irrigantur. Si impedita ſit tantùm ad tempus aut languidior, ſed non extincta & emortua facultas, poteſt ſitis ad tempus non ſentiri, deinde percipitur: Notandum porrò eſt facultate naturali ventriculi emortua, ſitim non adeſſe, quia impreſſionem cauſæ ſitiferæ huc referre autumant. Mente quoque labante & læſa, non putat ſe ſitire æger, quia mens ſpeciem iſtius affectionis non recipit. Id obſcurum eſt, ſed ſi quis intelligat qua ratione is doloris ſenſum non habeat cuius mens ægrotat, diſtinctionem iſtam haud dubiò eſt percepturus.

Quibus de cauſis ſitis quæ adeſſe debet in cauſo non adſit.

Cæterùm cùm ſitis abſentia in Cauſo abolitæ facultatis index eſt, alia ſigna lethalia recenſet Hippocrates.

Item ante ex Hippocrate & Galeno diximus non adeſſe ſitim in Cauſo, vt cùm putrens humiditas in ventrem non influxit. Eſt & ex recentioribus quidam, qui vnum non negligendum adnotauit, nempe cur ſitis ſit aliquando maior quàm febris, & cur ſit minor quàm febris. Sitis maior eſt quàm febris, vt cùm in inflammatione iuxta os ventriculi, areſcit magis os ventriculi quàm cor exuratur: Et contra, cùm facultas languet, aut venter multa natat humiditate ſitis febri non eſt analoga, eſt enim minor quàm febris. Ego verò etiam ea de re meum interponam iudicium: Vidi pleroſque febrientes ardente febre, aut non valdè diſſimili, & tamen cum calor eſſet acerrimus, lingua exuſta; ſignaque forent ardentis febris, tamen non aderat ſitis, aut ea mediocris. Ratio verò non referenda videbatur ad aliquam cauſarum ſuprapoſitarum, ſed ad inſtrumenti propriam affectionem. Lingua cùm ſit aut pellucida, aut nigra exuſtaque, & totus ſtomachus cui illa continua eſt, eo penè modo affectus ſit, arentibus iis

Com. ad part. 14 ſect. 3. lib. 3. epid.

Cur ſitis maior aut minor ſit quam febris.

6.

Inſtrumenti propria affectio cauſa eſt vacuitatis & abſentiæ ſitis.

partibus & ſupra modum ſiccatis non percipitur ſenſus indigentiæ, quia neruus ſubiectus linguæ non eſt eo modo affectus & diſpoſitus eſſe quo debet. Itaque vacuitas abſentiaque ſitis non eſt ſignum emorientis facultatis, ſed indicat abeſſe ſitim, non cauſam quidem eius, ſed ſenſum neceſſitatis & indigentiæ ſitiferæ deeſſe ob partes malè affectas, vt pote ſuperficie exuſta & torrefacta, in quibus cauſæ ſitiferæ prima impreſſio & ſenſio eſſe debet. Hæc noſtra eſt coniectura, quæ ſi cui probabilis videatur, excipiatur, ſin minùs, veriſimiliore probabiliorique adducta, explodatur.

Itaque non quoties in Cauſo ſitis abeſt, quæ tamen παρηγγωμονικὸν eſſè creditur, toties malè ominari de Cauſi euentu oportet, nec ſtatim de ruina & caſu facultatis naturalis in ventriculo & hepate reſidentis, iudicare, cùm certis aliis de cauſis abeſſe ſitis poſſit. Ad ſententiam Hippocratis acceſſit Fernel. cap. de febrium « ſymptomatis, Interdum, ait, corpus febri exardeſcit ſine ſiti: non « quod frigida diſtillatio aluum proluat, ſed quod ardoris cauſa « longiùs ſit à ventriculo. Quæ Hippocratis opinio eſt.

Antequam finis extremaque manus huic πραγματείῃ imponatur, duo breuiter attingam quæ ad hoc de cauſo inſtitutum pertinebunt: Prius eſt, cur in cauſo extimæ partes inalgeant: Poſterius de cauſis ipſius Καύσου ex Hippocratis mente, maximè verò de procatarcticis quas videtur Hippocrates in Cauſi generatione plurimi feciſſe.

De priori parte dicemus, incipiendo ab iis quæ dicuntur ab Hippocrate de ſecunda Cauſi ſpecie, in qua dicit, lingua ſalſa, extrema frigida: cur potiùs meminit extremorum frigidorum in ſecunda Cauſi ſpecie quàm in prima. Primam ſpeciem excitat attractio ichorum bilioſorum à venulis arentibus: ſecundam pituita potius ſalſa. Galenus tacitè redarguit autorem libri quarti acutorum quod indiſtinctè dixerit in Cauſo ſecundo & notho frigere extremas partes. Nec enim frigent extrema niſi cum malignus eſt. (malignum autem morbum dicimus eum qui communem ſortem aliorum morborum ſuperat, & ægrè curationem admittit) Si enim non eſt malignus Cauſus in extimas partes calor expanditur. Si ſalſus humor vel in pulmone, vel ventre, vel in hepate putruerit, fumoſa eſt caliditatis ſubſtantia. Si malignus morbus, refrigerantur extrema ob virtutem imbecillam, & ob magnitudinem phlegmones ſanguinem vniuerſum ad ſe attrahentis. Duabus enim de cauſis morbus lethalis dicitur. Nota imbecilli-

part. 16. l. 14. acut. 7.

8.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 79 sur 359

©BIUM

Inflammatio & maligna humorum putredo causæ sunt ob quas continua fibris fit.

tatem & phlegmonen duas esse causas. Galenus in apho. duas causas memorat ob quas febris continua existit, nec tendit πρὸς τὴν διαπυρεξίαν, inflammationem & malignam humorum putredinem. Inflammatio præsertim ἀξιόλογος retrahit intro calorem: & maligna humorum putredo & κακοήθεια humorum vires imbecillas affert. Galenus in prorrhetico explicans quę causa sit cur

Com. ad part. 5. l. 2 prorrh.

vires ad summũ veniant imbecillitatis nulla præeunte vacuatione, duarum causarum alterutram assignat, vel copiam grauantem, vel vnius principiorum δυσκρασίαν. Inflammatio verò partium internarum an morbum facit malignum? Id Galenus videtur loco suprascripto, item & Hippocrates, ita enim, Febres ex hypochondriorum doloribus, malignæ. Quæ sententia indistinctè pronuntiata: febres ait Galenus, non omnes febres malignæ sunt quæ sequuntur affectionem partium in ventre contentarũ; sed si ob septum transuersum affectum, aut hepar, aut ventriculum contingant. Deinde ait, Quinetiam licet ventriculus inflammetur, aut septum, aut hepar, non statim febris maligna est dicenda, acuta fortè dicenda, quanquam ne hoc quidem verum est, nedum maligna ob phlegmonem harum partium dicenda videatur. Vnde idem Gal. non semper æstuans febris sequitur ad vteri inflammationem. Id quod non omninò verum videtur. Nisi fortè dicamus eos Gal. locos audiendos de inflammatione aut parua aut magna. Et dum Hippocrates meminit dolorũ hypochondrij tacitè inflammationem insinuat cuius comes est dolor. Quanquam vt ingenuè fatear, indistinctè pronuntiatum est illud, Febres ex hyponchondriorum doloribus, malignæ. Id quod Gal. reprehendit. Melius enim veriusque diceret, febres ex cerebro, vel membranis affectis, vel à corde affecto, vel ventriculo affecto, malignæ. Ergò non abs re quæsiui an febris ex eo maligna dici posset quod phlegmonem etiam satis insignem partium internarum sequeretur. In vtramque partem rationes nituntur.

ad part 21. sect. 2. prorrh. Gal. in com. præcedentis particulæ.

In Causo frigent extreme, id quod malignitatis signum esse superius est dictum, id quod falsum esse ex eo loco hic ex Galeno citato patet. ad part. 14. sect l. 6. epid.

Gal. com. ad præfat. sect. 2. l. 3. epid. vbi ex professo expendit hunc aphorismum, an febres ex hypochõdriis maligne.

Persequamur institutum nostrum περὶ κακοήθους, & de causis perfrigerationis partium extimarum tum cùm omnia intus ardent & conflagrant. Id quod in continuis febribus conuenit, in intermittentibus numquam obseruauit Galenus. Solis ardentibus malignis & lipyriis attribuit idem author. Causa hæc esse putatur, cum fortis phlegmone vel erysipelas interno profundóque euenerit in corpore; totus sanguis ad locum patientem reuoca-

10.

Com. ad aph. 48. lib. 4. ibidem.

tur, vruntur profunda, cutis refrigeratur, vt fit in principiis acceſſionum. Sed an iſta phlegmone vel eryſipelas malignæ febris quatenus talis eſt, eſſentiam conſtituit? Quod enim antediximus ex Galeno meliùs dici febres malignas ex affecto cerebro, vel iecore, non hoc abſolutè dicit Galenus, ſed quaſi diſputando & oppugnando ſententiam authoris prorrh. de febribus ex hypochondriis, probabilius eſſe ait pronuntiare febres ex affecto cerebro eſſe malignas, non autem febres ex hypochondriorum dolore, quod tamen author prorrhetici explicauit.

Vt terminetur diſputatio de perfrigeratione partium extimarum in Cauſo, maximè verò in eo quem pituita ſalſa putrens parit, ita Galenus audiendus: Extrema frigere in cauſo & febre quæ ἀσυνάδης dicitur, ob magnam viſcerum inflammationem contingit, quæ phlegmone ex craſſis fit ſuccis. Qui prima Cauſi ſpecie tenentur quem parit ichor & tenuior bilis, liberantur faciliùs, quòd tenuis & feruens humor ſit. Poſteriorem Cauſon pituita potius ſalſa gignit quæ tantam febrem, quantam bilis, non affert, nec tantam ſitim, nec ita in ſpiritum vertitur & euaneſcit. Immo ſæpe adeſt alui profluuium non iuuans, quia non ita facilè coquitur & obſequitur iſta pituita putris.

ad part. 47. lib. 4. acut.

In textu Gal. ait, nec febrē auget.

II.

Declarant quoque & ipſę criſes. Nam cùm tenuis eſt materia criſis fit per abſceſſum καὶ ἔκρυσιν: cùm craſſior & pituitoſior per ἀποθεσιν. vnde Cauſus ſecundus per parotiden aut hæmorrhagiam ſoluitur, cùm focus in pulmone eſt: ſi in ieiuno inteſtino vel hepate, coxarum dolor, pudendi liuor, teſtis ipſius contentio vel quia in eo ipſo teſte inflammatio concipitur, vel quia attrahitur ab aliqua parte ſuperiore inflammata, hæc, inquam omnia, iudicatoria exiſtunt. Antequam finio vnum addam, an acutarum febrium materia, licet pituita ſit, frigida eſſe poſſit vt ratione iſtius frigoris materiei & extimæ partes algeant, & frigidi ſudores emanent. Galenus vult acutas febres gigni vel in ſolis vaſis putrentibus humoribus, vel in toto corpore. Et quod frigidus ſudor ſit in acuta febre hanc cauſam recenſuit, Cum putreant humores in vaſis, eoque ex putredine magna caliditas ſit, & tamen quæ excernuntur frigida ſentiuntur, exitiale ideſt, docet enim in animalis corpore humorum multitudinem ſuperbundare tantam frigiditatem habentium, vt nec à calore natiuo, nec à febrili caleſcant. Sic acuta febris mala vt ſignum & vt cauſa. Cauſa quidem, quia promptè diſſoluit corpora: ſignum autem quoniam humorum

ad part. 17. l. 4. acut.

An acutarum febrium materia frigida.

Quis ſit focus febrium acutarum.

Com. ad aph. 37. lib. 4.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 81 sur 359

multitudinem esse frigidissimam ostendit, vt quæ neque à calore febrili transmutetur.

Quomodo in Causo non conferat venæsectio. Et ad hunc scopum Arist. pro. 6. l. 1. & prob. 29. eiusdem libri quærit cur hyeme febres ardentes sæpè graſſentur.

Ex hoc loco duo venari & colligere possumus, vnum est, acutarum febrium etiam causam frigidissimam esse, posterius si ita sit, & si ex Galeno pituita salsa causi causa sit, cur ita sanguis audacter demitur in Causo: cùm ita sit materia frigida vt neuter calor & natiuus & febrilis calfacere queat? Deinde Galenus sibi non constat, quorsum enim frigidi sudoris causam ad materiam ita frigidam refert? Idem enim esse iudicium videtur de frigidis sudoribus & de partium extimarum perfrigeratione. Causa enim cur in Causo algeant partes extimæ, interioribus ita ardentibus, est phlegmone interna visceris alicuius, & imbecillitas. Phlegmone & incendium internum attrahit foris intrò more cucurbitularum, ipsum calorem naturalem. Idem verò de externarum partium frigore & frigidi sudoris causa, videtur esse iudicium, sicque Gal. sibi dissentit: nam frigiditatis partium externarum causam ad phlegmonem internam reuocat, sudorum frigidorum causam ad materiæ frigiditatem.

12. *Com. ad aph. 19. lib. 2.*

Non est ergo recurrendum ad copiam materiei frigidæ tanquam acutarum febrium causam. Galenus enim scribit morbos longos à crassis & frigidis humoribus nasci; acutorum morborum, præsertim qui vel sunt continuæ febres, vel febres comites habent, causa est humor calidus & tenuis qui vel æqualiter in omnibus corporis partibus aptus est generari, vel loco aliquo est incluſus. Ideo in acutis morbis subitæ fiunt mutationes ob natutam humorum morbum committentium. Nisi fortè recurramus ad id quod scripsit Gal. ad histo. de Sileno & Philini vxore, pessimos & grauissimos esse morbos in quibus pituita & bilis magna copia (& ferè æqualiter) colligitur. Sic bilis adurentem calorem mouet, pituita & succus crudus calfieri nequit, vnde sudorum frigidorum prouentus. Nec reuera admittere possum istam Galeni rationem qua dici febrem acutam pessimam esse vt signum quod significet multitudinem materiei frigidissimæ. Melius in eodem commentario dixerat succis ex putrentibus in vasis, vehementem caliditatem sequi posse, naturam verò solidas partes regentem, ideſt calorem natiuum, ex eodem Hippocrate, aut extingui aut proximam esse interitui, dum in febre acuta in qua omnia & foris & intus ardere debent, sudor frigidus apparet, & partes extimæ inalgent. Idem Gal. exponit in epid. quomodo respiratio ini-

ad aph 37. l. 4

tio morbotum acutorum fit frequens, deinde rara, & corpus refrigeſcat, quia humores putres æqualiter accenſi ſunt, & diſcuſſo calore febrili tam paucus reſtat calor natiuus, vt proximè occumbat.

Vltimam partem rerum inſtitutarum expediamus de cauſis procatarcticis quatenus ad Cauſon pertinebit. Nam cùm ichores acres à venulis arefactis attrahuntur, & febris καυσώδης excitatur, id in cauſis antecedentibus numeratur. Sed labor, vigilia, hauſtus vini meraci poſt inſolatum externarum cauſarum in cenſu eſſe creditur. Breuiter id attingemus. Sunt ex medicis qui cauſas procatarcticas negligũt, ſunt qui pluris faciunt. Nã cum extra corpus poſitæ ſint, videntur negligendæ: tamen ἡ πρὸς τὴν διάγνωσιν καὶ τὴν πρόγνωσιν non parum habent momenti. vulgus ferè totus eſt in cauſis externis, & fruſtra eas cauſas tanti facit. Nec enim videndum quid morbum faciat, ſed quid tollat, ait Celſus. Externæ cauſæ internas & antecedentes quaſi irritãt & prouocant. Ab externa enim cauſa ferè fit initium motus, id quod eleganter indicat verbum προσκαθάψαι. Huc pertinet quod Gal. ſcripſit, Cauſæ externæ diarias febres excitant ſi corpus morbo non ſit opportunum: Et ita laboraſſet Silenus, ſed quia iam ad aliquid deterius aptum & comparatum erat corpus, ideo graui morbo eſt implicatus. vnde ſtatim morbi initio grauia diraque ſymptomata apparuerunt. Et cauſæ procatarcticæ tam lethalem morbum non produxiſſent, ſed internas cauſas prouocantes & laceſſentes, mutuas quaſi operas in perniciem Sileni dederunt. Sed vt omnis ea de re tollatur ambiguitas, adduci debet autoritas Galeni qui quodam loco de iſtis cauſis precatarcticis ampliſſimè dixit omnemque dubitationem leuauit. Et quoniam ille textus paulò prolixior eſt, piget tranſcribere. Tamen propter vtilitatem huc transferam: Hipp. non purgat eos qui ob intempeſtiuos labores capite dolent. At corpore noſtro ad morboſam diſpoſitionem parato, vt propè completa ſit, aliquid externum accidens eam affectionem patefecit, febrem accendens, vel capitis dolorem, vel catarrhum. Deinde ex eo continenter ad morboſæ affectionis diſpoſitionem non ſine periculo languent: & tamen non curſus morbum excitauit, aut motio, aut intemperantia. Nil enim horum ſua natura vehementem languorem excitare poteſt. Si febris ex his cauſis fit, Diaria eſt. Si enim nulla ſubſit diſpoſitio, nullum morbi genus inde conſequetur.

Cauſarum procatarcticarum obſeruatio non negligenda in medicina facienda.

ad hiſt. de Silen. 1. epid. Inter homines qui a cauſis procatarcticis mouentur & excitãtur, hîc in ſolã diariam incidet, hic non ægrotabit, ille in morbũ grauem labetur. Quare? quia ita ad morbum erat diſpoſitus. cõ ad part. 115 ſect. 4. acut.

"Cauſæ procatarcticæ ad morbos "graues indu "cendos ſunt "inefficaces, "niſi corpus "ſuſcipiens "ita ſit diſ- "poſitum. "
"
"

©BIUM

13. Et tamen, vt aliquid noſtro ingenio comparatum afferamus, potentiſſimam vim paſſionum animi eſſe affirmamus. Cauſa hæc

14. προφάσις nec ne dicatur, tamen vbi quis ex ægritudine tanquam cauſa procatarctica in morbum incidit, grauiſſimè omnium laborat. Ipſa enim ægritudo imprimit neſcio quid animo, deinde corpori, animi inſtrumento, vnde functionum omnium & omnis œconomiæ ratio, &, vt ita dicam, cardines concuti ac conuelli videntur. Et niſi ipſa ægritudo reſederit, ægrè autem leuatur ac reſidit, vix ac ne vix quidem corpus ſuum primum robur ac vigorẽ recuperat ac reſumit. Declarat hecticarum prompta ob ægritudinem animique pathemata & mœrorem generatio. Quod enim vix longo interuallo facit febris etiam ſatis magna, ideſt, contactis partibus & ſolidis partibus ipſius cordis hecticam non generat, id breuiſſimo ſpatio facit mœror animique ægritudo. Immo noſtrã ipſi experientiam iudiciumque interponemus. Nos nos (inquã) in ipſis operibus Artis experientia didicimus eos omnes quos mœror ægritudoque animi in morbum, tanquam primaria ac externa cauſa coniecerit, aut lethaliter aut grauiſſimè periculoſiſſimeque ægrotare. vix enim ægri, ſi liberari debent, etiam rebus omnibus ritè factis, liberãtur. Tanta eſt vis ipſius ægritudinis pathematumque animi. Nam cùm omnis ægritudo miſeria eſt, tum etiam eſt carnificina. habet ardorem libido, leuitatem lætitia geſtiens, humilitatem motus: Sed ægritudo maiora quædam affert, tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem: lacerat ipſa, exeſt animum planeque conficit.

De viribus ipſarũ ægritudinum authoris ſententia.

Hæc ex Marco Tullio in Tuſculanis.

15. Itaque cum ægritudo tale ſit monſtrum & quod renaſcentis hydræ inſtar, repullulet ac reuiuiſcat, qua poſſumus ratione, & animo penè hercule oppugnemus, vincamus, elidamus, conteramus. Denique eam animi præſentiam infractionemque adhibeamus quæ maſculam virilemque virtutem in nobis ineſſe declaret ac teſtatur.

ANNOTATIONES.

1. *Hippo. Cauſon fieri autumat cùm venulæ arefactæ acres & bilioſos ichores ad ſe traxerint. In Græco nomen plurale τὰ φλέβια legitur. Et aiunt quidam ex Hippocratis doctrina, Cauſon propriè igni cùm venulæ attraxerunt, vt ἐν τοῖς φλεβίοις Cauſus conſiſtat, ſed aliæ febres continuæ ἐν ταῖς φλεψί. id eſt in maioribus venis.*

2. *In*

2. *In cauſo aluus ſæpe fluit per inflammationem ieiuni inteſtini & lactium vnde & impeditur ἀπάδοσις, & fit bilis & ichoris generatio, vnde alui irritatio vnde quando poſt Cauſon ſuccedit hydrops, is habet ferè coniunctum fluorem alui. Quod notandum eſt. vnde in tali caſu & balneum poteſt conferre vt diximus alibi: Et phlebotomia ratione inflammationis poteſt conferre, (id quod multis non placet) etiam aluo fluente. Et reuera in cauſo vero & illegitimo fluit ſoluta aluus nullo profectu, ob lactium & ieiuni inflammationem & propter immodicum potum, & corruptionem alimenti quod in corpore & ventre bilioſo & æſtuante bileſcit, vnde excernendi calcar. Vnde cum in febribus aqua ſummo ſit remedio ad ſitim, quæri ſolet an confertim & rarò an parum & ſæpè propinanda rationes vtrimque concurrunt. Vid. Ariſt. probl. 57. lib. 1. probl.*

3. *Quæ ob ſolam flauam bilem febris accenditur, ſine aliquo viſceris affectu, & ſi maneat adhuc intra vaſa bilis, ardens febris vocatur. cap. 6. lib. 2. deſcriſibus.*

4. *Febres acutæ fiunt putrentibus humoribus. Putrent autem ſæpiùs toto corpore, ſæpiùs in vaſis ſolis. Com. ad aph. 37 lib. 4. Com. ad part. 33. ſect. 3 lib. 3. epid. Quibus in iecoris & ventris regionem, maximè in eius os χαλκοχυμία irrepſerit, hos ardentes febres ſolicitant.*

5. *Inter cæteros locos ex quibus colligas Cauſi ſedem eſſe in habitu corporis, vnus eſt com. ad hiſto. 10. ſectio. 2. lib. 3. ep. vbi ait febrem ardentem à bilioſis eſſe humoribus, ideo neceſſe eſſe in ea muliere coaceruatum humorem bilioſum κατὰ ὅλον τὸν ὄγκον τοῦ σώματος. Per totam corporis molem. At in primis venis & ſimo iecoris cruditates fuiſſe, vnde alui profluuium & vrinæ tenues. Sic cauſa coniuncta τῷ καύσῳ erat in habitu corporis, non in ore ventriculi, primis venis & cauo iecoris, quod tamen fieri aliis locis autumauit. Quidam vt diſtinctionem aſſignent aiunt καῦσον ἐν τοῖς φλεβίοις conſiſtere, ſiue toto corpore ſparſæ ſint venulæ, ſiue in vna parte, At aliæ febres vt ſynochi & συνεχεῖς ἐν ταῖς φλεψὶ, id eſt in maioribus venis quæ inter alas & inguina interiacent. Id Hippocratis doctrinæ quadrare autumant: Quod an ſit verum, quæſtionis eſt.*

6. *Gal. com. in particul. 59. ſect. 3. lib. 3. epid. cur in Cauſo quidam ſitiant, alij non craſſitudo humorum & tenuitas aquoſa aceruata erat (ſupple circa os ventris quod eſt ſitis ſedes) vtraque frigida eſt ſua ſponte: vel acquirit calorem à putredine. In quibus calor putredinoſus acquirit in iis ſitis, in quibus non, non adeſt.*

7. *Quoniam autem pituita ſæpè multa eſt, & copioſior quàm vt*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 85 sur 359

©BIUM

queat & à calore febrili & naturali calfieri & transmutari, ideo in imo corpore manet calor, in extimis non elucet. Gal. com. ad aph. 37. lib. 4.

8. Cacoethia in febribus, Cacoethia in vlceribus. non omnis humor vitiosus κακοήθειαν inducit, nec omnis putris, sed quem κακοχυμία corrupit atque deprauauit. Et tamen Galenus apho. 57. lib. 5. ait in Cachexia sanguinem suam symmetriam seruare. Si seruatur symmetria, cur cachexia auget putredinem humorum?

9. Quid est necesse partium extimarum refrigerationem signum esse malignitatis? Nam quia sanguis in media corporis parte colligitur (ait Galenus) in Causo, ideo eò reuocatio fit caloris & spiritus; id quod ipse Galenus docet com. in part. 21. sect. 2. prorrh. vti partium internarum inflammationes magni quidem facit, sed ideo malignas esse non dicit.

10. Si reuocatio caloris & spiritus ob internam phlegmonem causa est algoris partium extimarum, physica est hæc ratio, & non ideo causari oportet malignitatem aliquam. Tamen Gal. dum in secunda specie causi pro symptomate frigus partium extimarum recenset, ait, non perpetuò Causus talis est, ideſt, comitatus frigore partium extimarum, sed cùm malignus fuerit. Sic cacoethia hoc symptoma causatur. vide ad par. 16. lib. 4. acut.

11. Causus qui habet sedem in pulmone, hæmorrhagia liberatur, ait Galenus in 4. acut. Tamen per eundem peripneumonia non amat hæmorrhagiam: ferè par esse ratio videtur Causi focum in pulmone habentis & peripneumoniã. vide de peripneumonia cap. 3. lib. 3. de vrisibus. Pleuritis amat hæmorrhagiam, partim non amat, & inter causon & peripneumoniam ambigit. Minus enim quàm Causus amat, & magis quàm peripneumonia Gal. ibidem. Gal. in epid. generaliter, non habita ratione ipsius foci in pulmone pronuntiat hæmorrhagiam omni causo familiarissimam.

12. Morbi longi sunt trifariam, vitio partis, culpa ægri & ignorantia medici, nec non pepasmi difficultate. Hæc in tribus consistit, in copia materiæ, naturæ imbecillitate & meatuum angustia.

13. Hìc damno animi pathemata. Est tamen vbi prosunt in ægris, est vbi obsunt. Docuimus aliàs quomodo ὀξυθυμία prosit. Qui locus est notandus. Et Gal. com. ad part. 9. sect. 5. lib. 6. epid. docet qui de industria ira excitari debeat, & quibus non: quibus cor & caput calidiora sunt, & affectu calido laborant, sed contra. Et Gal. ait Hippocratem consuluisse in defectibus animi irritationem quandam

animi, vt conatus fortitudine, defectus imbecillitate sanetur. Vide Gal. cap. 11. lib. de ther. ad Pisonem. vnde notatur ex Hippo. illud, Colorum mutationes fiunt aut corde laxante (vnde pulchri & pellucidi,) aut constringente, vnde subuirides. Tristitia & mœror στενοχωρίαν *affert. Et hist. 11. sect. 3. lib. 3. epid. vide quos effectus habuerit mœror, cùm tamen esset morbus tantum à plenitudine (id quod minimè est periculosum, & facit vt etiam dies sextus benè indicet vt de virgine Parissæa patet) nam conuulsiones & terrifica fuere symptomata.*

14. *Melancholici & quibus animus in miseria est, habent quædam interualla, sed amatorum more, licet eorum disputationes sana quædam consilia, ea statim amoris resurgentis sæuitia ac impetu deuincuntur: sic melancholicis contingit. Sed notandum qui mœror, &* ἀπανθρωπία, *idest fuga hominum testentur* πάθος μελαγχολικόν *apud Hipp. in Coac. Hollerij. vbi animaduertit interpres ab eodẽ humore contraria extrema pendere, heroïcam virtutem &* ἀγρίοτητα, *cum homo quasi hominem exuens fit* μισάνθρωπος. *legatur locus iste.*

15. *Quòd in ægris & viris prudentibus mœrorem damnemus hilaritatem præsentiamque animi desideremus, id temperandum est. aliud est gaudium, aliud hilaritas. Hæc profusum sæpè risum inuictum habet cum expiratione sonora & intercisa. Gaudium à rebus seriis & animo pacato & conscientia rerum cum virtute iunctarum, ducitur, hoc boni viri citra tamen risum fruuntur.*

CONSILIVM VI.

De Impotentia coeundi.

INutilis sæpè est Medicorum opera, qui opiatas excitandæ, explicandæque veneri proprias architectantur & concinnant, quò ægri & corpore & animo dominabus sint gratiores: Nam hic iudicio opus est, vndeque frigidiores ineptique, & insulsi ingrati sunt salacissimo mulierum generi. Et obiter vnum notandum, quòd is tardus dicatur, qui corpore, & membris ineptus est, & imbecillus ad venerem, & ideo minus amabilis apud dominas. Tar-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 87 sur 359

©BIUM

Donatus in Eunuch.

dus facilè venerem non explicat, id quod eſt meretricibus odioſum: inſulſus qui caret ſale, non eſt ſalax, & cupidus coitus.

Aliquãdo non arrigit verpus, alias arrigit ſed moliuſculus eſt. Sic non ſubit, nec ſemen eiaculatur. Id fit aut vitio peculiari inſtrumenti, aut totius corporis morbo, aut ſeminis defectu, aut eius inefficacia, vt minùs turgeat, & penuria ſpirituum laboret, & minùs intentus maneat verpus.

Videndum de ætate, ſi ætas congrua, an olim minùs aut magis aptus fuerit, an procliuior ad libidinem, vt vetere vbertate quaſi arefactus languerit, naturâque infirmior manus quaſi dederit.

Videndum quoque an naturalia illi non laborarint, an mercurij litum aut cinabrij ſuffitum paſſa fuerint, an vitio diætæ vt ſi vinis albis & tenuioribus vſus fuerit rebus liquidioribus, quæ quaſi laxant, & effœminant carnes & ſemen. Aſſa enim carnem ſolidiorem reddunt ſcire oportet an parciùs ederit, vt ſufficiat ad eſſe, non autem ad robur.

Item canones alij ſunt obſeruandi vt loco & tempore congrediatur, non crudus; alioqui ineptus erit: præcedente titillatione, vt ſit ad venerem incentiuum & calcar. Id fit retenta vrina, & meiendi deſiderio.

Minus bona habitudo ineptitudinem iſtam conciliat vel quia totum alimentum ab ſumit, & non ſinit ſemen eſſe reliquum, vt ſucculentæ & εὐσαρκίαι nutrices, minùs ſunt aptæ, fiunt enim vaſa anguſtiora, & in viris & in mulieribus, præ mole & pinguitudine. Rationes apud Aëtium exponuntur à nobis.

Denique videndum ne, quæ adfertur, infœcunditas, aut impotentia vt iuſta repudij cauſa, ſit imaginaria & falſæ & mendacis amicitiæ teſtis. Sunt enim corpora quædam quæ ſimul iuncta quamdam habent antipathiam ad iuſtam fœcunditatem & lętam de qua ſic Plinius loquitur. Eſt quædam priuatim diſſociatio corporum, & inter ſteriles, vbi cum aliis iunxere gignunt Acetoſa, & olera fugienda: Commendant Aſparagos ad excitandam venerem, facilis eſt vſus: Abſit ieiunium: vitetur nimia repletio: tum ne cruditas oriatur aut ne reuocatus calor, & ſpiritus ad ventriculum pleniorem deſerat teſtes & partes ſemini mitificando, & cogendo deſtinatas.

Nimia cura obeſt, ſoliciti arrigunt, ſed fugax eſt erectio.

Quidam hoc commendant quod ſequitur.

℞. Amygd. piſtaciarum, pinearum, & dactylorum añ. ℥ i. conſeruæ ſatyrij, anthos, myrobolanorum condit. añ. ℥ i. cortic. citrij conditi. ℥ i. ſ. zinzib. conditi ʒ ſ. ſcincorum vino albo lautorum. ʒ vj. carnis caponis, & perdicis añ. ℥ iij. cinnamomi caryophill. nucis moſch. añ. ʒ ij. macropip. ʒ j. galliæ moſchatæ. ʒ j. ſeminis aniſi, fœniculi añ. ʒ ſ. ſacchari ℥ xij. fiet opiata, vtatur ſingulis matutinis, vel hac ſequenti.

℞. Satyrionis conditi ℥ ſ. Radicis & ſeminis aſcalonij añ. ʒ 1. ſ. ſeminis erucæ, fraxini & paſtinacæ añ. ʒ j. renum ſcincorum ϑ iiij. conſeruæ eryngij ℥ ſ. zinziberis conditi ʒ ſ. confectionis alkermes ʒ j ſ. cum ſyrupo conſeruationis ſatyrij fiat opiata, de qua cap. dormiturus ad quantitatem nucis moſchatæ adde conſeruam anthos.

℞. Aq. vitæ ℥ iiij. ſeminis ſtaphidos agriæ ʒ iij. macerari ſinas per horas duodecim ad verpi totum, & perinæi.

Ex maiore parte iſtorum ſimplicium concinnatur à Fernelio opiata nomine Diaſatyrion; huic ineſt mira vis calfaciendi: ſed & in multis, vt antè diximus, bona victus ratio ſanguinis boni, & ſpirituum proba generatio, vnde fœcundum & multum ſemen conficitur, & ſuperfluit ex reliquiis alimenti, ſic cibus & potus primas tenent, bellariorum & multorum ciborum infarctus (vnde æſtus & turbatio contingit) nocent plurimum ſanitati, & minus fœcundos, & ad palæſtram veneream idoneos reddunt. Notandum illud Hipp. cibaria, & potus & obſonia (excepto pane & maza quæ fit ex farina hordei toſti liquore aliquo ſubacta) exceptis & carnibus, & piſcibus, & aqua reliqua omnia tenues & debiles vtilitates habent ad augmentum, ad robur & ad ſanitatem. Ad ſanitatem (ait alio loco) optima ſunt quæ modicè ingeſta ſufficiunt, vt & famis, & ſitis ſint medela. 1. *Lib. de affectionibus.*

Quod ſi ob cauſam aliquam impotentius reddatur corpus, eſt opiata Analeptica apud eundem Fernelium cuius vſus eſſe poteſt in eo affectu.

ANNOTATIO.

1. *Non perperam hoc adieci de reficiundis & conſulendis viribus ſed quod primum animaduerti debet, eſt quòd non ſemper more medicorum practicorum ad excitandam venerem impensè calidis vtendum eſt. Nam calidiora extinguni ſemen, vt ſabina & agnus caſtus.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 89 sur 359

©BIUM

Item quidam temperamento ſunt calidiore, & æſtuantiora habent viſcera, & hi minus ſæpè ob δυσκρασίαν iſtam minùs apti ſunt ad explicandum venerem: deinde verò quæ ſunt calidiora flatus diſſipant, quorum vſus aliquis ad arrectionem: itaque hìc iudicio opus eſt, nilque temerè agendum.

CONSILIVM VII.

De Fœdis coloribus.

DIfficile iudicatur in quo febris hæc virginalis conſiſtat, ſi eſt obſtructio cur aliæ febres ab obſtructione non habent eadem ſymptomata, greſſum difficilem, & aliç? cur non color oliualis in aliis febribus? ſi allegatur ætas virginum (nam & anno ſeptimo, & ſequ. morbus oritur) cur mares iuniores quibus debet eſſe hæmorrhagia iis virginalibus, ſymptomatis non præhenduntur? aliquæ quidem experiuntur mala, ſed quæ cum fœdorum colorum, (ſic enim morbus iſte latens à ſymptomate nomen ſortitur) incommodis grauitate, & vehementia non auſint contendere. An quia inſtat tempus menſtruum, & natura quia vellet intendere excretionem iſtam, nec poteſt, inteſtinum quoddam & cœcum quoddam fit bellum, omnium malorum author? An quia marium, & mulierum morbi longo interuallo differunt? Non videtur iſte motus menſium cauſa, nam & ſeptennes virgines decolores fiunt, celeriùs virgines quàm mares ęgrotant iſto morbo, vt extra vterum facilius creſcunt, & adoleſcunt vt ſanguis non requiratur ad incrementum cùm iam ſatis idoneum habeant. Quidam morbi ſunt neruorum, venarum alij, muſculorum alij, carnium alij, alij arteriarum: ſic morbus, id eſt ea febris virginalis fœdo colore comitata in arteriis ſedem potius habet, & iis quę ad ſplenem pertinent, vnde lienoſum cor habere dicuntur, & ſaliens & καρδιογμόν, id eſt celerē motum cordis, & palpitationi ſimilem,

„ ſæpe ob ſanguinis φθορὰν, λύσιν τ' ἔκχυσιν; ſic Hip. in Coacis, ait de-
„ colorem faciem cum greſſu difficili, ſpirandique difficultate, & de-
„ ſiderio rerum alienarum, ſignificare ſanguinis corruptionem &
„ exolutionem ſeu φθορὰν τ' λύσιν, Theophraſtus in ſeminibus vo-

©BIUM

catφθορὰν καὶ ἔκστασιν. id est è natura egressionem ea corruptione prægressa.

Ratio victus in primis seruanda.

A glutinosis & obstructiones parientibus abstinendum, maximè de potu prouidendum; sitis enim est insatiabilis: aqua cum quarta parte vini, talleolis, citrij & saccharo pauco valet, vino diluto vtatur aut decocto graminis, & ceterach cum cinnamomo & chalybe. Non bibat dormitura. *Curatio.* 1.

Non constringat corpus vt iuncea appareat.

Clysteres frequentes ex maluis, capill. veneris agrimonio, chamæp. anetho, mercur. cuscuta cum hiera, diaphæn, lenit. catholic. melle mercuriali, saccharo rubro.

Purgetur corpus, aut medicamento familiari, aut syrupo solenni; vitetur vsus rerum multùm aperientium metu paralyseos. Non vtatur multis iusculis vt fere fit, sanguis fit serosior, & putris amittens natiuam consistentiam, & alendo inutilis est. 2. *Rond. de splenis affect.*

Assis vtatur moderatè assis, vt caro sit solidior, & firmior; ideo in pastu probo decoctum rad. scynæ, immo per dies aliquot vtatur sudori blande eliciendo. *Hipp. 2. de diæt.*

Si febris adsit, venę sectio: breui etiam tundenda saphena, sedata febre balneum aquæ tepentis, item pedum lotio.

Confert litus ex oxyrrhodino ad sæuitiam doloris capitis familiaris.

Vtatur sæpè semine fœniculi florentini, aut tabellis diarrh. abbatis.

Pilulæ ex puluere hierę tartaro pauco, croco martis agar. rheo, senn. cinnam. terebinth. gummi ammon. spica nardi, electi trias. trochisc. de myrrha, syrupo, de hyssopo: si respuat pilulas, sit in vsu medicamentum paratum ex decoct. rad. enul camp. torment. sanam. eryng. rubiæ maioris, fol. eupat. polytr. bipin, scab. beton. flor. veton. altilis bugloss. & genistæ, coquitur senna infund. rheum, cum ligno aloes & cinnam. syrup. rosa. pall. dissoluetur, ex iis parari poterit syrup. magist. aucta dosi omnium.

Purgato corpore vtetur sequentibus tabellis.

℞. pul. scynæ & sassafras añ. ʒ. j. limaturæ chalyb. præp. ℥ j. lumbr. terræ præp. ʒ ij. ras. ebor. cor. cerui, diamarg. frig. añ. ʒ s. pul. rubiæ maior. cort. citrii cond. conf. rosar. bugloss. añ. ʒ s. ligni aloes & cinnam. añ. ʒ s. cum saccharo in aqua bugloss. & ros. soluto. fiant 24. tabellæ, pondus sit singul. ℥ s. capiat. per dies 24. *Hæc non sunt vsurpanda si hysterica sit mulier.*

Crocus martis hoc in affectu primas tenet, ideo minori cum apparatu parari poterunt hæ pilulæ.

℞. Croci martis ʒ ß. ſſauh. ʒ. iiij. cinn. & granor. Ker. añ. ʒ j. fiat Elect. per tabellas, vel opiata ſeq. erit in vſu.

℞. Conſ. bugloſſ. viola. borrag. añ. ʒ. vj. conſ. campanæ & conſol. añ ʒ 1. corticis citrij ʒ ij. nuces conditas duas puluer. lætif. & diatr. añ. ϑ j. confect. de hyacintho ϑ ß. ſennæpul. ʒ. j. croci martis ʒ iij. cum ſyrupo de pomis fiet opiata de qua cap. ad magnitudinem nucis.

Hipp. 2. de diæt. Decoctum ſcynæ parabitur. habita ratione ætatis, corporis, & temporis, addita radice cichorij.

Laudatur vſus aquarum naturalium, ob aciditatem ratione æſtus.

ANNOTATIONES.

1. *Vnde remedia quæ crocum martis recipiunt, peculiarem vim habent ad fœdos colores & viſcerum infarctus contumaces. Quidam infundunt certam huius quantitatem in vino albo cum ſemen. coriand. aut ligno Aloes, & de eo propinant* 3. *aut* 4 *vncias ſingulis matutinis.*

2. *De vſu iuſculorum crebro quæſtio eſſe poteſt, cum ſanguis ſit ſeroſus. nam cùm tumeat caro & leucophlegmatriam minetur, frequens iuſcul. vſus videtur abſurdus. ſic eſt quædam eo in caſu* ἀντένδειξις *nam æſtus internus eſt: item dubitant an ſanguis ille ſeroſus & ſubuiridis ſit ante febrem, an poſt, & ſingulis diebus febre rebellante magis corrumpatur.*

3. *Aſſæ carnes ſolidiorem carnẽ præbent Hipp. ſed febris, incendiũ interius, ſitis, aliter ſuadent: hic iudicio opus tales virgines aurigino-ſum corpus habentes vt & ij qui prauis ſcatent humoribus famem & ſitim ferunt, quod maligno humore abundent qui eis inſtar pabuli eſt: ſic venenata animalia nec fame nec ſiti pereunt, quia in ijs nec calor, nec ſanguis, nec ſudor.* *Plin.*

Æger

CONSILIVM VIII.

De Scelotyrbe.

AEger nobilis affectu laborat iam annuo qui ſcelotyrbe dicitur, & eſt ſpecies quædam paralyſeos partium interiorum ab oſſe ſacro, & ſpinæ ſuperiore parte cum genuum infirmitate, initio data medicamenta valida per os ſumenda: decoctum hermodactylorum, cùm tamen à mitioribus eſſet inchoandum, in eo bis peccatum eſt, & quòd data medicamenta purgantia per os cùm inferiores partes malum occuparet. Illud enim eſt axioma Galeni: Quæ per ventrem inferiorem fiunt purgationes, fluxiones in partes vicinas conciunt: Alterum peccatum quod initio data valida medicamenta, cùm mitius agendum foret ita; enim princeps, dum loquitur de curatione paralyſeos initio; ne properes initio in vſu fortium rerum, imo tarda vſque ad quartum & ſeptimum, Ienit initio, clyſteribus vtitur, & reuera conſilium illud principis eſt ſani iudicij, & qui omittunt grauiter in medendo peccant.

1.

L. κατὰ τόπους.

lib. 3. ſen. 2. cap. 4.

Nocent valida medica. initio. in paralyſ.

Cùm à ſpina dorſi malum ſit, conſuluimus vſum cauteriorum ſumma parte media & ad os ſacrum.

Vſus clyſterum conuenit addita Terebinthina, item terebinthinæ per os ſumendæ.

Litus ex axungiis addita terebinthina, caſtoreo aut oleo chymico.

In paſtu potio Guaiacina diluta, aut ſarcæparillæ decoctum.

Opiata ex puluere ſcynæ, ſenna, rheobarbaro & puluere laxatiuo, addito melle.

Fotus ex calfacientibus herbis.

In lecto eliciatur ſudor inſtar ſtupharum ſiccarum, confert balneum adſtringens cum alumine aut magma ex vinaceis.

ANNOTATIO.

1. *Plin. lib. 25 cap. 3. notat in Germani Cæſaris exercitu citrà rhenũ ex vitioſi & medicati fontis aquæ potu, vi malefica cõſpurcatæ*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 93 sur 359

©BIUM

duos nouos exilijſſe morbos? quorum primus neruos crurum adeo oblædebat vt compages in genibus diſſoluerẽtur & crura vacillarent quem ob id σκελοτύρβην appellarẽt. Alter putridum erat oris male olentis vitium quod στομακάκην rectè appellabant quo intrà biennium omnes dentes decidebant. Reperta autem auxilio eſt herba quæ vocatur britannica, non neruis modo, & oris malis ſalutaris ſed contra anginas quoque & ſerpentes.

CONSILIVM IX.

De Elephante pedum.

VXor filij, ſan-germani magni inæquali erat temperamento, internorum bellum & calor, externarum partium, frigiditas, humiditas, & manuum quidam mador, Tumor erat crurum & pedum ſiniſtrorum, cacochymia ſuſpecta erat, licet faciei color niteſceret.

1. *Vnde illud faciei εὐχροια & mœſtitia multa malum Hipp.*

Iuſſa eſt à multis iuſculis abſtinere metu leucophlegmatiæ. Interea non negligenda, interna intemperies, purgationes inſtitutæ, phlebotomia, vſus vini aqua temperati, ſemen coriandri & fœniculi à paſtu, moderatè tamen quia ſitibunda eſt, Redacta ad aquas Niuernenſes, plumbares pro balneo.

Si malum rediuiuum, fotus ex lexiuio ſarmentorum additis lupinis, & alumine, & vino ſtyptico, furfur contunditur aſpergitur aceto mulſo & applicatur.

Item ordinatum hoc cataplaſma.

℞. Farinæ hordei, fabarum añ. ℥.iij. farinæ lini, orobi & lupinorum. añ. ℥.ij. coque in oxymelite parato cum camæpyti & betonica, ſcabioſa, chamæmelo. Adde radicis ſigilli beatæ mariæ crudæ ℥ j. ſ. pulueris roſ. chamęmeli añ. ʒ j. ſ. Ireos ʒ. j. cum oleo chamęmeli, fiet cataplaſma. Aliquando addetur ſapa & terebinthina. Aliquando parabitur cum vino.

Item fiet cataplaſma ex furfure frumenti impoſito ſartagini addito vino albo, & aqu. decoct. camæm. Hirudines valent.

Si malum arte ſuperius fuerit, vtatur ad dies aliquot ſarſæparillæ decoct. vel rod. ſaſſafraſ. Valet radix mechoacan.

ANNOTATIO.

1. *Elephas ſeu Elephantiaſis; Leontiaſis aut Satyriaſis & lepra arabum à nonnullis dicitur, Tumor eſt ſecundum modum qui accidit in venis varicum qui in vnaquaque parte organica poteſt contingere in cruribus, pedibus, virga, lingua, toto corpore, vt Nicomacho apud Gal. Accidit autem potiſſimum iis quibus intemperata ſunt viſcera, maximè iecur & lien, vnde perennis fit humoris melancholici aduſti aut pituitoſi prouentus qui quidem humores dum ad partes inferiores tranſmittuntur, eos in tumorem attollunt. Signa ſunt, caliditas loci aſperitas, color niger aut fuſcus, eruptio ſanguinis nigri ex partibus affectis, vrina craſſa, excrementa Alui melancholica, vſus rerum ſanguinem, & humores adurentium.*

CONSILIVM X.

De Puella trienni nauſeam patiente à natiuitate.

PVella triennis ex quo nata eſt nauſeam ἀνέμετον patitur, cauſam mali referimus ad intemperiem hepatis, bilis multæ genitricem, & facit bilioſam parte ſuperiore vel quod τῇ φύσει & ἕξει à natura ductum habet à folliculo fellis in fundum ventriculi. *Bilioſi ſunt φύσει vel ἕξει* 1.

Clyſteribus vtendum putamus, cùm aluus libera eſt, ægra à moleſtia hac libera quoque eſt. 2.

Victus humectans, refrigerans, perperam alij medici malum à capite repetiuerunt & ſiccantibus vſi ſunt.

Abſtineat à multo butyro, pinguibus iuſculis cum omphacio, vel ſuccò limonum conuenient, vtatur malis granatis, & malis aureis. 3.

A paſtu ſumat cydoniatum Aurelianum, vel ſimile non craſſum Abſtineat ab iis quæ obſtruunt.

Vtatur vino dilutiſſimo addita aqua, radicis graminis, aut cichorij; & quia vix admittit medicamenta in declinatione lunæ

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 95 sur 359

©BIUM

vtatur aqua Rhei, vel ſyrupo, de cichorio, vel caſſia in bolo, vel clarificata, vel Rheo, colato per manicam Hipp. cum cinnamomo & ſaccharo cando, vel pauco Iulep. roſato.

Syrupus roſarum valet cum decocto graminis vel decocto prunorum & paſſularum, ſyrupus oxyſacch. & de limonibus.

Conſerua roſarum pallid. vel tabellæ, triaſant. addito pauco puluere Elect. de ſucco roſarum.

Litus ad hepar & ventriculum ex roſaceo. fotus blandus ex ſantalis & roſa addito aceto.

Si febris prehenderit phlebotomia.

Balnea in tempore opportuno conferent, in aceto roſaceo intingat carnem pulli aut alia.

ANNOTATIONES.

1. *Bilioſorum duo ſunt genera, alij bilioſi ſunt τῇ φύσει, alij ex euentu, Natura bilioſi vel tales ſunt temperamento vt qui ſunt hepate præferuido, vnde bilioſi humoris prouentus ſoboleſcit; habitu dicuntur bilioſi, id eſt conformatione, quorum ita conformata eſt veſicula ſellis, vt ad ventriculum aut ieiunum inteſtinum excurrat canaliculus felleus, & hi vocantur πικρόχολοι ἄνω. Talis erat Paulus Rhetor apud Gal. 2. de Acut. qui cum temper. pituitoſus eſſet, tamen crebris vomitionibus torquebatur illique perpetuò erat adſtricta aluus, Alij ſunt ex euentu qui piperatis, ſalſis acribus eduliis veſcuntur, & curis vigiliis, irarum æſtu, & mœroribus corpus extenuant & conficiunt.*

2. *Scitum illud Hipp. ſect. 3. 6. epid. ventris ſegnities omnium confuſio vaſorumque.*

3. *Τὰ λιπαρὰ τοῖς τὰ φλεγμαίνοντα ξυμφέρει. ὃ δὲ τοῖς τὰ ἀχάρπα, ὃ δὲ τοῖς τὰ σηπόμενα ἀλλὰ τοῖς τὰ φλεγμαίνοντα ξυμφέρει τὰ ψυχρά. Hipp. de affect.*

CONSILIVM XI.

De falsa specie Ischiadis.

NObilis vir falsa quadam Ischiadis specie laborabat, corpus erat olim valde bilioſum,& à longo tempore ſentiebat imbecillitatem cruris ſiniſtri. Ratio victus inſtituta, vſus moderatus vini, & veneris, frequentes clyſteres addita betonica yua moſchata,radice ſanamondæ,conſolida hiera,diapruno,Terebinthina interdum.

Apozema laxatiuum addito ſyrupo de pomis.

A medicamentis validis, & pilulis abſtinendum validioribus putauimus. Quia in Iſchiade clyſteres præferuntur medicamentis per os ſumendis,item natura corporis ægri conſideranda; detractiones ſanguinis è brachio,& malleolis conferent. *Clyſt. præferuntur medicamentis in Iſchiade.*

Prouocandæ hæmorrhoides & anus fouendus.

Frequens vſus blandarum pilularum: A calidioribus oleis abſtinendum:ſolis chalaſticis locus eſto.

Fotus blandus antè ex roſa, capillaribus chamæpitis, beton. ebulo,ſaluia,chamæ. meliloto, cortice ligni ſancti, enula campana,ſemine lini, fœniculi. A calidioribus abſtinendum.

Prouocetur ſudor partis admoto latere imbrice.

Litus ex axungiis gallinæ, taxi, medulla cerui,lautis in vino albo,addito oleo amygd.dulcium roſato,terebinthina pauca, Emplaſt.ex empl.ad fract.oſſium, deſiccatiuo rubro,terebinthina, addito puluere Ireos,gummi Taca-macha ſi haberi poteſt.

Cauterium externæ Tibiæ.

Verno tempore aquæ ſpucenſes,& Borboniac.

Decoctum blandum ſcynæ, imo & balneum aquæ tepentis conſulitur.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 97 sur 359

©BIUM

CONSILIVM XII.

Ad Serpiginem in facie pſoræ prænuntiam.

OPiata laxatiua inſtituta eſt ex decocto conueniente herbis ſplenicis ſenna, Tamarindis, Caſſia, puluere ſennæ, additis pomis redolentibus, in decoct. conſerua violarum pulpa paſſularum, cortice citrij, confectione hamech.

Sectio venæ valet, victus refrigerans & humectans: panis addito hordeo, Panis piſtus in lacte, hordeum in iuſculis carnium, hordeata frequentia, pomorum & prunorum vſus & eſus, epithemata iecori tempore calido: vinum fractum aqua, ſerum lactis cum bipinella vel fumaria, mala aurea, citria, ruptorium brachio; caſſia frequens loco opiatæ, cum puluere ſennæ, lotio capitis puſtulis pleni, faciei remedia adhibeantur.

Lotio capitis ex lexiuio ſarmentorum caulium rubr. addita ſcabioſa in decocto pariet. agrimo. lapatho, radice campanæ, lupinis, furfure & vino albo, lauetur caput hydromelite ex mellerofato vel mercuriali.

Pro facie vnguentum citrinum, pomata cum pauco ſublimato dulcificato.

Item ℞. vnguentor. roſati, Meſuæi citrini añ. ʒ. 1. ſulphuris pulueriſati & aqua roſarum excepti. ʒ. j. ſ. terebinthinæ ʒ ij. cum ſucco citrij, fiat vnguentum. vel

℞. aquar. plantag. roſ. nenuph. añ. ʒ iiij. ſublimati gran. xv. ferue fiant ſimul.

℞. Amygdal. dulcium ex corticat. & in aqua roſarij macer. ʒ ij. ſ. micæ panis ſecalini ʒ iij. mellis ʒ ij. ſ. rad. ireos flor. ʒ ij. farinæ hordei & lupin. añ ʒ j. cum mucore gummi tragacanth. extracti in aqua damaſcena, fiat paſta pro toto corpore.

1. Lotio ex decocto hordei integri additis amygdalis, vel ſero lactis.

7. Therap. 2. Aqua ſeu lac virginale vulgo dictum; vnguentum album ad ſcabiem, pruritum, & id genus affectus mirè conducit.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 98 sur 359

ANNOTATIONES.

1. *Sic parari ſolet lac virginale à recentioribus, Bc. litharg. auri ℥ ij. ceruſæ, ſalis commu. añ. ℥ ſ. aceti, aquæ plantag. roſar. añ. ℥ ij. caphuræ ʒ ſ. fiat collyrium, traiiciatur per manicam.*

2. *Fernel parat vng. album cum ℥. iiij. ceruſæ lytharg. ʒ ij. laut. diu in aqua roſarum quà electà mortario excipiuntur ſenſim que oleum roſarum affunditur quantum combibere poßint continentera gitando, additur ſub finem aceti albi pauxillum & caphuræ ʒ j. ſ.*

CONSILIVM XIII.

De Oculorum morbis maximè de macula ex morbillis reliqua.

MOrbi oculorum difficiles ob varietatem partium ex quibus conſtant, & ſpirituum quibus tanquam ſoles duo ſplendẽt & ſunt illuſtres, pars ſpirituoſa eſt & remedia vulgo refrigerantia eos ſpiritus obtundunt & repercutiunt, ratione membranarum, & humorum frigore læduntur.

Difficiliores ſunt curatu quia ſunt in actione perpetua, quia lumini obiiciuntur, quod lumen oculo ſano amicum, ægro inimicum eſt, quia incognato genere excedit, pes laborans nec ſeſſionem, nec ambulationem requirit, ſed quietem: cur non & oculus, teſtis catarrhactæ operatio, motus, & actio calfacit; difficillimi, ſi dolor capitis vt in hac ægra fit, & id minatur, cęcitatem: item ſi morbus oculi ſit conſectarius exanthematum; virus enim indomitum eſt.

Circumcidenda omnis negotioſa cogitatio, & oculus mentem ſequatur non mens: oculos aſſidua cogitatio occæcat. *Plin.*

Summa conſilij eſt vt ſedetur dolor capitis in morbis oculorum ob multas rationes. A calidioribus temperandum. Cataplaſmata ex mica panis farina hordei cum roſato Meſuæi, Oxyrrhodinum medicamenta temperata. Opiata laxatiua additis Tamarindis & conſeruis. Apophlegmatiſmi. Errhina nocent, licet Hipp. 1.

©BIUM

in prorrh.2. ſuadeat, notandum non imitandum ſine magna cautione. Cauterium in confinio futurarum anterioris capitis. Curanda vt laborans fœdis coloribus. Macula oculi lambenda; digerenda, diſcutienda ſine validiore medicamento. Decoctum ſarſæparillæ blandum ad abſumendum putre ſerum in vſu ſit quotidiano, idque dilutiſſimum. Valebit aqua ex herbis conuenientibus addito ſaccharo cando. Seto tandem eſt adhibitus.

ANNOTATIONES.

1. *Commendat Mathiolus vinum ex Euphraſia & ſimilibus herbis ad viſum quaſi deperditum. Verum euphraſia & ſimiles herbæ magno & cæco errore in oculorum morbis ſæpius vſurpantur. Nam vbi in oculis eſt ſiccitas, ſqualor, & ob mœrores, vigilias aut inedias ſpirituum conſumptio, quis dubitat quin vinum ex dictis herbis ſit nociturum.*

2. *In oculis, in omni animali eſt quoddam pingue quod intelligi debet de quodam glutinoſo quod neceſſarium eſt ob actionem oculi continuam. Ideo cauendum ſæpè ne nimium ſiccemus oculos & ſquallorem inducamus. Senibus enim frequens hebetudo accedit ob ſquallorem & ſiccitatem oculorum.*

CONSILIVM XIV.

De Tumore Epigaſtrij.

1. FIlius D. Sangermani conqueritur de Tumore & leni dolore Epigaſtrij, qui in Meſenterij glandulis collectus videtur non ab ſimilis chæradum tumori. Affectus hic & ætate & temperamento congener eſt, illi perpetuum quaſi alui profluuium non vera fit ἀνάδοσις nec venæ meſaraicæ exugunt chylum vt ad hepar perueniat & fiat hæmatoſis.

Bona victus lex imperata.
Fotus ex malacticis, litus ex oxyrrhodino.
Balnea.
Medicamentum additis herbis vulnerariis.

Pilulæ

Pilulæ addito croco martis, vel tabellæ, vel conſerua eadem croco addito.

Emplaſtrum ex mucore rad.althææ coctæ in oxycrato emplaſt. de mucag.& diachylo, addito cerato ſantalino aquæ Spadendes cum infuſione foliorum orientalium.

ANNOTATIO.

1. *Notat Gal.comm.in aph.7.lib.6. dolorem & tumores ventris ſublimes leniores eſſe: non ſublimes periculoſiores quod in profundo iecore,inteſtinis,ventriculo &c.partibus principatum habentibus inhæreſcant. Et iis non facilè remedia admoueantur vt aliis ſuprà peritonæum, quibus autem ob ingluuiem magnus fit vtriuſque bilis & pituitæ prouentus. Natura valens & robuſta plerumque ſuperuacua in pancreas & meſenterium ignobiles partes deponit, quæ totius corporis velut ſentina ſunt. In eas autem ex vicinis partibus illabuntur humores aut his locis & glandulis tempore exaggerantur qui tumores primum molles, dein tractu temporis renitentes ingenerant. quod notauit Hipp.1.de morb.mul. Lien.(ait) eleuatus & repletus diſtribuit per venas corpori.& maximè in epiploon & partes ventrem ambientes & crura.*

CONSILIVM XV.

De dolore cruris poſt ictum ex Globo miſſili ex Catapulta.

CRuris dolor fuit infirmitas, extenuatio quædam ob ictum ex Globulo miſſili ex catapulta acceptum. Dictum eſt, licet extenuatio quædam adſit, non definit tamen pars continere in ſe ſerum quoddam quod gignitur in parte vitio materiæ partis, quia omnis pars imbecilla alimentum non probè conficit, ideo euacuandum illud ſerum & pars roboranda.

Purgatio aliqua, Phlebotomia, fotus ex roſa in vino rubro addito cypero & chamæpiti, betonica, oleum de catellis, aditus aquæ Spadenſis: ſtuphæ in lecto cum imbricato latere, Balſamum

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 101 sur 359

©BIUM

extemporaneum aut Arregon, vnguentum ceroneum ex emplaſtro ad fracturas cum emplaſtro diuino. Tibiæ non ſtringantur ligaturis, vſus balnei in muſto.

CONSILIVM XVI.

De varicoſa hernia & hæmorrhoidibus.

AD herniam varicoſam & hæmorrhoidum ſpeciem in hypochondriaco, hæc præſcripta fuerunt.

Purgatio ex caſſia, ſenna addita & pauco cinnamomo, medicamentum aliud ex foliculis cum bipinell. meliſſæ eupatorij decocto, additis ſyrupis de pomis & de cichoreo: phlebotomia vtriuſque brachij.

Non irritentur hæmorrhoides, oblatæ per ſe, & ſi caput fecerint, aut blandè, prouocatæ, aut potiùs allectæ aperiantur.

Ad ſcortum fotus blandus roborans ex vtraque roſa, a lumine, pauco polygono vtroque, & herba Roberti. Litus ex oxyrrhodino.

Ad inguen vt intercipiatur humor, emplaſtrum valde adſtringens. Supra partem emplaſtrum, ex palmeo deſiccatiuo rubro, vnguento comitiſſæ, puluere roſarum, & rad. ireos.

Malleolorum ſectio ſi opus ſit.

Lac aſinæ. Aquæ naturales Forgenſes.

Subligaculum conſeruans.

CONSILIVM XVII.

De ſuppreßione vrinæ.

INquiſitum in cauſas illius ſuppreſſionis quæ fit aut vacuâ aut plenâ veſicâ.

Putauit æger more vulgi à ſola pituita id malum oriri, ideo cauimus, ne diureticis vteretur, donec de cauſa morbi conſtaret.

©BIUM

Olim laborauit ſarcoſi ad paraſtatas & partes vicinas, fortè renouatur malum: cenſuimus purgandum corpus, minutâ venâ temperandum, clyſmis refrigerandum: Emulſionibus, pilulis vtendum ex aloë lota, iniectionibus in veſicam, deinde cathetere explorandum num lapis ſubſit an non.

Opiata laxatiua inſtituta, materialia fuerunt eadem quæ in ſyrupum de Althæa aſſumuntur.

Litus ad Perinæum ex roſato Meſuæi, balnea, abſtinendum diureticis. Locus non fuit aquis naturalibus donec de morbi cauſis conſtaret. Dilutum caſſiæ præſcriptum.

CONSILIVM XVIII.

De Catarrho & ſputo ſanguinis.

QVoniam ludo palmario impendio magis ſeſe exercebat nobilis Theſaurarius bilioſo temperamento, ſtatura longa corporis deſtillationibus obnoxius, ſputationi ſanguinis & ἀποχρεμψει non expectorato, quæ ſequuntur præſcribuntur. Vitę lex primò neceſſaria eſt. 1.

Syrupi lenientes, horâ ſomni ſyrupus de ſuccis iuiub. cum diacodio.

Gargariſmus cum decort. hordei. rad. cynogloſſ. ſymphyti addito iuleb. roſato.

Hordeata, caſſia cum Thamarindis pulpa paſſul, fœniculo dulci & rhabarbaro. 2.

℞. Sacchari candi ʒ vj. Elect. diatriagac. frigid. ʒ ij. bol. arm. ℈ j. conſeruæ. roſ. ʒ j. ſ. conſetuæ ſymphyti & corticis citrij añ. ʒ ij. diamarg. frig. ℈ ſ. carab. raſuræ eboris pulueris glycy. añ. ʒ ſ. cum ſacch. in aqua roſ. ſoluto fiant tabellæ.

Quod ſequitur valet in excretione ſanguinis.

℞. Mumiæ ʒ j. ſ. terræ ſigill. boli arm. añ. ʒ ſ. antheræ ℈ ſ. conſeruæ roſar. ſiccæ. ℈ iiij tragacanthi ʒ j. ſ. ſacchari penidiati & roſati añ. ʒ iij. cum pauca quant. ſacchari & gummi tracaganthi in aqua. roſ. ſoluto, fiat paſta ex qua fiant trochis vſuales.

Vtatur ſæpè conſerua roſarum.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 103 sur 359

©BIUM

ANNOTATIONES.

2. Epid. 1. *Hic rufus eſt bilioſus, mites habet tamen humores, licet aliter Hipp. Quorum pectora bilem generant balbi, furioſi, & calui fiunt verùm tabi obnoxij, iuxta illud Celſi, deſtillatio in corpore tenui & longo tabem minatur.*

2. *Sputum ſanguinis eſt de apicibus artis Plin. cap. 38. lib. 11. notat de duobus Conſulibus qui habuere ſanguinis excretiones per os non periculoſas; Eſt & epiſtola de hæmoptoico apud Plin. epiſtola 19. lib. 5. Ante annos aliquot, ait, dum intentè inſtanterque pronuntiat ſanguinem reiecit atque ob hoc in Ægyptum miſſus à me, poſt longam peregrinationem confirmatus rediit nuper: deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tuſſicula admonitus rurſus ſanguinem reddidit; qua ex cauſa deſtinaui eum mittere in prædia tua quæ Foro iulij poſſides: audiui enim te ſæpè referentem eſſe ibi & aëra ſalubrem & lac huiuſmodi curationibus acommodatiſſimum.*

CONSILIVM XIX.

De *Aure ſuppurata & manante ſanie.*

NOn abs re incumbendum in curam grauis affectus auris qui grauior futurus eſt ni prouideatur, dignitas partis, ſenſus exquiſitus, anguſtia loci, vicinitas cerebri id ſuadent. Neruus à quinta coniugatione in aurem inſeritur exquiſiti ſenſus, item eò dolor maior eſt, quò in anguſtiore loco, item morbi oculorum intra oculos nocent, morbi aurium, non ſolum intra aures nocent, ſed ad cerebrum progrediuntur, hinc deliria phrenitides.

Dolor in anguſto. Senec.

Aeger hic hypochondriacũ quid habet.

Hic & dolor ex interuallis reperens, & ſanioſa excretio notanda. Quod eò periculoſius, quia cùm (ait Gal.) aures non ſunt deſtinatæ expurgando cerebro & aliena eſt à natura excretio per aures. In pueris natura ad tempus abutitur auribus, adductus aphoriſmus lib. 6. Quibus natura nares humidiores, & genitura humidior, minùs ſani viuunt.

Com. ad aph. 24. lib. 1.

Sic ægro, & aures ſunt humidiores quæ reddunt ſanioſum quid

& tabem quandam, id quod peſſimum eſt vt ſignum, nec mirum ſi minus integra fruatur ſanitate. Ideo ex Hipp. Corpora volucrium quæ veſicam non habent, nec meiunt, nec ſaliuant, nec ſpuunt, ſunt ſaniora.

Adductus locus ex Hipp. 4. de morbis Quibus per os nares, veſicam aluum fit excretio, ſani ſunt, quòd per eas partes videatur fieri excretio omnis humoris peccantis. Et cùm humor affligens per eas partes euacuatur, nullus morbus præhendit. Si hoc verum eſt, quorſum phlebotomia? non meminit Hipp. nec aurium, nec venarum, quarum apertio liberat à morbis. *Lib. 2. de dieta.*

Quæſtio an iuuanda excretio, an minuenda, an ſupprimenda, an quid agendum forte idem fiet quod in hæmorrhoidibus, omnino ſupprimere funebre eſt. Laudat vinum mellitum Aëtius ad aures manantes, & cum iudicio ſiccantibus vtendum dicit. *Tetrabibli. 2. ſerm. 2 c. 81.*

Rondeletius quoque cataplaſmata inſtituit vtilia dolori demulcendo. ex rad. lilior. mal. fol. ſolani, hyoſc. flor. roſ. nymph. chamœm. melil. farin. hordei lentium additis oleis roſ. viol. nymph. & pingued. anſeris.

Probat quoque lac recens mulſum, vt & albumen oui fortiter agitatum.

Nam hic dolor & excretio conſideranda veniunt: dolori debetur eaque ſatis frequens phlebotomia, ni ægrum hæmorrhagia ei ætati propria leuauerit.

Purgatio decreta ex pilulis communibus, & imperatoriis, aliquando ex fortioribus: hypochondriis prouiſum per hypochondriaca, frictiones; errhina quoque commendantur.

In dolore & inflammatione oleum roſatum cum tantillo aceti. quod remedium Galeni eſt vt ne cui mirum videatur mel roſatum indatur, aut ſyrupus de ſiccis, aut de abſinthio, cur non & in inflammatione, iulep. roſatum conueniat.

In tinnitu aurium Manardus decoctum ligni Indici commendat, fortè non alienum erit ab hoc loco, cùm de purulenta aure agatur. *Epiſt. 2. l. 19.*

Succus porri, ad ſonitum aurium commendatur à Fuchſio, & allij Aſcalonij.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 105 sur 359

©BIUM

CONSILIVM XX.

De congreſſus impotentia.

QVidam annos natus viginti ſex ad venerem ineptus erat explendam; non talis natura, ſed quia primis annis pubertatis œſtro libidinis excitatus ſeſe exhauſerat & confecerat; ſic & inſtrumentorum erat quædam imbecillitas intempeſtiuo labore contracta, & aut minus aut inefficacius ſemen, inſulſus non erat, quia ſatis ad libidinem titillabatur, ſed tardus, quia venerem explicare non poterat, euiratus erat, quærit à nobis vt vir fiat.

In hoc affectu conſiderandum an defectus ſit materiæ ſeminalis, an eius vitium, an inſtrumentorum & vaſorum ſpermaticorum, an eiaculantium.

Magna hîc prudentia adhibenda, nam nec nimis calfaciendus (vt fit in aliis, quod frigidis conuenit) quia ætas & temperamentum reclamat, & febris facilè moueretur: nec ad vulgaria remedia adigendus; nam vſu calidiorum flatus diſſiparentur, quorum aliquis vſus eſt in exercenda venere, frigidiora nocerent ſemen extinguendo, & nimium refrigerando. 1.

Iuſcula moderata conueniunt, vinum temperandum, & cibo præbito bibendum. Abſtinendum per tempus ab actu venereo; aliquando verpus patitur reſolutionem aliquam ob maiorem extenſionem manufactam, id quod meretrices conari narrat Rondeletius, balneum non confert metu effœminationis partium: ni in eo coquantur adſtringentia ad robur partium, aut immergatur corporis media pars in magmate racemorum.

Clyſteres cum herbis mediocriter ſiccantibus: medicamenta roborantia, caſsia, & quæ emolliunt laxando non proderunt.

2. Tabellæ roborantes & conſeruæ.

Pro decoct. medicamenti rad. tormentillæ, ſanamundæ & conſolidæ vtriuſque, veronica, fragaria, belis, prunella, piloſella, herba Roberti, ſtellaria, grana Kermes, flores vetonicæ altilis, ſemen card. portul. ocymi: folia ſennæ infund. & Rheum, ſyrup. de cich. compoſ. diſſol.

©BIUM

℞. Pulueris elect.triaſant.ʒ j.Aromatici roſati,diambræ,pulueris ſcynæ,corallij & ſuccini añ. ϑ j. conſeruæ roſarum & ſymphyti Rhab. ϑ ij. conſeruæ roſ. ʒ ij. radicis torment. dictamni & ligni aloes. añ. ϑ j. fiant tabellæ cum ſacch. in aqua roſ. ſoluto & vino hippocratico pauco.

Fiat maſſa panis qualis deſcripta apud Fernelium.

Hæc opiata ſit in vſu. ℞. Conſeruæ roſarum,corticis citrij,myrobal.añ.ʒ vj.pulueris ſcynæ ʒ ij.ſ.conſeruæ conſolidæ ʒ iij. pinearum,piſtac añ.ʒ j.ſ.diaſatyrion ʒ ij.diamarg.frig.& diarrhod.añ.ʒ ſ. terræ ſigill. ʒ ſ. cum ſaccharo roſato fiat conditum cum ſaccharo vel opiata cum ſyrupo. horâ ſomni præſertim.

Confectio diaſatyrion erit inſtar omnium deſcripta apud Fernelium.

Fotus blandi ad perinæum & partes vicinas, ex roſis commun. & tranſmar.ſantalis, radicibus conſolidæ, biſtortæ & tormentillæ vtriuſque,foliis myrti, & plantag.coctis in aqua & vino.

℞. Emplaſt.contra rupt.ℨ j.vnguent. comitiſſ. & deſiccatiui rubr.añ. ʒ vj. trochiſci de ſpodio, & terra ſigillata añ. ʒ j. pulueris ſantal.& maſtich.añ.ϑ iiij.cum cera lota in aqua roſ. & aceto pauco,addita pauca terebinth.fiat magdaleon pro inguinibus & partibus vicinis.

℞. Emplaſt.ad fract.oſſium.ℨ ij.cerati ſantali.ℨ j. pro lumbis.

Iniectiones fiant in penem roborantes ex roſarum heptaphylli, pentaphylli & ſcabioſæ decocto.

Fortè & blandum ſcynæ decoctum valebit, additis ſantalis.

ANNOTATIONES.

1. *De excitantibus ad venerem, aut venerem ſopientibus extinguentibuſque abundè cap.*10.*lib.* 26. *Pli. vbi ex Theophraſto citat eſſe herbam quandam veneris concitatricem quæ poſt coitum ſexageſimum etiam venerem non ſinit elanguere,notandus locus,item de ſatyrio quod ſi quis id manu tangat ad venerem ſtimulatur ibidem. Sed hæc fidem ſuperant.*

2. *Plinio cap.*23.*lib.* 21. *commendatur herba dicta ſcolymos in vino ſumpta. Fuchſius ex Plinio citat locum lepidum, exemplo Cicadarum, & ad venerem mentham ſatiuam commendat.*

Cicer. (*res vulgaris*) *ad venerem ſtimulat, ſemen auget, ideò eius*

gratia admiſſariis equis datur: eſt autem cicer rubrum, quod ideò venereum vocatur, ocymum etiam valet.

CONSILIVM XXI.

Pro quodam iuuene ad venerem inutili.

1. IVnior ad venerem auidior, promptior & ardentior fuit, hinc & ſeminis minor vis & vitalitas, & inſtrumentorum mollities, parùm arrigit, & arrectio fugax, effluit etiam ſponte ſine libidinis pruritu quippiam ſpermaticum, ſed falſum & adulterinum: temperamento eſt calidiore. Equitationibus magnis & frequentibus vſus. A calidioribus abſtinendum putauimus: item venerem exercendam, ſed ex longis interuallis & prægreſſis incentiuis, & pruritibus libidinis hęc capita ſunt deliberationis.

Putamus purgandum corpus caſſia, rheo, addito cinnamomo.

Clyſteres non vulgares, ex emollientibus, ſed qui ſint vice iniectionis ex roſis communibus plantag. foliis rubi, radicibus tormentillæ, trifolio, conſolidis, lapatho, agrimonio, diſſolue mel roſatum, ſacch. rubrum & roſatum, ſyrup. roſ. pallidar. cum diaprunо pauco ſine oleis.

Opiata ſit in vſu ex conſeru. bugloſſ. borrag. anthos, cortice citrij, florum ſaluiæ, beton. addendo parum ſeminis erucæ & paſtinacæ, renum ſcincorum, pinearum, piſtaciarum cum tantillo confectionis alkermes vel de hyacintho: vtatur ſatyrio condîto & præſertim eius radice ſucculentiore; nam duplex radix eſt, vna tenuior, & inutilis, alia ſucculentior.

Satyrium quod valet eſt trifolij ſatyriacum ita vocatum.

Frequens ſit vſus pinearum, piſtaciarum & amygdalarum. Item bulborum, paratorum vt decet, & parùm conditorum.

Cerebellis paſſerum & columbarum quidam vtuntur ad excitandam venerem.

Imus venter & perinæum foueantur ſequenti decocto aut muria.

℞. Saluiæ minutioris, puleg. toriſmar. añ. m. j. ſeminis erucę, paſtinacæ añ. ʒ ſ. roſ. rub. florum chamæmm. elilot. añ. m. ſ. cyperi ℥ j. ſ.

excipe

excipe ſacculo, qui bulliat in aqua & vino rubro ſtyptico pro fotu perinæi & pectinis.

Parte deterſa fiat litus ex maſtichino additis ouis formicarum & pauco caſtorio, non alienum erit admouere emplaſtra vt ante dictum eſt.

ANNOTATIONES.

1, *Hoc in loco dicimus iuuenem quaſi euiratum, & quòd iunior in palæſtra venerea ſe exercuerit & quòd magnis laboribus ſe confecerit Plinius notat de equis, hircis & arietibus ad coitum ſegnioribus, ob aſſiduos labores, & ea ad coitum impotentia vocatur proſedamum. eamque ob imbecillitatem quæ immodica venere contrahitur, Democritus damnauit venerem vt in qua homo ex homine exiliret, & hercle raritas eius vtilior. Cæſar lib. 6. de bello Gallico Germanis loquens, ait, quòd qui diu impuberes manſerunt maximam inter ſuos laudem ferunt: hinc alitur ſtatura, aluntur vires, nerui confirmantur, intra annum viginti, fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis habent rebus; nam homo pubeſcens nodum quendam ſoluit, & ſoluere ſentit Gallis* (denoüer) *precipuè ſi qua fuerit ægritudo & Plin. cap. 6. lib. 28. & 37. lib. 71. ſolus homo ait pubeſcit, quod niſi contingat, ſterilis eſt in gignendo, ſiue mas ſit ſiue fœmina.*

Cap. 10. lib 26

Plurima genera morborũ primo coitu & primo fœminarum menſe ſoluuntur.

2. *Vſus cicerum commendatur Gal. ſemini generando aptum, inflationes, facit venerem ſtimulat: rubrum autem calidius albo & lædit, veſicam exulceratam & renes: ſemen bombacis idem præſtat Sed maximè ſal ad venerem excitat ideo putauere quidam Venerem ex mari ortam: apud Plutarch. vſus ſalis prohibitus erat ſacerdotibus, vt eſſent caſtiores, & in ſacrificiis à ſale abſtinebatur.*

CONSILIVM XXII.

De Vetere Arthritide.

VIctus ratio in primis ſeruanda. Abſtinendum ab iis quæ ad cutem humores pellunt. Vini vſus moderandus, venus mediocris, ſectio venæ ex interuallis, purgationes antè paroxyſmum arthriticum. Hirudines pedibus aliquando admouendæ. Cauteria

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 109 sur 359

©BIUM

Manardus c. 32.l.14. remedia præscribit non negligenda.

repetenda. Fotus blandi ex herbis coctis in aqua & vino cum sacculo vel spongia. Balneum aquæ dulcis, additis rosis summitatibus rubi. Balnea naturalia sæuiente dolore. Ceratum Galeni cum populeue aut vitellis ouorum, vulgare cataplasma ex mica panis cocta in lacte vel zytho. modicè repellendum. Fluxionem minuent & dolorem, rosa, lens, lactuca, intybum, fructus myrthi & semina frigida, in primo impetu valet aeizoon. Mica panis secalini cocta in oxycrato inflammatâ parte. Cassia applicata pro diuitibus

1.

valdè siccantia emplastra sub finem dolorum addi solita, vitanda, aut moderanda, est enim partium & siccitas & squallor.

2.

Vsus lactis asinini, hypnotica sæuiente dolore, item vsus olei ex torpedine ad demulcendos dolores arthriticos, vsus pilul. validarum vitandus. Opiata laxatiua addito puluere scynæ præferenda.

ANNOTATIONES.

1. *Laudant balneæ aquæ tepentis domestica, laudant & naturalia; immo aquæ naturales suo tempore maximè conferre possunt.*

2. *De podagra Romanis incognita Plin. cap. 10. li. 26. morbus auorũ memoria incognitus & peregrinus insanabilis non est credendus; sponte & desinit & curatur remediis conuenientibus: idem narrat eos qui lacte asinino vsi sunt fere à morbo arthritico immunes. cap. 9. lib. 28. Sic non modo nascentibus nobis, sed & senescentibus lac prodest.*

CONSILIVM XXIII.

De paraphimosi.

VIr erat annos natus sexaginta paraphimosin in balano habens, dubitabatur an à lue, an à nimio conatu, an ob fluorem muliebrem vxoris: malignum quid phlogosis & tumor & replicatio præputij præse ferebat.

Consultum vt corpus diligenter purgaretur, aut opiata laxatiua, aut solemni syrupo.

Phlebotomia brachij, imo malleolorum si phlogosis gliscat.

Balneum, litus, & prægrediens fotus mollis ad partem.

Vſus radicis ſaſſafras aut ſcynæ additis ſantalis ob intemperiem hominis in potu, & poſt opiatam conuenientem cardiacam : iniectio detergens & parum emolliens, inter balanum & præputium.

Emplaſtrum de mucilaginibus cum pauco neapolitano. Immò pillulæ mercuriales valebunt; & leuis ſectio malo rebellante.

ANNOTATIO.

Nomen φιμώσεως non modo ad penem referri debet, ſed ad omnes partes naturales quæ meatum habent. Et diduci poſſunt, vt oculos, anum, præputium, vterum, labia verum de præputio frequentiùs dici conſueuit ſic glandem ſeu balanum tegente vt nudari non poſſit; capiſtratio à nonnullis dicitur. Eſt autem φίμος nexus ſummi oris ſaccu-lorum cùm toto ſuperiore eius ambitu in anguſtum collecto funiculo clauduntur & religantur. ἀφίμωσις cùm è contrario, tum præputium, tum alia naturales meatus occludentia ita retrorſum deducta ſunt vt reduci nequeant.

CONSILIVM XXIV.

Pro D. Villebois ſeneſchalio aliquid vertiginoſum ſentiente partim ab hypochondriis, partim à capite.

CVique ætati ſua eſt ſanitas, ſui germani & proprij morbi, progreſſus & incrementum impediendum, licet currentibus annis multæ eueniant mutationes.

Senibus, inter alios morbos vertigo eſt familiaris affectus, terrificus, ſed qui plus terroris ſæpè quàm periculi afferat, ideò non negligendus. Nam vt morbi animi ſic & corporis, non ibi finiuntur vbi oriuntur, facilis ortus, difficilis interitus eorum, vbi ſunt in ortu, & quaſi incunabulis, facilè vitantur, adulti vix euitantur.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 111 sur 359

©BIUM

In D. ægrotante quinquagenario vertiginis leue quoddam initium eſt cum ſub deliquio animi dij prohibeant incrementum, & eo minus negligendus affectus naſcens quia licet fortè à partibus imis ſit, cerebrum pars princeps afficiatur, tandem morbus alienigena in cerebro ſedem firmat quaſi ius ciuitatis habiturus quod eò pernicioſus eſt. Cæterum vt notauit Hippocrates, parua etiamnum cauſa in parte principe magnum quid affert, magnas item tragœdias ciet. μακρὴ αἰτίη ἄχεσιν λύεται ἢν μὴ περὶ τὸ τῶν κύρων πάθη. malum hoc non tam per ſe formidandum quàm conſecutione maiorum metuendum, ex metu ſecuritas nec aliquis celeriùs opprimitur quàm qui nil timet. Apud comicos timido celeritas tribuitur ad quærendum percontandum: ſecuro tarditas, timens paucis verbis & vtitur & alium audit: ſecurus pluribus, ſummum indicium ſecuritatis ſuperbia eſt, nimia ſecuritas frequens eſt initium calamitatis.

Hipp. lib. de præcept.

Et prudens Medicus minùs de hoc malo, vt de omni graui quod quid peius minatur, ſecurus ſit, ne ſi neglectus ſit morbus, aut ars malo victa fuerit, vel ignoraſſe vel feſelliſſe reputetur.

In domino ægrotante minùs negligendus ætati congener, quia eius animus inquies eſt, & curis perpetuis ſtudiiſque affectus, corpus aſſiduo labore affectum. Accedit, quod ei cerebrum exquiſiti ſenſus (neruos & membranas audio) celeres ſunt motus, defœcacius & expurgatius eſt cerebrum, talia capita vertigini, & deterioribus affectibus patent.

Id quod metum auget eſt, quia circa ortus & obitus lunæ malum ſe prodit, at aſtra maximè vim in caput exercent, vt in ſedem & metropolin rationis & prudentiæ: accedit quòd aſſidua cogitatio occæcat abducto intus viſu; Magna pars vrbanorum ſtudioſorum imbecillo eſt ventriculo, quod obſeruatione maximè dignum eſt, immo & capite, ob ſtudia & curas, in his cruditas & vaporum in caput ſummiſſio.

Hipp lib. 2. de dieta, de viſu, & auditu qui moueat ſpiritus, & deſiccet.

Ad hos canones pro tuenda ſanitate, & vitando malo conſilium omne dirigendum.

Caput non nimis tegendum, nec aperiendum & contumeliis aëris obiiciendum. Quanquam antiquitas pinxit omnes ferè tecto capite, vt erat ſolicita detegendo rationis domicilio, tamen Plinius ait veteres ſtatuiſſe vt coram Magiſtratu capita aperirentur non tam venerationis gratiâ, quàm vt conſuetudine capita fierent firmiora.

Cap. 6. lib. 22.

Vitetur nimius labor corporis, & animi, ne labore pertinaci vires trucidantur. Labor animi reddit, corpus infirmius, & corporis idem rependit animo, licet ignauia corpus hebetet, labor firmet illa maturam ſenectutem hic longam adoleſcentiam faciat hæc ſint mediocria.

Valetudinarij viuunt qui inquieti viuunt.

Moderanda ergo omnis animi actio (vt dixi) quod ad ſanitatem confert autore Platone, ſumens ſimile ex equis coniugatis eundem currum trahentibus vt par eorum ſit tractus, labor & conatus.

Ieiunium vitandum, delectus ſit ciborum vt melior ſit coctio, vina calidiora vitanda. Primo hauſtu ſit aqua fractum & quaſi enerue & præſumatur cibus.

Odorata vitanda.

Non ſoli capiti prouidendum ſed & viſceribus in quibus aliquid eſt hypochondriacum hinc teter vapor. Non excitanda ſternutamenta. Blando errhino melicrato vtendum aut iure betæ.

Lectio ſit moderata, præſertim à cibo.

Acæpis, alliis & acrioribus alimentis abſtinendum.

Si animus nimis vigil, nec placidus ſomnus vel defectu benigni vaporis aut mentis agitatione, aut cerebri ſiccitate, hordeata, & conſeruæ nenupharis, & violarum ſub horam ſomni in vſu ſunto.

A paſtu aut gelatina cytoniorum, aut puluis digeſtiuus, & panis bis coctus dulciarius.

Conſulimus partibus nutritiis vnde mali prima labes ne cerebrum coafficiatur.

Clyſterum frequens vſus eſto.

Purgatio.

℞. Rad. bugloſſ. torment. caryophyllorum & tunicis añ. ʒ. ij. bipin. veroni. bugloſſ. meliſſ. betoni. epithy. eu pat. añ. m. ſ. ſeminis fœniculi florent. card. añ. ϑ ſ. foliorum ſennæ ʒ iij. infunde per horas aliquot addendo cort. citrij conditi ʒ j. ſ. diſſol. expreſſ. ʒ ij. Rhab. ad partem cum cinnamomo, & ligno aloes infuſi ſyrupi de pomis laxat. & de cichorio comp. añ. ʒ vj. fiat doſis.

Pilulæ.

℞. aloes lotæ in ſucco buglóſſ. aut borrag. ʒ vj. rhabarb. ʒ j. ſennæ ϑ iiij. ligni aloes & ambræ añ. gran. x. rad. dictamni & elect. triaſ. añ. ϑ j. ſeminis ocymi & viſci querni añ. ϑ ſ. cum ſyrupo de cichor. compoſito fiat maſſa vtatur ante paſtum. poſſunt validiores pilulæ decenri, ſed vſu rariores.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 113 sur 359

Conditum.

℞. Conſerua viol.bug.borrag.cort citrij añ ℥ſ. conſer.beton.anthos,añ.ʒ ij. viſci quer. ʒ ſ.diamarg.frig.& elect.de gemmis añ. ℈ j. crad.dictamini ϑ ſ. pulueris angelicæ grana ſex. conf. alkermes ʒ j. myrob. ʒ ij. cum ſaccharo bugloſſ. aut roſat. fiat conditum pro fine paſtus.

Tabellæ:

℞. Pulueris diaireos ʒ j. radicis dictamni torment. añ. ϑ j. diarrhod.abb.triaſ.ſimpl.añ.ϑ ij.raſ.eboris,cornu cerui,dent.apri,viſci quer. marg.elect. añ. ϑ j.confectionis alkermes gran. x. conſer. roſar.& corticis citrij añ.ϑ iiij.cum ſacch. in aqua roſ.ſoluto fiant tabellæ vſuales.

Balnea æſtate in vſu ſunto.

Hæc eſt ſumma Conſilij noſtri.A validis,& à capite euocantibus abſtinendum putamus, danda opera partibus nutritioni dicatis,non neglecto capite,hoc noſtrum ſit præiudicium tanquam ad grauiora præludium: iudicium Medico domeſtico relinquimus, plus pedes multi faciunt quam vnus. Conuiuium à pluribus collatum melius eſt ac lautius, quam vnum atque ſimplex. Multorum conuentus rectius decernit quàm vir vnus.quiſquis ille eſt, Medicus domeſticus, addat, detrahat pro ratione loci,temporis, ægroti,& ingenij morbi.

Ariſt.in polit.

ANNOTATIONES.

1. *In ſicco prudentia eſſe dicitur,& qui calidiore,& ſicciore ſunt cerebro, ij ſæpè acriores, actuoſiores prudentiores aut potius celerioris ingenij. Zoroaſtes hominum primus riſit eo die quo genitus eſt; eidem cerebrum ita palpitauit vt impoſitam repelleret manum,id quod futuræ ſcientiæ erat præſagium, tales non tam ſunt prudentes quam ſcientes.*

2. *Ad ægros qui conſueuerunt ferre aëris incommoda eodem habitu omni tempore(ad eo magna vis conſuetudinis mollitie ſpretà)accommodari poteſt apopth.20 & 24.de Ageſilao lib.1.apoph. & 19. lib. 8 de Polemone. Et reuera(vt ait Celſus)aſſueti duris fruſtrà ad delicias vocantur.Sic aliquid de Parthis & Græcis ſimile ſcribunt; nam in ingenti clade mortuorum facie tabo perfuſa capita ſunt diſtincta ex mollitie eorum qui tecta habebant capita,& duritie eorum quibus aperta erant ſemper capita.*

©BIUM

CONSILIVM XXV.

Pro muliere ſtranguriam ſeptennem patiente.

NOuies vtero geſtauerat, nona grauiditate puellam vtero gerebat. Ad tertium menſem, meiendi deſiderium inceſſit, aliis rebus occupata non meminit vrinam emittere. Aliquo poſt tempore eam non reddidit. Conqueritur, ſtrangurioſum quid ei contigit, id vires acquiſiuit etiam à partu in quo ſpes erat ſanitatis: ab eo tempore miſerè eo affectu afflicta eſt: dubitant an lapis, an oris veſicæ vlceratio, omittitur immiſſio catheteris, augetur malum calamitoſum, læditur iniectionibus in ſinum pudoris; vel magna eſt exulceratio, vel iniectiones ſunt acriores. Medici ambigunt quid & vnde id ſit, vrina non fœtet, reddit aliquando craſſas vrinas & cum lacteo ſedimento quod abſceſſum vel in veſica, vel in paraſtatis, vel renibus ſignificat, etſi nunquam de rene queſta eſt, ad nos itum eſt, imploratur auxilium.

An hæc tantula ſuppreſſio & retentio vrinæ potuit tantum malum accerſere? potuit, ſi diis placet. Ita Gal Cùm craſſior vrina eſt ſemel retenta & diutius, & non reddita legitimo & ſtato tempore fit initium lapidis, id decretum Galeni fortè in hac ægra locum habuit. *Com. in 6 epi. in cum aphor. in pueris poſt mictum concretio.*

Id facilè fieri potuit in mulieribus quarum vrinæ ſunt iumentorum vrinis magis ſimiles in grauidis, quibus ob fœtum facilè vrinæ difficultas oboritur. Accedit quòd ea mulier geſtabat filiam & imo quaſi ventre collocatam, vnde veſica conſtringi potuit. Item geſtatio fœmellarum aliquid ſæpè mali moris & ominis ſecum trahit & geſtat. Quærendum eſt an non fluorem muliebrem ſit paſſa, an non à viro aliquid contraxerit, item obſtetrix obſeruet & exploret, an vterus loco non ſit motus. Exploranda fuit cathetere, & ad lapidem, & ad vlcera, qua parte manent & ſæuiant mulierum morbi ſunt curatu difficiliores & maximè ob pudorem quia ſe ſe facilè non produnt, ſi quid præſertim circà naturalia oriatur: forte fuit initium calculi ex leui occaſione & ſe exprimendo, & comprimendo facilè cogit lapidem manente & ex- *Inueſtigatio cauſæ.*

„ preſſa tenuiori materia, & Hippocrates ait, lapis fit ex bilioſiſſima
„ materia (vt eſt ſabulum) & pituitoſiſſima, quæ eſt mucus tanquam
„ cæmentum lapidis.

Alia ſunt remedia lapidis, alia vlcerum, & quod vnum iuuat, alterum lædit, ideo conſtet de morbo.

Victus. Ægra abſtineat ab acidis, ſalſis, & acribus, & à diureticis, vretica non damno, emulſiones ex decocto hordei ſeminibus frigidis, maioribus & minoribus.

Addatur ſaccharum roſatum in vlcere, candum in lapide.

Vtatur caſſia in bolo addito diatrag. frigido, vel clarificatâ caſſiâ ſoluta in decocto. rad. pentaphyll. tunicis, oxyl. bipinellæ piloſ. paucis baccis halicababi additis foliis ſennæ & ℥ j. ſ. caſſiæ.

Clyſteres. Clyſteres frequentes, ſi vlcera ſunt addantur herbæ vulnerariæ, veronica, beton. conſolida, clyſteres ex decocto capitis vitul. ex lacte ad fomentum quibus interdum addi poterit papauer, aut philonium.

Fotus blandi ad imum ventrem.

Phlebotomia, brachij, & malleolorum. ſemicupia; balnea, immiſſio partium pudendarum in peluim profundam aqua, & lacte plenam.

Hypnotica. Vtatur hypnoticis, vt omni arte leuetur malum, pilulæ de cynogloſſo locum habebunt, iniectiones valent ex althæa, conſolida, fragaria, agrim, ſanicula, bugla, veronica, addito ſyrupo de ſiccis & iuleb. roſato, aut melle violar. aut roſato ſi ferre queat. Item aqua amygdalata iniecta.

Si vlcera rebellent trochiſci Gordonij aut albi Rhaſis, aut aqua Lantfranci ſubiicientur.

Potus. Vtatur aqua ſaccharata, vino fracto, ptiſana, pomaceo, aqua alba ex amygdalis.

Puluis. ℞. Puluer. Elect. diatrag. frig. ʒ vj. glicyr. ʒ ij. ſeminis portul. & papaueris albi añ. ϑ iiij. boli arm. ϑ ij. carabes, diamarg. frig. añ. ʒ. ſ. raſuræ eboris, cornu cerui, antheræ añ. ʒ ſ. conſeruæ roſ. ʒ j. ſacchari roſati ℥ iiij. ſ. puluis cap. aliquando manè ʒ ſ. ex hydromelite.

Vtatur trochiſcis alkekengi Fernelianis, hydromeli conferet ex decocto pentaphylli, hordei, melle & ſaccharo cando aromatizato, ligno aloes aut rhodio.

Si vlcera ſunt terebinth. lota valet: radix ſaſſafras conferet: lac aſinæ manè & veſperi.

Quia emacruit vtatur marci-panibus ex carne pullorum cum amygdalis,

amygdalis,piſtaciis,penidiis lautis in aqua roſ.& nenuph.ad vlcera maſſa pilularum ſequens vtilis erit tempore & loco.

℞. Pulueris conſolidæ & radicis ſanamondæ añ. ʒ. ſ. terebinth. vſtæ & pulueriſatæ ϑ iiij.cõſeruæ roſ.ſiccæ ʒ ſ.Rhab.ʒ j.rhapontici ϑ ij.carabes ϑ j.Elect.diatragac. frigidi & diaireos añ.ϑ ij. cum ſyrupo roſa.ſiccarum,fiat maſſa capiat.ʒ j.pro doſi. *Piluiæ.*

CONSILIVM XXVI.

De Tumore cancroſo pro. D. de S. Ieàn.

NOn ita pridem prædixeramus oriturum cancroſum quid, cùm mali maligni initia & incunabula(vt ſic dicam)videremus,vtinam nos augures augurium fefelliſſet, mitiùs cum domina ægra actum fuiſſet,nec tanta mali atque doloris acerbitas fuiſſet, nec proiecta appetentia fuiſſet, quæ mala vt ſignum, & vt cauſa:vt ſignum quia dominatum atræbilis docet, hæc proſternit appetitum, vt acidus & naturalis ſuccus melancholicus acuere ſolet,ab aduſtione enim natura abhorret: vt cauſa quia corpus marceſſit & macreſsit, deeſt habituoſa & glutinoſa ſubſtantia quæ calori febrili reſiſtat, maligna atræ bilis acerbitas alimento, cum appetitu ſumpto, mitigatur & demulcetur. *Cauſa.* *Atrabilis appetentiam deiicit, acidus ſuccus naturalis contrà eam acuit.*

Quæſtio nunc: an pyroticum, aut ſuprà aut infrà partem tumentem conferat? vtrique parti ſua ſunt patrocinij momenta. 1.

Hîc quid dicam animi ſum anceps,an ſuprà an infrà malum.Id canon eſt prudentiæ, non tam videndum vt proſimus, quàm vt non obſimus;cùm enim nobis res ſit cum corpore ſucco atro & feroce ſcatente, videndum ne quid ſiniſtri contingat in ea parte quam cauterium exuſſerit, & domeſtici iudicium medici laudo id remedium diſſuadentis. Si mite cauterium,inutile, ſi immitius vix præſtabitur periculum: meum antè fuit præiudicium cùm de ea re rogaremur, certo nunc iudicio confirmamus: Ægra tabeſcit vi morbi, ætate, mœrore, defectu alimenti noui, appetitu, proſtrato tabo melancholico & ichore carnes irrigantur, vereor ne pro leuamento noui mali ſit irritamentum, itaque abſtinendum, brachio adhiberi poteſt minore cum periculo, profectu mini-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 117 sur 359

©BIUM

Hipp. in Aph. hypochondriacæ mulieres difficilius curantur quam viri, & non ita huic affectioni obnoxiæ.

mo. De prognoſtico certè hoc dicere licet quòd malum hoc graue & plenum terroris exiſtit in muliere potiſsimum; quotidianis enim rerum euentis & obſeruationibus deprehendere licet, mulieres non pronas eſſe ad hypochondriacum affectum & melancholiam ab aduſtione, repugnans enim habent temperamentum, ſed vbi ſemel in eum affectum inciderunt, difficiliùs curantur.

Cancri ſunt alendi non curandi, nec irritandi, inutilis opera eſt, & ægri ſequitur calamitas mitigare, delinire humanius, tutius; irritare crudelius, periculoſius.

Phlebotomia ex interuallis iuuat. conciliatio ſomni etiam laudano monſtri paracelſici, vel ſolemnibus & ſolitis hypnoticis.

2. Syrupus de pomis, de ſuccis; pilularum vſus non probatur, opiata ex conſeruis puluere ſennæ, rheo, & ſimilibus vtilior & tutior: omni ope excitanda appetentia, & etiã deteriore cibo ſed gratiore, diuturnum ægrotantium deſiderium; iuuat medicorum indulgentia (Hipp. teſte) in morbo diuturno.

ANNOTATIONES.

1. *Melancholici vbi ſunt inappetentes malè habent, ſpleniti ſunt voraces ſed de acido ſucco melancholico non de aduſto eſt iudicium: nam ſæpè appetentiam deiicit, immo voraces ſplenici ſunt non tam ob acidum ſuccum quàm cancroſam lienis diſpoſitionem.*

2. *Purgatio inſtituitur frequentior non vehementior, & ſicubi aliàs ἐπίκρασις locum habet vt ſit nutritionis & purgationis gradus & viciſſitudo, frequens & mitior euacuatio ſupplet vicem minus frequentis ſed validioris, quanquam Hipp. in Aph. per inferiora vult melancholicos ἀδροτέρως repurgari. Tamen cum quartanariis mitius agitur, cùm tamen ea ab humore ſit melancholico. Item cancros qui ſunt ſoboles iſtius humoris alimus & nutrimus, vehementibus irritamus. Ita autem hic ſcrupulus adimitur; Agitandi ſunt & purgandi melancholici ἀδροτέρως non omnes, ſed qui purgatione egent. Ita Meſuæus, in morbis melancholicis non ſemel, non bis, ſed per interualla, molienda eſt euacuatio, eàque ita temperata eſſe debet, vt natura regat euacuationem, non euacuatio naturam ipſam. In his ergo maximè habenda ratio aduſtionis & caloris adurentis nec ſimpliciter calor conſiderandus, quod tumores atrabilarij ſatis ſuperque teſtantur. Eſtque virus quoddam iunctum cum aduſtione quod plumbo ſolanoue emendatur quodammodo, aliiſque vehementio-*

ribus magis ac magis irritatur: quod ſi in externis affectibus curandis qui virus & pertinaciam melancholicam redolent, moderatio adhibenda eſt, vt non exacerbentur ſed nutriantur, cum non idē in internis affectibus melancholicis vſurpandum. Irritatio iſtorum morborum, ſeu internorum, ſeu externorum, doloris prouocatio eſt, mors ipſa denique, eorumdem nutritio, eſt fomentum quoddam, dolorum leuatio, dulcedo quædam, vitæ eiuſque prorogatio. Sic melancholicis lac, balnea, & quidquid modicum temperatumque eſt profuit, quod violentum irritanſque obfuit. Sic enim aduſtio humorum, & maximè ſibilis flaua aſſetur, imprimit vim neſcio quam humoribus: vnde quos alioquin irritat frigus, & ealor, eos lenit, fouet mitigat medium ac temperatum. Et quod de humoribus atrabilariis dicitur, idem de moribus melancholicorum audiendum eſt: acerbioribus obiurgationibus irritantur ac ferociunt, mollioribus verbis & frigidis minimè corriguntur, moderatis rationibus ac ſermonibus facilè acquieſcunt ac temperantur.

CONSILIVM XXVII.

De hernia pro filia D. Margeret.

RAmicoſi colicos dolores facilè patiuntur, id fit ob ligaturas, & ſubligacula aſtringentia. Item aliquod vitium eſt in conformatione, in meſenteric & inteſtinis: fit æſtus in inteſtinis, flatus generatio & impetus, Alui durities, vnde caloris incrementum, imo motus θερμαλπικὸς inteſtinorum vitiatur quodammodo, & ob flatus vernaculos calida ventri admouentur; hinc calor, hinc alui durities & egeſtio laborioſa quæ inteſtinum expellit, quòd venter intumet, deinde ſubſidit, id à glandularum meſenterij tumore, & quaſi fermentatione oritur, vel vbi ſerum putre aut flatus adſunt.

Pro ramice non valdè probantur remedia per os ſumpta, quidquid obganniant impoſtores, qui vocem facto ſublimiorem habent, puluis tamen probari poteſt poſt vſum topicorum, de quo Fernelius in libello conſiliorum egit.

Conſultum eſt vt omnis agitatio corporis violenta vitaretur.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 119 sur 359

©BIUM

Pilularum communium vſus communis valet ad aluum facilem.

Conueniens deligatio plurimum præſtat in curatione herniæ.

Maxima vis in faſciarum conuenientium vſu.

In fine paſtus conueniet hic puluis.

Puluis.

℞. Panis toſti & pulueriſati, ℥ j. radicis conſolidæ ʒ j. ſ. coriandri conditi, fœniculi, aniſi, añ. ʒ ij. conſeruæ roſa. ſiccæ ʒ j. ſ. carabes, raſuræ eboris, ligni rhodij añ. ʒ. ſ. pulueris elect. triaſant. ϑ ij. ſacch. roſati & communis añ. ℥ iij. fiat puluis de quo capiat poſt paſtum.

Vtatur conſerua ſiue opiata ſequenti, bis aut ter in hebdomada, maximè circa lunæ occaſum.

Opiatæ.

℞. Conſeruæ berberorum, roſarum añ. ʒ vj. Myuæ cydonior. ℥ j. conſeruæ ſymphyti ℥ j. corticis citrij myrob. conditarum añ. ʒ. iij. corallij rub. radicis bardanæ, pentaphylli. & biſtort. añ. ϑ iiij. ſeminis portul. plantag. añ. ʒ j. Elect. diatrag. frig. & diarrhod. añ. ʒ ſ. raſuræ chalybis præpar. ℥ ſ. cum ſyrupo cytoniorum & iuleb. roſato, fiat opiata de qua ſumat vt dictum eſt. vel

℞. Conſeruæ ſymph. maioris, roſarum antiq. corticis citr. ſaccharo cond. añ. ℥ j. ſigill. beatæ Mar. iaceæ, albæ, & nigræ añ. ʒ ij. boli arm. in aqua roſar. lot. ſang. drac. añ. ʒ ij. ſ. acaciæ hypociſt. añ. ʒ j. ſ. carn. cydon. ſacch. cond. ſine aromatibus ℥ ij. limaturæ chalyb. ℥ j. ſyrup. myrtini. q. ſ. fiat opiata ad vſum.

Valebit emplaſt. contra ruptur. cum maſtiche, magnetis lapide, acacia, hypociſt, bol. arm. except. oleo cydon. & terebinthina.

Fotus.

Item fotus ex ℥ ſ. a luminis diſſol. in ℔ j. aquæ fabrorum & coct. ad medias pro fotu.

CONSILIVM XXVIII.

De ſterilitate an ex parte viri, an mulieris.

IN rebus æſtimandis & iudicio ferendo omnia vtrinque ad certam regulam ſunt reuocanda, ne falſum pro vero ſupponatur.

Atque cùm aliàs tum maximè, cùm agitur de infœcunditate, quæ moleſta eſſe ſolet, & matrimoniorum perturbatrix, ſoboles enim eorum eſt vinculum, fidum pignus, & amicitiæ conciliatrix.

Et quoniam ad triſtiorem partem ſtrenua eſt ſuſpicio vimque affert veritati: ea ſuſpicio innocenti ſæpè nocet dum ſpes prolis titillat, ſollicitat, lites fouet. In cauſa infœcunditatis æqua lanx eſt afferenda.

In re quæ proponitur maritus culpâ non vacat, non vacat & mulier. 1.

Mola quæ eſt moles indigeſta & naturæ quoddam irritum opus & quaſi ludibrium, docet, aut viri ſemen effœtum, aut vterum naturæ agrum vligine plenum, vnde ſemen fereſcit & vim genitiuam amittit.

Vir arrigit, emittit, effundit, & immittit, benè venerem explicat, id quod viro patrocinatur naturalia ſunt ſecundùm naturam: mulier ῥῦν quendam patitur, & eo tabo irriginis vterus minùs eſt aptus ad ſemen concipiendum, etiam prolificum, vt ſua virili & maſculâ vi ſemen muliebre ad texturam, & primum exordium, & ad opus mutuum excitet, impuritas vteri quæ hunc quaſi indignabundum reddit, maximè cauſa eſt ſterilitatis. 2. *Fluores albi veneri officiunt & nocent Hipp. ſect. 2 Epi. Eorum colluuie ſemen effœtum fit & indignabundus vterus congreſſum auerſatur.*

Dicunt mulierem habere corpus εὔσαρκον & habitius item & virum. At corpora habitiora ſæpè non ſunt magis prolifica, imò minùs. Macra ſunt ſalaciora, libidinoſiora, & fœcundiora, licet ſemen prolificum glutinis plus habere debeat & lentæ, ſubſtantiæ ad fœcunditatem, & diuturnitatem, & plantæ ſunt viuaciores quæ plus lenti & glutinoſi habent humoris. Salaces aliquando ſunt infœcundi, cùm habeant ſalem ad libidinem, ſed non ἐνέργειαν prolificam. Id fortè huic viro conuenit ſtatim incitatur, ſtatim venerem explicat, ſtatim elanguet, non deſinit tamen ſemen eſſe naturale & fœcundum: in amplexu ſuo & congreſſus aculeo, cunctantior eſſe debet, vt non tam facilè ſemen emittatur. 3. 4.

Iudicium dominorum conſulum & rei æſtimatorum eſſe debet, vt habeatur ratio viri, non negligatur mulier.

Viri, vt bona victus lege vtatur, ſi negotioſus actiones temperet: labor corporis mentem impedit, labor mentis corpus adimit (vt loquitur Plin.) & attenuat, homines negotia perplexa tractantes Græ. πολυπράγμονες aut non ſunt prolifici, aut prolem valetudinariam producunt. *Labor corporis menti obeſt & vice verſa.*

Purgetur vir aliquando ſenna, ſyrupo de cichoreo, & roſarum vt ſemen ſeroſius eſſe deſinat, caſſia effœminat ni addatur rheum. vide potum ante inſtitutum ad eum finem. *Purgatio.*

Vtatur tabellis roborantibus cum rheo & croco martis, ligno *Tabellæ.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 121 sur 359

©BIUM

rhodio,aloes,addito puluere ſcincorum præparatorum,vtatur & conſeruis. Verum hæ tabellæ non conueniunt, ſi non fluidum ſemen,& imbecilli hepatis ſignum non adſit.

Fotus virilium blandus:quanquam de eo dubitatur,quia è natura habent.

Purgationes pro muliere inſtituendæ ſint blandæ,fotus, & in-
5. ſeſſus,addita arthemiſia,matricaria, betonica, biſtorta, ſana monda,roſis, conſolida vtraque conferent.

Imo iniectiones in vterum ex iiſdem herbis.

Tabellæ roborantes ex triaſantalo,Rheo,croco martis.

Decoctum blandum ex ſcyna ſi ῥοῦς perſeueret.Sed maximè videndum ne mulieri ſit leuis ſuſpicio de impotentia viri, vt ne vinculum matrimonii reſoluatur, quod ſpes prolis firmat, & id paſſim hodie fit,& cum mulieres non ament viros niſi frigidiuſculæ, impotentiam facilè prætexunt ad diſſoluendum matrimonium. Et infœcunditatem ad ferunt vt iuſtam repudii cauſam,ſed ſæpè imaginariam, & falſæ & mendacis amicitiæ teſtem: ſunt enim corpora quædam quæ ſimul iuncta habent quandam antipathiam ad iuſtam fœcunditatem & lætam.eſt quædam priuatim diſſociatio corporum(ait Plin.) & inter ſteriles vbi cum aliis iunxere gignunt, alii, aliæque tantum mares, alii fœminas gignunt, alii alternant, alii ſemel in vita datur gignere.

Corpora quædam ſimul iuncta habent quandam antipathiam.

Valerius ca.1. l.2. & de cœlibatu punito c.9.l.2.

Verum cupiditas puerorum coniugali fidei præponi non debet, etſi natura quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, & nos parentes alendo, nepotum nutriendorum debito alligauit.

ANNOTATIONES.

1. *Senes ſunt ad venerem inepti, & vanum ſæpè trahunt laborem, ſunt tamquam milites emeriti imo ſeniliter oderunt, quod in iuuentute fuit amabile, Aiunt auroram deam,(& hinc auroræ nomen) habuiſſe quendam Deum maritum, quem (cùm is ſenex factus eſſet) in crepuſculo & ſummo mane relicto cubili maritum deſerebat.*

2. *Diximus aliàs virum non debere eſſe aut fatuum, aut inſulſum, quia aut non excitatur ad venerem aut eam non explet. At ex parte mulieris in congreſſu non debet nimium ſe mouere quod mulieres quæ nolunt concipere faciunt, & id latinè, criſſare dicitur, id autem faciunt vt concinniorem venerem exhibeant viris, aut vt ſibi abigant*

conceptum ſemen, quod incidit in vuluam fœminæ in ipſo conceptu non ſe mouentis; ſic ſalacitas in viro, & nimia concuſſatio & motus in congreſſu ſterilitatem facit.

3. *Ea dari debent talibus corporibus quæ minuunt corpus, frictio dura & vehemens ſpiſſat, mollis lenit, multa corpus adimit, vt ait Plin.*

4. *Paulo poſt aliud dicitur, citaturque locus Plinij cap. 37. lib. 11. ex quo colligere licet corpora pinguia minus fœcunda & ſeneſcere celeriùs. Et reuera obſeruatione deprehendimus homines hyrtos eſſe ſalaciores & libidinoſiores.* Plin.

5. *Vt mulier concipiat puram eſſe oportet, quo ad fieri poteſt, nam muco plenæ nec facile concipiunt nec ſigna conceptus percipiunt; vnde Hipp. lib. de carnibus, horrorem, calorem dentium ſtridorem, conuulſionem quandam circa articulos, vteri ſegnitiem & torporem ſigna conceptus prodit ſed puras mulieres hoc pati aſſeuerat, craſſæ & mucoſæ non ita percipiunt.*

6. *Non fuit viſum diuortium Romæ inter virum & vxorem, niſi poſt annum viceſimum & quingenteſimum ab vrbe condita, idque ob ſterilitatem. Seruilius Spurius primus cum vxore infæcunditatis cauſa diuortium fecit.* Plut. in compar. inter theſ. & Rom.

CONSILIVM XXIX.

De Febre χυσώδει pro D. Gobelin Abbatiſſa.

QVoniam in acutis morbis minimis momentis maximæ fiunt inclinationes, vnde etiam bonorum medicorum in dubio fluctuat animus aut ad ſanitatem aut ad mortem; vereor in hac ægra (quod omen Deus auertat) ne non ſit tam locus ſpei quàm deſperationi Ἀ'υλοψία medicum aſſidentem aut docet aut confirmat conſules medicos abſentia ipſa dubios & ancipites reddit æqua lanx ad medicum domeſticum, deſiderium & incertum conſilium ad abſentes medicos pertinet. Deſperatio hinc aliqua 1.
nata quod morbus ſit auctus, eſt enim febris χυσώδης magnus morbus, maior in ſene muliere, maximus quod non ita pridem graui morbo afflicta fuerit, à quo vix dum reſpirauit vireſque re-

©BIUM

ſumpſit,ſi morbus remediis non ceſſerit, ſed ea eluſerit,vix forte noſtris obſequetur,conferemus conſilia in ſalutem Ægræ,quia in collatis conſiliis eſt quid auſpicatius,firmius & auguſtius,quàm in ſingulari iudicio,ſi morbo victore fruſtrà, data & tardius miſſa id morbo celeri non negligentiæ cunctabundæ tribuendum. Vt dictum ita factum; & quia in numero eſt quid magnum & anguſta vis perhibetur conſilii collati quod ſingulis quibuſque iudicii parum inſit,omnibus plurimùm.

Plin.ſec.li.7. Epiſtola de pomponio tragœdo & Ariſt.3.polit.

Noſtrum conſilium D.Martino Collegæ forte obuio communicaui,aperui. Ille illud probauit, ſubſcripſit, idem cenſuit & non recenſuit.

Remedia. Clyſteres ex carnium vitulinarum decocto. Epithemata ad cor & hepar ob incendium, litus ad ſpinam ex roſato Meſuæi. Fotus blandi ad renem veteris & querulæ affectionis ſedem,ſi ſæuiat dolor nephriticus,modo non ſit à febre.

2. Apozemata inſtar gratarum emulſionum dilutum caſſiæ cum ſyrupo limonum,abſtineat rheo ni lingua& morbus madeſcat,terebinthina cum rheo in eo ardore damnetur; miror cur data, niſi ob ſuppreſſam vrinam,at ſæpè in febribus ardentibus ſuppreſſio vrinæ eſt κατὰ ἐπιγένεσιν ob febrem,fortè eo neceſſitas adegit. Boni conſules,ſi non probarint, inter viros bonos, quos malus animus & affectus tranſuerſos non agit, tàm grata eſſe debet diſſentientis ſimplicitas,quàm probantis auctoritas, modo ſit ſtudium, & cognoſcendæ veritatis ſtimulus, candor debet adeſſe potiùs quàm triſtis & ambitioſa cenſura;difficilis ſæpe rerum cognitio & in ambiguo multa ambigunt & vacillant.

Phlebotomia valet ni vires reclament.

Conciliandus ſomnus nenupharino, hordeata,lotiones pedum, diſtillatum inſtaurans cum iuleb roſato.

ANNOTATIONES.

1. Non poteſt Medicus per Epiſtolas cibi aut balnei tempus eligere, vena tangenda eſt vetus prouerbium eſt, gladiatorem in arena conſilium capere, aliquid aduerſarij vultus,aliquid manus mota,aliquid ipſa inclinatio corporis intuentem monet,quid fieri ſoleat,quid oporteat in vniuerſum mandari poteſt & ſcribi. Tale conſilium non tantum abſentibus, ſed etiam poſteris datur. Illud autem quando fieri debeat aut quemadmodum ex longinquo nemo ſuadebit, cum rebus ipſis

ipſis deliberandum eſt, non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt occaſionem obſeruare properantem. Sen. Epiſt. lib. 3.

2. Dulcia & pinguia ac oleoſa replent, quia ex modica mole multum diffunduntur; calefacta autem & diffuſa caliditatem in corpore replent ac tranquillam eſſe faciunt. Hipp. 2 de diæta. Terebinthina autem mordax aſperæ arteriæ & ori Gal. lib. 7. compoſ. pher. part. oleoſa & pinguis citiſſime flammam & ignem concipit ideoque præſente febre aut alicuius partis inflammatione non vſurpanda calore enim atque acrimonia phlogoſim exaſperat atque incendium auget.

CONSILIVM XXX.

De Sterilitate.

MVlta pro alia muliere & eius viro dicta ſunt: ſed hîc noua ſeſe res offert; nam non longè à nuptiis infecta fuit tabe venerea à viro, hinc vterus diſpoſitionem ῥευματικὴν contraxit. Quærebatur num ea labes ſterilitatis cauſa eſſe poteſt. An non, & partes naturales & vterus ipſe ob gonorrhæam infectus fuerit, in luem enim veneram non fit præſcriptio, latent reliquiæ, domatur venenum non vincitur. Querimonia eſt de ſterilitate an ex parte viri aut mulieris, videas benè habita corpora & ſana non beari prole? in quo Medici valdè ambigunt & anxij ſunt. Primò, quia eorum conſcientia eos remordet ne quid aut peccent aut faueant alterutri: ne innocens accuſetur, deinde quia incitantur deſiderio in querulis coniugibus prolis excitandæ quòd beatum amoris pignus ſit proles. In hac muliere eſt ῥῶς γυναικεῖος, fundus agerque naturæ alieno humore irriguus ſordeſcit & elangueſcit. Præcipua cura vt vterus ſit ſanus ne ſemen fœcundum exoleſcat & vim natiuam amittat.

In luem veneream non fit præſcriptio 1.

2.

Quæ vteros habent humidos ſiccos &c. non concipiũt Hipp. in Aph.

Mulier bona victus lege vtatur, vitet lactis vſum, fructuum, vt ſanguis ſit robuſtior.

Vtatur puluere digeſtiuo à paſtu, aut pane biſcocto, magnas corporis & animi vitabit actiones, & motus præſertim à conceptu & retento ſemine, clyſteres frequentes etiam ex decocto herbarum vulnerariarum, blando medicamento vtetur.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 125 sur 359

©BIUM

Habebit ſyrupum magiſtralem, item pilulas vſui deuotas.

Vide antè innumera remedia ad eundem finem. Aliquando ſecetur vena brachij, aliquando malleolorum ſi purgationes voto non reſponderint.

Fotus ad partes naturales; iniectiones in vterum moderatæ. Peſſaria.

Primo vere balnea, aliquando ſemicupia, emplaſtrum pro matrice ad lumbos.

Decoctum ſarſæparillæ conuenienti tempore. Pilularum forma ſequens vſui eſſe poteſt.

Pilulæ. 2. Aloes in aqua betonicæ lautæ ʒ vj. rhabarbari ϑ iiij. trochiſcorum de carabe ϑ ij. caſtor. ʒ ſ. agar. troch. ϑ iiij. ladani ʒ ij. radicis biſt. & tormentil. añ. ϑ j. diambræ, ſpicæ nardi, croci martis ʒ j. cum ſyrupo capillarium veneris, fiat pilularum maſſa, pro doſi capiat ʒ ſ. vnâ horâ ante paſtum.

Capiat aliquando pilulam ex terebinthina lauta in aqua bu-
3. gloſſi, aut decocto herbarum capillarium.

Prodeſt lauta in aqua betonicæ, capiat autem vere, & autumno ſub finem menſis menſtrui.

In decocto medicamenti ſint ſanamonda, eryngium, tormentilla, grana Kermes, & alkekengi & ſimilia: ſyrupus magiſtralis ex iiſdem additis ſarſaparilla, parthenio, veronica, ſcabioſa, rhab, agarico; ſyrupo bizantino.

Puluis digeſtiuus prædictus addito ligno ſaſſafras, decoctum ſarſæparillæ ſine vi elicito ſudore: in ſemicupio arthemiſia, mercur. nepetha, matric. capillar. bipinella, radices bardanæ, li hortæ, chamæmil. ſemen lini, bulliant. ſuffitus ex trochiſcis aliptæ moſcatæ. peſſus.

Suffitus. 2. Pulueris roſar. & antheræ. añ. ϑ ij. ireos. ʒ j. zibeth. ambræ añ. gran. 4. moſchi tantill. ſant. citronij ʒ j. fiat puluis excipiendus bombace. Si calor, irroretur peſſus aq. roſa. & nenupharis cum mucore ſeminis pſyllij, ambra & ſantalis.

2. Radicis pentaphyll. biſtort. ſanamondæ añ. ʒ j. beton. veronicæ, robertianæ, adianthi, roſa. polyg. maioris an. p. 1. ligni rhodij. corticis guaiacij & ſantal vtriuſque añ. ʒ iij. coque in hydromel. adde ſaccharum roſatum.

Vide de ſterilitate lib. 1. conſil. Balloniï Suffitus fient ex conuenientibus.

De ſuffitu & conſeruis vtilibus maximè de conſerua ſaluiæ, pluria aliis locis.

Inter cætera ſi hæc parum profecerint, valebit vſus radicis limonij & ſaluiæ in vino albo.

Interea non negligendum quod dictum eſt de ſuſpectis reliquiis luis in eam rem valebit opiata Fernelij, atque vtile erit aliquot diluculis ſudores hauſto guaiacino cremore blandè promouere.

Meminimus trochiſcorum aliptæ moſchatæ.

Non erit alienum dare aliquando opiatam quæ ad venerem excitet, ocymum id præſtat, vterum purgat, item ſaluia. 4.

Ad intentiones prædictas laudatur ſyrupus ex ſuccis matricariæ, agripal. nepethæ cum ſaccharo, ſi calidiora fuerint hæc, ad temperatiora veniendum eſt.

ANNOTATIONES.

1. *Mihi nunquam emoritur iſta lues, nec eius omnes fibræ eliduntur, dematur quidem, omnino vincitur ac extinguitur nunquam; adeo magna vis eſt morbi κατὰ τὴν ὅλην ὑσίαν. vnum tamen obſeruatione dignum quòd tumores venerei domiti tandem naturæ gratiam recipientes & contagionis ſunt expertes & boni moris eſſe incipiunt, ait Vigonius.*

2. *Vulgus eſt proletarium totum incumbit veneri apud ignobiles vulgaris reperitur generatio Plin. cap. 14. lib. 7. de mulieribus aptis aut ineptis ad conceptum abundè Hipp. 2. prorrh.*

3. *Pilularum ex terebinthina vſus vere, & autumno frequenti ſatis in vſu, ſterilitati medetur. nobilis mulier clariſſimorum medicorum conſilium ſecuta, hac arte & ingenio ſterilitatem vitaſſe ſe affirmauit frequenter deuorabat pilulam vnam ex terebinthina optima, præſertim ineunte vere per tres menſes & exacta æſtate initio autumni per tres alios menſes quod creditu non eſt difficile; maximas enim dotes & opportunitates terebinthina eſt conſecuta: Et quoniam difficile in pilularum formam terebinthina reformatur: modum id faciendi ex magiſtrorum artis conſilio aperimus. terebinthina in decocto conueniente elixanda eſt vt faciliùs ducatur, & conſiſtentiam acquirat formandis pilulis apprimè vtilem.*

℞. *Rad. tormentillæ & biſtortæ aã. ℥ ſ. parthenij, polytrichi, meliſſæ betonicæ, & trifolij odorati aã. p. j. fiat decoct.*

℞. *Terebinth. ℥ ij. bulliant in aqua decoct. ſuperiori is blanda ebullitione, deinde ſinantur refrigeſcere in parte decoctionis eiuſdem actu*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 127 sur 359

©BIUM

frigidæ, adde rhei ʒ j. pul. Karabes ℈ ij. myrrhæ ʒ ſ. ambræ griſeæ ℈ ſ. formetur maſſa, de qua capiat pilulam vnam, vt dictum eſt.

4. *Ad conceptum mirum quod ſcribit Mathiolus de ſucco ſaluiæ cum pauco ſale Agrippa (ait) hanc ſacram herbam vocat, quam prægnantes mulieres, ſi fluidæ laxæque fuerint commodè comedere poſſunt, nam continet conceptum vitalemque reddit, at ſi ſucci huius heminam 4. à ſecubitu die adiecto pauco ſale hauſerit, deinde viro miſceatur concipiet, aiunt in Ægypto poſt ſæuas peſtilentias mulieres ab iis qui ſuperfuerunt coactas fuiſſe vt eum ſuccum biberent atque inde plurimi producti ſunt fœtus.*

CONSILIVM XXXI.

Ad ſurditatis initia pro D. Bazanier.

Pilulæ. PVrgationes conuenientes ex maſſ. pil. de agar. cocciar. lucis & aur. añ. ʒ j. aloes nutr. in decoct. beton. & macerat. ʒ iij. cum ſyrupo de ſtæchade doſis à ʒ j. ad ℈ iiij. Panes humeris applicentur calidi, cucurbitulæ, iniectiones in aurem conuenientes ſed copia

1. ſatis bona, deinde repurgentur. Adhibeatur cauterium brachio, Turundæ illinendæ baſilicone ad ſuppurationem aliquam, oleum violatum. Anemones & braſſicæ ſuccus valet pro Errhino.

Succus ex anguilla toſta in verubus.

2. Item ſuccus bulbi extractus cum pauco vino albo, botto imbutus aqua cardui indatur. Maſticatoria, oleum amygdal. dulcium aliquando amararum cum pauco oleo rutæ. vel

3. ℞. Succor. rutæ, bulbi eſculenti añ ℥ i. vini albi ſubtiliſſ. & generoſi ℥ ii. madeant ſuper cineres calidos, impleatur, horâ ſomni, auris, deinde obturetur cottone moſchato.

6. Eſchalottes

Opiata. Opiata ex conſeruis ſaluiæ, anthos, meliſſæ, conſ. acor. enulæ, aromat. roſat maior. mithrid. vetere, hyeme potiſſimum cum ſyrupo. de ſtœchade. Purganda auris auriſcalpio.

ANNOTATIONES.

1. *Cum omnis aurium tinnitus ſit ferè incurabilis, raroque voto ſatagentis medici reſpondeatur, æquum eſſe putant quidam dolorem aliquem inducere, ſi inducere tutum ſit cùm aurium dolor tormentis annumeretur, ſaltem immiſſis Turundulis vnguento baſilicone aut alio vim ſuppuratoriam nacto illitis, aliqua ſuppuratio molienda, ita enim fit, vt abſcedendi quadam lege & ratione materia coctione ipſa obſequentior reddita, foras erumpat ægrorum commodo maximo.*

2. *Quibuſdam non placet iniectio oleorum in aures, tum quia ratione viſcoſæ naturæ obſtruunt, tum quia ſordes, ſi quæ forinſecus inciderint ratione viſcoſi olei facilè medio in meatu inhæreſcant, vnde noui mali, noua occaſio.*

3. *Cum anfractuoſæ ſint aures, iniecta liquoris conuenientis guttula non ſatis eſſe poteſt, ſed potius implenda eſt auris deinde cottone occludenda.*

CONSILIVM XXXII.

De lethargo ſyncope & cardialgia.

AD ſextum Calend. Aprilis Dominus Coronæus deliquio animi correptus ferè exanimatus eſt. Adiutus, parumper vires & corpus reſumpſit, domum redux factus eſt ἄφωνος. Aliquid lethargicum ominabamur, teſtes marcor quidam animi, corporis torpor, inexpugnabilis ſopor, molis corporis quaſi quaſſatio, nec niſi punctus aut vellicatus ſenſum probabat ſuperſtitem ſed hebetiorem, deliria fugacia, ſi morbus inueteraſſet typhomania fuiſſet, ſenſus caloris inſignis maximè in fronte, & qua plexus retiformis latet, aderat. Et id maximè lethargum preſagiebat, plus periculi quàm ſpei aderat niſi quod narrabant ægrum aliquid ſimile olim paſſum ſed non tam terrificum; id aliquantum nos ſolabatur, Nam ſecurus facilè in iis aliquis eſſe debet quæ ſine periculo eua-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 129 sur 359

©BIUM

Celsus.

Hipp. de præc. parua causa medelis exoluitur nisi quid sit circà partem principem.

sit. Parum tamen spei erat, maximè quia morbi cerebri de apicibus artis sunt; nam leuis causa sæpè grauem morbum promouet, effectus causam superat, id que quia pars princeps & sensus scaturigo, deinde in ambiguo versabamur, an reficiẽdus tãtum, an purgandus & extenuandus; pertulerat inediam ieiunus, etiam diei integri, at defectu alimenti spiritus ardent, bilis suaui alimento carens efferatur & suo sero (quod frænum est) destituitur, & ventriculus inanis aliunde mendicat alimentum, sed sæpè infœlix per colliquationem, hinc malorum ilias, syncopæ, spasmi, cardialgiæ. In dubio hoc vicit sententia de repurgando, & à capite reuellendo, cum & plethoræ sese signa proderent: metus alioqui erat, aut siriasεos cerebri aut sphaceli, aut morbi attoniti quem sæpè phlogosis in cerebro facit in paroxysmo & extra (quod mirum) phlebotomiam alacriter non tulit medicamenta facilè & quod medicis facilè negotium faceſſit, est admirabilis cerebri, & vasorum eius in inæqualitate æqualitas, medulla eius est glutinosa, frigida, humida. Vnde Hipp. cerebrum vocat metropolin frigidi & glutinosi. Arteriæ & venæ calidiores elaborato spiritu & tenui sanguineque turgent, hinc aiunt cerebrum frigidum aërem impensè calidum æquare. Quid hoc est? in hoc quippe naturæ ars & solertia se probat. Glutinosa substantia impedit quo minùs aut arescat, aut marcescat, deflagret & ἀναλωσιν patiatur. Quod cõtingeret ob assiduas cogitationes, studia & quinque sensuum iuges actiones. Vnde quibus cerebrum est siccius & defœcatius, paulò prudentiores fiunt, sed id boni sæua mercede compensatur: testes homines acerrimi ingenij quibus sacer morbus non pepercit, & cum consentiunt natura glutinosa frigida cerebri & arteriarum calor, in ista inæqualiæqualitate fœlicitas actionum relucet. Vsu remediorum reducta hæc temperies cerebri & meatuum cerebri libertas, vnde spiritus, suos motus & meatus habent (cum cerebrum vel vt mens, vel vt corpus laboret) ægrum auspicato à periculo liberauit, & charæ coniugi desideratum restituit, hæc acta me ordinario M. & consulibus D. D. Marescotio, Martino, Seguyno.

Cerebrum metropolis frigidi & glutinosi.

ANNOTATIO.

1. *Cerebrum glandula eſt fluxibus opportuna Gal. cap. 8. lib. de ſang. miſſione. At quomodo excrementis ſe facilè liberet, docet Hipp. lib. de Glandulis 1.*

CONSILIVM XXXIII.

De puella quam ob terrifica ſymptomata vel poſſeſſam vel obſeſſam eſſe putabant, quaſi de cenſu τῶν ἐνεργουμένων & numero diceretur.

IAm ante propoſuimus puellam, quæ ex quo nata eſt erat κακοστόμαχος & nauſeabunda, & tamen ἀνέμετος, nec enim reuomebat maximè nauſeabat circà quoſdam cibos. virgo de qua hoc loco, pathemata habebat melancholica, & inter cætera vnum fuit mirandum, cùm ea totam ſe Deo vouiſſet, & conſecraſſet, tamen in ipſa communione cum Chriſti corpus, tanquam Deus ipſe vi ſacramenti ſumendus eſſet, non poterat ſumere & vti. Nauſeabunda erat & κακοστόμαχος. Alij putabant id fieri quòd in pane ἀζύμῳ corpus Chriſti contineretur, id enim peculiare obſeruatum eſt in ea, quod panem ἄζυμον & ſacrum, & non ſacrum ſumere non poterat.

Alij putabant id contingere ob reſpectum ad corpus Chriſti & ſacramenti reuerentiam & conſcientiæ aculeum aut metum iudicij Dei, ſi forte corpus Chriſti non ſumeretur eo modo quo id 1.
fieri debet. Tanta vis pathematum animi.

Alij id quicquid fuit melancholicum putabant. Tanta eſt vis 2.
& energia humoris melancholici. Imo homines ſimiles reddit ἐνεργουμένοις vnde ad ἐξορσισμοὺς tanquam ad ſummam anchoram & ſacram confugitur.

Cæterùm in hoc perplexo negotio varias in partes iudicia hominum diſtracta ſunt, & in rebus dubiis ſanior pars ſequenda fuit.

Non omittenda consilia & remedia diuina censuimus nam in Ritu Ecclesiastico & remediis diuinis remedium remediorum consistit, humanis consiliis & auxiliis prævalent. Purganda, syrupo de succis iuuanda. Balneis vtendum, sero lactis colato, opiatis ex conseruis addita confectione Alkermes, succo citrij myrobolanis, croco martis, bolo.

ANNOTATIONES.

1. *Sic obseruant physici soli homini contingere inter cætera animantia vt vulneratus non reddat sanguinem, & pars incruenta maneat & id metui tribuitur.*

2. *Melancholici toti iacent, vt aiunt, in fermento. Id est ægro sunt animo ira, & passionibus animi turgent, & multa humori melancholico in mores licent, vnum & idem in articulo placet & displicet, crebris mutationibus vt remediis vtuntur. Id in mulieribus multò formidabilius est ob iudicij imbecillitatem & sexus anxietatem.*

CONSILIVM XXXIV.

De scrophulis pro Domina L. M.

Causa. DE scrophulis multi multa & sæpè in vanum, morbus enim est ludificans operam medicorum. Rondeletius multa remedia adhibet, & calida plurima in quo, pace tanti viri dicam, ab eo dissentimus, humor enim acer, mordax salsus & nitrosus id genus mali gignit & fouet.

Victus. Exacta vitæ lex tenenda: fotus ad partem ex scabiosa, bipinel. veronica, coctis cum medulla ligni sancti.

Opiata. Opiata laxatiua cum puluere scynæ.

Detractio sanguinis, sanguisugæ parti admouendæ, lac asinæ quod ex Galeno ab elephant. liberat, balnea, serum lactis æstate addita, bipinella, veronica fumaria, scordio, rore solis, pilosella.

Syrupus regis sabor. Pomatium, sanamondæ radix hîc & in malignis morbis mirificas habet vires, item radix buglossi temperando.

Vsus pilularum addito mercurio.

Scrophu-

Scrophulariam ratione nominis chæradibus proficuam putant, tamen aron imitatur & chelidonium minus vocatur, ita aiunt, ſi loco ſicco naſcatur periculoſa eſt, acrimonia enim ſua exulcerat & imitatur malitiam humoris, ſtrumas committentis; ſi loco humido, & vliginoſo perutilis; vide, an hoc veriſimile. Chirurgus nos alloquatur vt de emplaſtris non calfacientibus conueniatur, cauteria vtilia ſunto.

Fuchſius. Galeopſis ſiue ſcrophularia maior commendatur maxime ad ſtrumas.

ANNOTATIO.

1. *Lues venerea, ſtrumæ, elephas aliquid habent cognatum & συγγενὲς tres has hydras vnus alexicacos Hercules, hydrargyroſis vincit & opprimit. Strumas autem ſanat profuſa per os maligna pituita quæ in capite redundabat, illincque in ſubiectas partes delabens illarum cauſa fuerat. Mercurius enim cùm ſit frigidus & humidus impendiò ſupra omnia medicamenta calidorum humorum feruorem obtundit, furorem & impetum coercet, ſiccitatem temperat, malignitatem cohibet calida & ſicca viſcera ita humectat vt bilis in poſterum minimè colligant. Dolores calidos per ſe mitigat, frigidos ex accidenti, purgatoria ſcilicet vi in aluum deturbans, vel in os regerens ſcirrhos emollit & reſoluit ratione humiditatis tenuitati partium coniunctæ. At vero Mercurius, de quo hic fit mentio, is eſt quem dulcem aut dulcificatum vocant alij aquilam albam ſeu cœleſtem aut ſublimatum dulcem; non crudus & minimè præparatus qui plumbi fuſi inſtar, partibus quibus adhæret, paralyſim inducit ventriculum lædit, inteſtina diris cruciatibus torquet, corpus ſubtumidum & ἐνφύσημον reddit, grauiſſimaque ſymptomata inuehit. Ille autem paratur ex hydrarg. crudi ℥vj. & ſublimati ℥viij. in mortario marmoreo, cum piſtillo, ligneo, ſimul agitatione diuturna commixtis & tritis, adeo vt nulla hydrarg. crudi bulla ſuperſit, quibus peractis, maſſa in matratio colli longi collocatus & igne cinericio, per 6. horas circiter ſublimatur extincto igne. Mercurius ſublimatus ſummitati vaſis adhærens excipitur à fæcibus & fuligine venenata ſeparatur, qui ſi guſtanti dulcis non percipiatur, aut vlceri ſordido adhibitus eſcharam facere deprehendatur, eodem apparatu iterum edulcandus eſt. Sic dulcatus hydrarg. exhibetur cum morbi cacoethia & peruicacia id præſidij genus expoſtulat forma boli aut pilul. cum pilulis coccijs troch. alhandal. extract. ſcamm. Aloes, pul. rhei. ſennæ diaphœn. caſſ. confect. hamech. &c. quæ vim eius languidam & ignauam irritant quibus admiſcentur ſpica cinnam. am-*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 133 sur 359

©BIUM

bra, Moſchus, ſed potiſſimum folia auri aut eius ſcobs, ſeu limatura. Nihil enim eſt quod argentum viuum auidius imbibat quàm aurum, atque ita illud per aluum cum auro egeritur cum quo maxima intercedit amicitia, nam ipſum purgat, ſordes expuit, crebro iactatu fictilibus in vaſis, & quæ inaurantur hydr. intercedente, aurum pertinaciſſimè retinent metallaque omnia hydrarg. ſupernatare obſeruamus, vt aquæ ligna, præter aurum quod vnum ad ſe rapit. At ſi ptyaliſmum prouocare expedit, hydrarg. ſine purgantibus exhibetur.

CONSILIVM XXXV.

De Fluore muliebri & muliere cachectica.

AGitur de graui ſymptomate tertij generis in excretis, excreta aut toto genere ſunt contrà naturam, aut iuuant, vt hæmorrhois. Quod excernitur, quandiu, quomodo, vnde, conſideratur locus à quo & in quem. Tribus de cauſis ῥοῦς hic muliebris curatu eſt difficilis, primò quòd inueteratus iam habitum contraxit, deinde per ſe, quia iam in vtero labes contracta eſt, & in temperamento laborat, & in ſolutione continui ob vlcuſculum quod videtur natum antè octo annos ob partum difficilem, vnde quid membranoſum excretum eſt: deinde morbi & vteri & in vtero ſunt difficiles & per ſe, & quia aliæ partes in eum ſe exonerant.

1. *Vterus plenus attractæ humiditatis.*

Accedit quod ex Hipp. vterus ſit plenus attractæ humiditatis; tertiò à ſtirpe materna aliquid genitiuum & inſitum eſt. Morbi, vt hæreditatis ad poſteros infauſto omine, perueniunt, & per traduces propagantur, Totum corpus cacochymum eſt, breui futurum cachecticum. Mœror multum confert, nam tædio valetudinis impatibilis, (vt loquitur Plin.) nihil non agit & fruſtrà, accedit deſiderium prolis, & eiuſdem habendæ deſperatio, vtinam eſſet aliqua vt hæreditatum ita morborum inſitorum fœlix præſcriptio & ius ad alios non deuolueretur tanquam æternæ poſſeſſionis vt elephas, ſæpè hemicrania, ſtrumæ. Ægra eadem patitur, quę & virgines fœdo colore deturpatę, morbus hic ferax multorum eſt malorum ęgris, & medicis, crux eſt & tormentum, omnia probant & improbant, vtuntur crebris mutationibus tanquam remediis

Artis præſidia aut eleuantur, aut eluduntur, & vterus irriguus prauo quodam tabo ſpem tollit ſobolis, quæ eſt prærogatiuum coniugalis amicitiæ, pignus & vinculum matrimonij, hac collunie ſemen effœtum fit, & indignabundus vterus congreſſum auerſatur, vterus benè conſtitutus vbi genitalis temporis hora aduenerit, concharum more ad vniones gignendos halituoſi roris deſiderio tenetur, & oſcitatione quadam recipit, vnde Hipp. vterinorum malorum & ſuffocationum originem repetit ex eo quòd vterus aridior orgaſmum habet, errabundus ſurſum, deorſum inclinat penè furibundè, & πρὸς τὸν ἱκμάδα id eſt ad blandum, & genuinum fontem ſeu hepar ſit ſeu alia pars gratioſi roris, incitatur, cùm alieno humore & putri ſiue alienigeno, ſiue indigeno madeſcit, id malum & vt ſignum & vt cauſa: vt ſignum, quia, cùm ſit faſtidioſi odoris, corruptionis eſt index: vt cauſa, quia perpetuò partem afficit & deteriùs quàm ante ſtimulum veneris hebetat, congreſſus deſiderium minuit, ſpemblandæ prolis adimit: partus difficilis prædictus ligamenta laxauit, ſpem prolapſus vteri attulit & refriget vterus, ob immodicum ſanguinis fluxum & eius laudabilis; coagulatus enim, ex firmis fibris cùm cæteroquin in decoloribus virginibus, & cachecticis ſanguis putris ſit eliſis fibris ſeroſus. Hipp. ait eſſe in ſanguine λύσιν eliſis fibris & φθορὴν corruptâ ſubſtantiâ.

Hoc in negotio animus in dubio vacillat, ſi fluor perſeuerat, magna incommoda ſequuntur, ſi ſupprimitur, maiora; maxima, ſi à toto corpore eſt. Eo ſuppreſſo vidimus vterum gangręna affectum, id me mouet quod mulier ſit cacochyma, terret & Galeni decretum. Totum corpus vtero ferè ſimile eſt, quod notandum eſt in hoc morbo. Qui fluor fit per exonerationem partium malè affectarum robore naturæ tandem in colliquatiuum funebrem terminatur; nam aut cita mors, aut præ tabe & tabo vita miſera conſequitur. Probamus diuretica, aut vretica potius, ne error contingat quem obſeruat D. Ron deletius de cachectica & pallida virgine, quæ paralytica facta eſt vſu diureticorum, non priùs exactè liberatis obſtructionibus: Conſilij, & concilij noſtri ſumma hæc eſt. *Totum corpus vtero ſimile.* *cap. 31. methodi.*

Victus ratio ſatis exacta eſto; euchymis aſſueſcat, ventriculi malè affecti, acidis, ſalſis, auſteris delectantur: benè affecti dulcibus, ex quibus vera ſit nutritio, fræni prauo appetitui ſunt iniiciendi, peſſimum ſignum eſt ſitis inexplebilis. Nutritio non ſit plena *Victus.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 135 sur 359

©BIUM

quia corpus cacochymum, etsi fortè benignitate alimenti prauus
succus mitigatur. Sumat alimenta ἀπέπτα quæ parùm habeant
2. excrementi, vt corruptioni via obstruatur.

Habenda ratio totius corporis, & partis totius per medicamenta crebra, & mitia aliò humorem auertentia.

Purgatio. Vsus frequens foliorum orientalium, Rhabarbari cum syrupo rosarum pallidarum non valdè recenti, syrupo de pomis, ob palpitationem cordis, & diathesin hypochondriacam.

Decoctum sit conueniens additis herbis vulnerariis, radice consolidæ, sanamondæ, fragariæ, yna arthritica, taraxaco, veronica & similibus, æstate folia siue flores tunicis seu coronariæ hortensis his, adde prunellam bipinell. buglam, saniculam, herbam Roberti, equisetum.

Tabellæ. Tabellæ ex triasantalo triplo, rheo, addito chalybe præparato.

Tabellæ aliæ quales præscribuntur cachecticis & decoloribus virginibus ex cortice citrij condito rasura eboris, cornu cerui, lapidibus preciosis, coralliis, puluere saffafras, puluere vermium terrestrium præparatorum, fœniculo, limatura chalybis præparata.

Pilulæ. Pilulæ ex aloe nutrita in succo buglossi, rheo, crocomartis, radice pentaphyll. ladano, carabe, addita pauca terebinthina vsta, & dialacca si fortè aureliis præparatur.

Poterit vti parua quantitate terebinthinæ lautæ vel per se, vel cum pauco rheo.

Opiata. Opiata ex conseruis symphyti, rosarum, florum cichorij, calendulæ, coraliis, elect. diatragac. frigidi cum puluere radicis tunicis.

Si calor acrior cassia iuuat, aliàs senna & syrupus ros. cum agarico.

Conserua rosar. Ribes elect. diaireos, diatragacanth. frigidum.

Fotus ad pectinem ex rosa, mastiche, & olibano, fiat suffitus.

Sudorificum. Decoctum sudorificum non validum addita radice saffafras cum pauca medulla ligni Indici & maiore quantitate sarcæparillæ.

Santala addantur quæ moderatè sudorem proliciunt, corpus non nimis tegendum vt tantum eliciatur sudor, non vi exprimatur.

Initio pastus, secundo vtetur decocto sed imbecillimo cum æstus erit, id non fiat.

Omni ratione excitandus appetitus, à cibo abſtinere malum, cacochymj fere ſunt inappetentes, & cibos faſtidiunt, & ſuo quaſi tabo & malo ſucco aluntur more venenatorum animalium quæ fame non intereunt quia illis nec calor, nec ſanguis, nec ſudor, quæ ſale naturali auiditatem augent. *Plin. cap. 72. lib. 10.*

Apozemata ex diureticis non valdè calfacientibus viis expeditis per catharſin ne fiat ad habitum crudorum traductio paralyſeos minax, & author; adde taraxacum, capillares herbas radicem bardanæ, rubiæ, & cætera. *Apozemata.*

Aliàs vtetur aliis apozematis additis radicibus & herbis vulnerariis & roſa tranſmarina, pyrotica duo ad latera ſpinæ inter lumbos & os ſacrum, vbi ferè deſinunt ligamenta vteri.

Phlebotomia parca manu, ſed frequens ſi impurior reddatur ſanguis. *Venæ ſectio.*

Blandi Fotus ad imum ventrem ex corroborantibus non multum calfaciendo. *Fotus.*

Emplaſtrum ad lumbos roborans ex maſtiche, roſis, vnguento comitiſſæ, bolo addito, & terebinthina.

Aqua rhabarbari ex decocto vulnerario conferet. Iniectiones in vterum ex radice tormentillæ, conſolidæ, biſtortæ, fragariæ, polygono, veronica, bellide, & aliquot aliis ſimilibus cum ſyrupo de ficcis.

Aliquando pro iniectione fiet hydromeli ex aqua, melle roſato, hordeo, ſi acrius id ſentiatur mitigetur. *Iniectiones.*

Balnea Borbonenſia circà autumnum & immerſione corporis & hauſtu ad vncias quatuor. *Balnea.*

Magis placent aquæ vulgo dictæ, Forgenſes, propè Rhotomagum.

Si non vacet & placeat iis vti, fiat balneum domi, additis aſtringentibus & alumine præſertim recipiat fumum ex puluere conueniente per infundibulum.

Clyſteres apprimè conferent.

Peſſaria non acria ad robur vteri detergendo & ſiccando.

Hæc decreta conſulibus D. M.I. Altino, I. Martino, Seguyno, Doctoribus medicis, & I. Guillemeau Chirurgo Pariſienſi & Regio, & à me in ordinem redacta.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 137 sur 359

©BIUM

ANNOTATIONES.

1. *Vterus Hipp. dicitur plenus attractæ humiditatis tamen apud Galen. quæ lac prouocant, minùs calida esse debent quia (ait) mammæ attrahunt, quæ menses cient calidiora sunt, quia vterus non attrahit, ait Galenus.*

Hine prouer. *A lassorixam quæri. Item illud Plauti, fames & mora bilem in nares conijciunt.*

2. *Plinius cap. 24. lib. 22. in lassitudine & siti homo ad iram est pronior, sed hæc animæ asperitas dulciore cibo mitigatur, ira, luctus, tristitia, animi impetus cibo mollitur. In eadem sententia est etiam Seneca lib. 2. de ira, senes difficiles, & queruli sunt, vt ægri & conualescentes, & quorum aut lassitudine aut detractione sanguinis exhaustus est calor, in eadem causa sunt siti famèque rabidi & quibus exangue corpus est, malignèque alitur & deficit.*

CONSILIVM XXXVI.

De sputo cruento, pro Thesaurario.

Ad D. D. Andræam Laurentium Archiatrum Henrici IV. Galliæ et Nauarræ Regis.

AGebatur de cruento sputo in Thesaurario; hic hypochõdriacus, melancholicus & cacochymus laborabat, quo tempore maligni morbi vagabantur, & qui fauces & thoracem inuadebant; hinc ambigui eramus, an ista excretio esset verenda; si mos morborum vagantium cernitur metus est, si temperamentum cernitur, minor metus esse debet. Hippocrates inclinationes & motus sursum, sanguinis etiam ad partes thoracicas minùs formidabiles in melancholicis esse ait, leui de causa sanguinem excernunt ob naturam flatulentam: flatuosi fiunt hæmoptoici exiguo incommodo pterygodees fiunt hæmoptoici, quia flatuosi. Item excretio per superiora etiam à liene per ventriculum supplet vices hæmorrhoidum, præcedunt dolores ad hypochondria, tale genus excretionis: & reuerà talis æger breui feliciter est libera-

Gal. de vxore Philini.

tus,& bona de eius ſalute concepta ſpes nos non fefellit.

Sed deſiderasti D. Archiater locum illum Hipp. de ſecuritate excretionis ſanguinis per os in atrabilariis, qui leuaret metum quadam-tenus ægrotantis de reiecto per os ſanguine, miratuſque es eſſe apud Hippocratem. Indicas tuum genium, mores ciuiles,& diſcendi aculeum, qui ſummæ in te doctrinæ eſt index, Socratem quippe agis & exſcribis qui ſcientiſſimus parùm ſe ſcire prædicabat, & dum ſe ad diſcendum pauperem credidit, ad docendum ſe locupletem fecit, profiteri enim ſe diſcere volentem eſt lumen ad conſummatam rerum cognitionem. Ignari nulla de re dubitant, ſoli ſapiunt, philautia eos tranſuerſos agit, in alienis æſtimandis ſunt ambitiosè triſtes aut eleuant aliena aut cachinnantur. Tu aliter facis, id quod tuum animum ciuilem candidum & rotundum declarat. item ſunt alij qui nolunt docere quod ſciunt, & tanquam arcanum putant & neminem docere, & communicare id quod ſciunt in authoritatem ſcientiæ eſſe putant, quod culpâ non vacat. indico locum Hippocratis, deſiderium tuum (C. Archiater) lenio, me, meaque quantula ſunt voueo,& dico. *Plin.*

ANNOTATIO.

1. *Soli homini contingit profluuium ſanguinis è naribus, aliàs id terrificum,& aut vetus vitium capitis, aut ſanguinis, aut hepatis latentem labem ſignificat, vt contigit D. Michelo; huic hepar in vitio erat & noſtro iudicio erat corruptum, totum corpus auruginoſum, familiaris erat illi hæmorrhagia, vt prædixeramus obiit in Deo, tamen Plinius mentionem facit Voluſini præfecti, cui omnibus annis per os fluxit ſanguis & attigit annum* 90.

CONSILIVM XXXVII.

De vlcere Renis.

NObilis mulier habet antiquum vlcus in rene, cacochymia quam ſecuta eſt ſoboles deterior, cachexia,& leucophlegmatia hydropis prænuntia, ni Deus auerterit.

©BIUM

Videtur morbus ſemper in eodem ſtatu, nec progreditur nec retrograditur. At (ait Hipp.) tranquillitas morbi diuturnitatem ſignificat non fit vlla ἔφοδος.

ἀταραξία in morbis longitudinem ſignificat.

Si calor inſignis ad renem dolentem, valet venæ ſectio parcâ manu.

Phlebotomia.

Aqua alba ex amygdalis, hordeata cum ſaccharo cando & roſato, aut bugloſſato, aut violato.

Conſerua roſarum rubra & alba, decoctum blandum ſcynæ cum vulnerariis.

Purgatio.

Aqua Rhabarb. cum ſantalis & veronica, radice pentaphyl. conſolidæ & caryophylatæ. Item quæ ſequuntur valent.

D. Andræas Laurentius Archiater. hoc addidit

℞. Terebinthinæ vſtæ ʒ ij. ſ. corallij rubri terræ ſigillatæ añ. ʒ j. pulueris ſæpiæ, & baccarum hederæ añ. ʒ ſ. carabes ℈ ij. excipe omnia terebinthina Veneta & balſamo Peruncano, fiat maſſa, formentur, pro ʒ j. tres pilulæ cap. ʒ ſ. tertio quoque die.

Decoctum ſudorificum.

℞. Radicis ſcynæ ʒ ſ. agrim. veronicæ fœminæ bipinel ana m. j. coque in lib. iij. aquæ ad conſumptionem quartæ partis cap. ʒ vi j. per 30. dies, manè.

℞. Succi milefolij, rubi ſummitatum quercus añ. ʒ iij. ſucci betonicæ ʒ ij. ſ. pulueris alabaſtri certam quantitatem, infunde alabaſtrum in olei roſati omphacini lib. ſ. per horas xx. cum ſuccis ſuprà dictis & cera, fiat vnguentum pro renibus.

Vtatur poſt paſcha decocto primulæ veris, buglæ, ſaniculæ, bellidis, bipinel, Robertianæ, ſymphyti, addito melle roſato ſaccharo roſato aut cando.

Phlebotomia parca ſed frequens, vt in abſceſſibus internis conuenit.

Lieus.

Litus ex ſeuo aut medulla cerui in aqua vitæ lautis pro tumentibus partibus.

Fotus.

Fotus partium, modò harum, modò illarum, cum herbis non multùm calfacientibus, coctis in aqua & vino albo, addatur parum aluminis.

Sacculi ex furfure, auena, cicere rubro, milio, ſale, ſaluia, chamædry, chamæp. roſis, radice gentianę, conſolidæ, & iridis florentinæ, baccis lauri & iuniperi: adde ſemen ſeſeleos, lupinum, fœniculum, limaturam Guaiaci, lac aſinę, ſi non profit abſtineatur.

Tabellæ.

Tabellæ diaireos, diatrag. frigidi Elect. Tabellę Elect. triaſantali cum Rhabarb. addito croco martis, redeat ad aquas naturales ſi malum contra remedia noſtra rebellarit vt ſuperius & ſuperbius.

Exacta

Exacta vitæ lex non eſt neceſſaria, tamen prudens & certa prodeſt, quia laborant renes, & eſt abſceſſus aliqua victus lege frænandus.

CONSILIVM XXXVIII.

De *abſceſſu renis et vteri prolapſu.*

ABſceſſu, renis laborabat, D. Bourgeois, comes erat ilias multorum ſymptomaton: dolenda fuit ὀπυγέτεσις tam ſęuorum malorum exiguam ſpem ſalutis adferens, extenuabatur malum, eludebatur, non domabatur, licet collata fuerint conſilia, vix ſpes aliqua reſtat, terret vlcus renum, hinc œconomię naturalis concuſſio. Renibus magnus eſt conſenſus cum ore ventriculi. Hinc illę lacrymę, erat cachectica, cachexia magis terret quàm cacochymia. Hęc illam parturiit: partibus contracta, labes ἐν τῇ ἕξει ob ſerum putre & paupertatem caloris naturalis φθορὰ & tumor partium terrificus eſt, & hydropis minax, conſolatur tantillum, quod ſit fugax & non conſtitit, eſt (vt ait Hippo.) aliqua ἀναπνοὴ aut διαπνοὴ, ideſt nõnulla meatuum libertas, alioqui humor reſideret hydropem adferens incluſo ſpiritu, quod exemplo vaſis liquore pleni patet, quem ſpiritus intercludit, & licet vas inclines ore prono & ſit ſingultus, non effluit, ſic Hipp. philoſophatur. *Cauſa.*

Summa hęc conſilij, purgetur blandè. A ſcammoniatis abſtineatur, ſyrupus roſa. cum agarico valet. aut ʒ j. mechoacan in vino infundatur aut ſeminis ebuli tantundem, ad vterum prolapſum irriguum ichore peſſulus confert ex ſubere, cera, puluere antheræ aut roſarum nuce cupreſſi ligno rhodio. *Purgatio.*

Adſtringens emplaſtrum ad lumbos, modò non impediat curſum menſium. *Emplaſtrum.*

Fotus partium tumidarum ex roborantibus calorem naturalem, chalaſticis diſcutientibus, cataplaſmata ex farinis, hordei lentium coctis in oxymelite communi & pauco ſcyllitico. *Fotus. Cataplaſma.*

Litus ex oleo irino, vulpino puluere ireos, addito aut vino albo aut aqua vitæ. *Litus.*

Differatur vſus aquarum naturalium donec aëris incommoda

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 141 sur 359

& contumeliæ miteſcant,& ſpes ſit earum tranſitus per ambages & volumina corporis,Balnea naturalia calidiora conferent,leucophlegmatiæ, de pyrotico ſumus anxij quid conſulamus, niſi calor naturalis ſit,vegetus,verenda eſt gangræna,quæ in pari affectu ſæpè contingit,diſſuadet id maximè longitudo morbi,vnde per traducem tanta malorum propagatio differatur, donec lares patrios reuiſerit,puluis digeſtiuus aut aromaticum roſatum valet,eſſentia aniſi aut caryophilorum ſuſpectior eſt.

CONSILIVM XXXIX.

De *hepatis intemperie.*

IN nobili viro D.Damours duo maximè conſiderantur,temperamentum calidum ſiccum valdè bilioſum multorum vber incommodorum & ferax, item ciuilis & politica vita, homo ſuæ ſpontis,vni tantùm Rouæo alteri Mecœnati addictus, homo alioqui nullis obligatus legibus, modo militiæ, modo ruri,ſed Celſus loquitur de homine ſano, & qui ſuo arbitrio ſanitatem ſuam regere poteſt, ſic intemperies hepatis à parentibus contracta, iure hæreditatis hauſta ac expreſſa,ſi non tollenda,attemperanda, modificanda, corrigenda modico contrariorum vſu, vt tamen cum hominibus æger,vir politicus viuat,& ſe à conſortio hominum ciuili non ſeducat ac retrahat.

Celſus lib.1.

Vtatur vino præſumpto cibo aut iuſculo præhauſto alioqui vinum nocet ex Galeno; vitet motus animi celeres, curſum citatis & elocatis equis, valet pomacium, ſyrupus de pomis & violatus, iuleb.roſat.æſtate balneum, phlebotomia,ſerum lactis cum cichorio ſylueſtri,caſſia cum iuſculo vitulinæ carnis,tinctura roſarum, lac aſininum, temperamentum hoc minatur mille incommoda, imo Rondeletius notat bilioſos ad phthiſin propenſos, dubito an hic locus Galeni ſit verus ſanguis alit,calfacit, ſanitatem, bonumque colorem efficit, bilis flaua continet corpus,non permittit latentes meatus diſſolui,incitat & acuit ſenſum, coctioni prodeſt, ductus excrementorum apertos & faciles facit, atrabilis eſt velut ſedes & fundamentum reliquis humoribus pituita neruis, membranis,articulis & linguæ ad motus facilitatem prodeſt.

Comm. in aphoris l. 2. 1.

Cap.1.l.23. & c.21.l.14. 2.

Galenus in præfatione in librum de d gmatis Hipp.& Plat.

ANNOTATIONES.

1. Et *Plin. cap.* 38. *lib.* 16. *loquens de plantis, ait, nec omnibus adeps caróque larga, ſicut nec animalium acerrimis, at bilioſi aores ſunt.*

2. *Hac arte parari ſolet tinctura roſarum in libris* 4. *aquæ tepidæ maceratur* ℥j. *roſar. rubrarum exſiccat. quibus additur vncia vna aut altera ſucci limonum, aut vt chymicis placet* ʒj. *aut* ʒi *ſ. ſpiritus aciduli vitrioli aut ſulphuris, poſt quatuor horas aqua colore roſarum tincta filtratur, ſaccharoque dulcoratur. Confert mirificè calidæ intemperiei hepatis & febribus. Ex floribus violarum bugloſſ. borrag. &c. eadem viâ, variæ ad varios affectus tincturæ educi poſſunt.*

CONSILIVM XL.

De affectibus hyſtericis, & hypochondriacis.

MVlta ſymptomata ſunt obſeruata in D. Battefou, ſcotodinos, vertigines, flatus in cerebro ἕλκύσεις, crurum dolores, murmura in ventre; huic olim quaſi congenita fuit hemicrania, cui cephalalgia ſucceſſit, multa pathemata hyſterica hypochondriaca, nunquam conquerendi finis conſideranda cauſæ fouentis & affectus mali diuturnitas.

Habitus corporis plenior, longa viduitas cùm ferax eſſet & proliſtuduiſſet, dediſſetque operam & operata fuiſſet, actiones animi inquietæ, iraſci celeris, ſenſus exquiſitus, ex vtero proluuies quædam. Quæſtio vnde tanta malorum ilias. Certum eſt quòd morbi mulierum & virorum longè differunt & mulieres hypochondriacæ & melancholicæ κατὰ φλόγωσιν τινα, deterioris ſunt conditionis, quàm viri. Errant medici curantes morbos viriles vt muliebres, mulierum genus veretur ſuos morbos detegere præ inſcitia & pudore, initia & progreſſus ignorantur, hinc morbi obſtinati & verſipelles, quod ad cephalæam attinet, ob ſenſum partis exquiſitum, ea ſæpè oritur & quia depuratius & exactius fit cerebrum.

1. *de morbis mulierum.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 143 sur 359

©BIUM

Hipp.l.de M. ſacro, ait fœtus cerebrum aut ſuprà, aut infrà modum repurgari hinc que ſenſus acutiem oriri. Interdum ἀμβλύνονται ἐν ταῖς αὐξαις. Hipp. l. de aff. part.

Sub finem lib. de Septimeſtri partu ad quadragen rium numerum hunc aut illum refertur cauſa cur quidam pueri ſint imbecillo capite & cerebro, locus notandus: bona habitudo & εὐεξία: tamen Hipp. damnaſſe videtur, quia ad εὐεξίαν ſequitur ardoris inflammatio: cum quid tale anima patitur, ad inſaniam adigitur & cerebrum patitur, hîc contra commune iudicium εὐεξία vituperatur alio loco laudatur.

Vnde poteſt quæſtio moueri plurimum vtilitatis allatura, an ſenſus exquiſitior retundendus, an minuenda bona habitudo, vt ne quid medicus ex præiudicio peccet.

Multa ſunt à Medicis inſtituta de quibus diſputari poteſt, ſed boni ſunt conſulenda aliorum iudicia. Conſilium noſtrum & collegarum D. Martini, Seguyni & Altini eſt eiuſmodi.

Omnia quæ calidiora & caput feriunt vitanda.

Fotus blandi non calfacientes ad hypochondria, ob flatus. Purgationes blandæ, actiones animi frænandæ & moderandæ, ſanguis temperandus, minuendus aliquando, abſtinendum à graueolentibus ad nares ad moueri ſolitis, Balnea amotis calidioribus, & caput replentibus, conſeruæ cephalicæ, vtero & hypochondriis conſulendum. Suffitus ad vterum. Peſſuli, Arteriotomia in acerbitate doloris capitis. Si vtatur aquis medicatis, à valdè ſulphureis abſtineat. Cultus vteri nouo coniugio eoque læto, & grato tanquam naturæ agri & fundi omnibus remediis præferendus.

Quæ ſequuntur remediorum formulæ à medico Paracelſico præſcriptæ fuerunt.

Hydromeli.

℞. Radicis ſcynæ ℥ j. ſ. viſci querni, radicis acetoſæ, taraxaci añ. ℥ j. corticis frax. ligni rhodij, raſuræ eboris añ. ℥ ſ. vuarum corinthiar. ℥ iiij. malaxentur in libris 4. hydromelitis per horas 24. coque ad medias, ſub finem adde flores bugloſſ. borag. calendulæ, cola per manicam, aromatiza cinnamomo cap. ℥ iij. pro doſi, manè horâ 7. vel vtatur ſyrupo de pomis, vel violato addito ſucco limonum.

Syrupus.

℞. Aquarum bugloſſ. fumariæ, endiuiæ, pomorum redolent. añ. lib. j. in his macera per tres dies ad ignem lentum, Balnei Mariæ foliorum ſennæ ℥ iij agar. troch. ʒ vj. epith. ſantali citrini cinnamo. añ. ʒ ſ. fortiter exprime, per torcular. in expreſſione denuo adde eorundem foliculorum ℥ j. ſ. conſeruæ florum viol. bugloſſ. cichorij, & per tres dies ad eundem ignem macera, exprime, coque & cum ouorum albuminibus clarificetur. huic expreſſioni claræ ad-

de ſucci pomorum redolent.& violarum añ.℥.iiij.cum ſacch. ſufficienti denuo coque adde ſub finem coctionis rhab. ʒ ſ. prius macerati in aqua cichorij, fiet ſyrupus, doſis ad ℥ ij. vſus ſit bis menſe.

℞. Radicis cich.acetos. oxylapat. taraxa. añ. ℥ j. polypo. & viſci querni. añ. ʒ vj. ſem. cardui citrij rutæ añ. ℥ ſ. 4. ſemin. frigidor. maior.añ.ʒ iij.fumar.agrimo.meliſſ.capill.veneris añ.m. j. florum calendul.geniſtæ,lilij,tiliæ arboris añ. xj. florum. borrag. bugloſſ. añ. xij. coque in æquis partibus ſeri lactis & aquæ pomorum in lib.i.ſ.colaturæ claræ adde foliorum orient. ℥ ij. ſ. macerentur per duos dies ad ignem balnei colentur exprimantur, adde ſucci violarum ℥ iiij. mannæ ℥ vj coque in ſyrupo ad mellis conſiſtentiam in qua adde extra ignem caſſiæ & thamarin. añ. ʒ iiij. pulueris ſennæ ʒ vj. Rhab. ℥ ſ. puluer. diatrag. ʒ iij. aniſi & cinnamomi añ. ʒ.ſ. fiat opiata capiat ℥ ſ. vel ʒ vj. pro doſi, in qua addes fœculæ Bryoniæ ϑ j. ſi affectio hyſterica diu exet. *Opiata.*

℞. Pulueris triaſant; coral. præparati, Margar. præparat. vnicornis, ſpodij, oſſis è corde cerui añ. ʒ j. ſalis crami & croci chalybis ſine aceto & ſine igne parati añ. ϑ iiij. confectionis de hyacintho ϑ ij. ſacchari roſat. in aqua bugloſſ. & meliſſæ diſſol. quod ſuff. fiat elect. per tabell. ponderis ʒ j. capiat manè. *Tabellæ.*

℞. Cruſtarum panis albi in vino granat. infuſarum & exſiccat. ℥ j. conſeruæ roſ. ſiccæ ℥ ſ. fœniculi & aniſi añ. ʒ ij. corallij præparati, margar. añ. ʒ j. ſ. maſtich. ϑ ij. cinna. ʒ j. ſacchari roſati dupl. vtatur ex cochleari.

Fotus facti ad hepar, & meſenterium ex corticibus cappar. frax. filicis cichorij valerianæ, tarax. ligno rhodio, ſantalis, agrimo. lingua ceruina, hepat. polytrich. matricar. arthemiſ. meliſſ. abſinth. ſemine lini, cyton. cocta omnia, in aqua fabrorum, addendo aceti roſa. & ſcyllitici añ. lib. ſ. item. *Fotus.*

℞. Seminis papaueris albi, hyoſch. lactu. portula. pſyllij añ. ʒ iij. florum ſambuci, chamæ. nenuph. añ. p. j. coque in lacte diſſol. vitellum oui, croci ϑ j. caſtor. ϑ ſ. fiat enema iniiciend. horâ ſomni. *Enema.*

Loti pedes papauer. lactucæ nenuph. viol. chamæm. ſambuci, anethi decocto.

℞. Aquæ roſ. bugloſſ. nenuph. meliſſ. añ. ℥. iij. diamarg. frigid. ʒ ij. diamoſchi. ϑ j. ſ. vini albi. ℥. ij. aceti roſar. ℥ i. ſ. puluetis ſeminis *Epithema.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 145 sur 359

©BIUM

papa.ʒ iiii.theriaces recent ℥ ß croci, camph.añ. ʒ i. fiat epith.pro fronte,& temporibus hora ſomni.

In paroxyſmo vertiginoſo, etiamſi lapſa fuerit ægra, hæc aqua antiſcodotina vſui erit.

℞. Corticis citrii flaui exiccati ℥ ii. viſci querni. ℥ i. ß. foliorum betonicæ,meliſſæ añ.m.ß.florum calendulæ,lilij conuallium viol. bugloſſ.añ.p.ij.ſeminis cardui citrij,tunicis acetoſæ añ. ℥ j. theriaces ℥ ij. confectionis de hyacintho ℥ j. diamarg.frigid. diacorallij añ.ʒ ij.vini albi generoſi lib. j. ß. aquarum florum tiliæ arboris,ceraſor.nigrorum,pomorum lib. ij. ponantur in alambico digerantur per quatuor dies in balneo mariæ, fiat diſtillatio ad vſum dictum.

CONSILIVM XLI.

De dolore brachij.

NObilis domina de Monglat ab aliquot menſibus brachii doloribus laborans,quærit à nobis vt dolorem malumque leniamus: varia huic dolori demulcendo vſurpata fuere remedia, ſed fruſtra, dolores brachiorum ſunt rebelles ,vt plurimùm & ſæpè aut ignorantia aut præpropero ſanitatis deſiderio peccatur, dum initio ea vſurpantur quæ ſub finem progreſſo morbo adhibenda ſunt.

Phlebotomia omiſſa eſt,fiat in parte oppoſita deinde in ægra. A nimis calfacientibus & liquantibus abſtineatur.

Purgatio ex blandis pilulis ſine quibus cum agarico addito Rhab. & ligno aloes.

Syrupus roſ.cum agarico valet,temperetur ſyrupo viol. aut de pomis, aut de cichorio compoſito.

Ad dolores nocturnos,aut hordeatum cum ſemine papaueris, aut pilulæ è cynogloſſo.

Panes fiant oblongi applicandi brachio.

Decoctum herbarum coctarum cum aqua & vino,applicentur ſacculi expreſſi arcula ſuprapoſita.

Rebellante morbo blãdum decoctum ſudorificum.Sanguiſugæ.

Balſamum quale præſcriptum alibi, ceronea cataplaſma ex farinis, oleum de catellis.

Miraculo poſuit litus ex aqua vitæ cum theriaca vetere.

CONSILIVM XLII.

De Hepatis, & partium aluinarum phlogoſi.

DOlores colici præceſſerunt, ſed inflammationis notæ erant in viſceribus, maximè in hepate, æſtus erat ex pugna humoris bilioſi, aut flatus, aut humoris crudi, tandem tumor in ventre infrà iecur apparuit, rotundus blando manus contactu irritatus: ſuſpicio fuit aut tumoris glandularum meſenterii, aut dextri vterorum cornu.

Blandis fotibus vſi ſumus quinquies ſanguinem detraximus, ob phlogoſin, dilutum caſſiæ dedimus vt ardorem inteſtinorum temperaremus, vſum eſt dare medicamentum non celer actione, vt ſenſim demoliretur tumorem, nam hyragogon non prodeſt, ſyrupus magiſtralis ex ſenna rheo, cum herbis vulnerariis & radicibus detergentibus, vſus pilularum de hiera addito gummi ammoniaco & bdellio, agarico, diſſolue gummi in oxymelite & aceto ſcyllitico illine oleo de capparibus, mucagine ſeminis lini, addito vnguento dialthæas aut de mucaginibus.

CONSILIVM XLIII.

De Epilepticis conuulſionibus & rudimentis apoplexiæ.

Ad Rempublicam Venetam de legati morbo miſſum.

NObilis Legatus inclytæ Venetiæ paulò ante idus Ianuarii, morbo fuit affectus & lecto afflictus, principium fuit apo- 1.

©BIUM

plexiæ, marcor animi, vocis priuatio, item ſenſus & motus, paulò poſt partim vi naturæ irritatæ partim humoris efferi aliquid fuit conuulſiuum. Malum quinquies repetiuit, cauſæ viſæ ſunt dominatus humoris efferi nempe bilis à qua vapor ſummiſſus cerebrum tentauit, index curatio. Multa bile euacuatâ ad ſe rediit, morbus extenuatus, cauſa alia malum quoddam ſerum quod nunc in corporibus dominatur, quia hyems ſuam apud nos non habuit temperiem, acceſſit ipſius ſubiecti diſpoſitio. D. Legatus habet cerebrum exquiſiti ſenſus, id effecerunt labores, & curæ iuges, intempeſtæ, imbecillo eſt ſtomacho, cuiuſmodi eſt magna pars vrbanorum & cupidorum literarum, & eorum, qui ſe magnis implicant negotiis, curioſè & ſedulò cum ſanitatis iactura, curat negotia & dignitatem clariſſimæ Reip. Venetæ, pertinax animi labor vires conuellit, ego primus medicus vocatus, bis ſanguinem detraxi; quod in capite inſignis ardor ſentiretur ad plexum retiformem, adiutus vires & corpus reſumpſit erat enim corporis quaſſatio quædam, initio aliquid funebre ominabamur, ſed Dei, opt. max. manus adiutrix & ſoſpitalis medicis, coadiuuantibus malum omen auertit, dubitandi occaſio fuit grauitas morborum cerebri, medicorum ſæpè operam eludens ob partis dignitatem, in cerebro eſt æqualis inæqualitas. Arteriarum & ſpirituum tenuitas & calor ſubſtantia glutinoſa, alioqui ob iuges actiones marceſceret, in quo ſolertia naturæ relucet. Quæ res nos conſules medicos ad duo impulerunt: Prius vt adhiberemus remedia quæ ad morbum profligandum valerent, & præcauendum anteuertendum que ſimilem, quod Deus auertat. Poſterius vt actiones animi temperet. Vix parem animum eſſe poſſe putamus tam perplexo Legati oneri & negotio. Fruſtra autem alicuius rei foret prædictio niſi cautio adhiberetur.

Plin. ſic loquitur.

2.

3.

4.

ANNOTATIONES.

1. *Dominus Legatus voluiſſet ſe liberare ea legationis cura, ſed id ſperare non audebat ne iugum excutere videretur, voluit ſe magis morbo quam oratione excuſare vt loquitur de Sulpitio Tullius Philippica 9. Qui Sulpitius obiens legationem mortuus eſt locus quadrat D. Legato.*

Nunquam epilepticum quid paſſus erat cùm bile abundaret & pruritum præſenſiſſet, abſtinentior cibi fuiſſet, animum laboribus fatigaſſet,

gasset, est redditus aphonos, vomitiones prauæ bilis, ac si febrilis paroxysmus fuisset, incredibilis ardoris & caloris sensus in toto capite, linguam momordit, ferè truncauit, rediit malum die quinquies. Restitutus misso sanguine educta bile deorsum. Quæritur qua ratione malum præuertatur, ne quid tale contingat, natus est annos 40. aut eò circà, sicco est capite, & nil penè mungit vt pueris congener est morbus, ita circà annos 40. aut 42. vi anni climacterici malum id adoritur nunquam quid tale expertos. Hipp. lib. 2. prorrh. & libris de diæta.

Pilo est ruffo, & bilis dominatus significatur, mirum quod Plinius notat de ceruis, hi bilis dominatum ex pilo designant, & tamen carent febribus, & vitant febres qui ceruinà carne vtuntur. Aiunt ceruum esse animal timidum & calorem acrem non habere nec humores.

In ægro dominatus, & vis humorum obseruatur, sensus acuties: à qua parte conuulsionis occasio, videtur Hippocrates tanti facere dignotionem loci ex quo epilepsia dependeat, vt quasi satius sit à capite, aut à pede, aut à manu esse quàm planè ignorari; sed id per comparationem dictum est, cognitio originis mali, prudentiores, & cautiores reddit.

Æger habet cerebrum minus repurgatum, vnde aut sternutamenti, aut vertiginis, aut sacri morbi occasio, vnde qui trochiscis de tyro seu vipera vtuntur, fiunt vertiginosi cerebro nimis repurgato.

Quidam in eo casu ad cephalalgiam ob exquisitum sensum dant, narcotica. Non ferenda inedia, & si quidam medici inedia pertinaci dicant aculeos bilis retundi omnes, ego vero contrà, nam efferatur bilis, corpus repurgandum non validis medicamentis; benè consuletur vsu pilul. ex aloe cum puluere triasantali, Enemata frequentia erunt ex vsu. Bilis benigna & mansueta inediæ beneficio effera & immitis redditur.

Amuleta valent & alexipharmaca, puluis cranij humani.

Feratur in annulo vngula alces quæ carnem digiti contingat, radix ononidis valet cum oxymelite.

Mediocris labor & animi & corporis, qui humores crudos & ἀπέπτους reddit.

3. Morbus sacer a bile non fit sed à pituita Galen. Non à quauis fit pituita sternutamentum, sed aut flatulenta, aut acri, ideò Plato, ait, pituitam non esse causam doloris nisi per pompholigas. i. bullas flatuosas, bilis sensum acuit, & alimentum reseratis viis distribuit, ideò videndum, vt temperetur, & vt cystis fellis suum faciat officium, nam cùm diligenter repurgatur ab hepate fel, hepar mitius & dul- 3. Hipp. de morbo sacro.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 149 sur 359

©BIUM

Lib. 5. quæstionum quæstione 9. de ficu. ficus fructus dulcis lignum & folia amariss.

cius redditur, quò pertinet notandus locus apud Plutarch. cur ficus fructus ita sit dulcis cum folia & lignum ipsius arboris amarissima sint, similitudinem de felle & hepate affert author.

4. *Ad actiones animi & corporis moderandas pertinebit locus ex Plutarcho; simile affert de curru, quem duo coniuges equi trahunt nisi pari nisu & labore trahant, & si vnus alterum excedat, inanis est labor: idem de corpore & animo. Actiones & conatus concordes & similes esse oportet, vt in negotiis tractandis sint pares animi vires & corporis, nam nimia animi actio corpus debilitat, & corporis labor immodicus animo officit.*

4.

Corporis & animi labor quodammodo similis esse debet.

CONSILIVM XLIV.

De latente pulmonis & hepatis intemperie & aliis affectibus.

1.

Causo.

IN nobili iuuene annos 30. nato perdita valetudine (vt ait Tullius) latens est labes hepatis & pulmonis, nonnulla spirandi difficultas, sputum mali moris, faucium & gutturis calor, squalor & siccitas, quam his temporibus quibus populares morbi vagantur, malum signum deprehendimus, & minax affectionis, pulmonum, imo tabis & febris hecticæ πρόδρομον.

Accedit quòd æger ob labem veneream aliquando vnctus fuerit. At quicumque (aut certè maiors pars) hydrargyrosin passi sunt. In iis ferè labes in pulmonibus delitescit, cur id fiat, aliorum sit iudicium: labem aut pulmonis aut hepatis pallor in facie designat, de tertio articulo id vnum annotabo. Ad venerem satis promptus, non est nec fatuus nec insulsus arrigit, semen habet, at in congressu non totum emittit ac eiaculatur, sed circum prostatas & parastatas hæret ac ignauum manet, id quod aut languorem partium naturalium, aut hebetudinem aut quasi viarum obstructionem à collapsu partium significat.

Hydrargyrosis ferè semper pulmonibus labem inurit, δευσόποιον, καὶ δυσέκπλυντον.

Victus.

A calidioribus alimentis abstinendum. Ardoris faucium maximè ratio habenda. In decocto carnium & volucrum addatur hordeum mundatum: imò hordeata in iure carnium parata con-

ferent, Amygdala apparanda in eum finem; lauentur aquâ rosarum, aut nenupharis, sumantur, aut manè, aut horâ somni, vinum diluatur vel ptissana, nisi sit ingrata, vel aqua, non apponantur lintea calida gutturi, phlebotomia parcâ manu.

Pro affectu pulmonis valet pectorale decoctum additâ radice consolidæ, pediscati, pilosella, scabiosa; infundatur & coletur cassia addito saccharo cando, decoctum ficuum & passularum, pectus liniẽdum butyro loto in aqua rosacea, saccharum violaceum, syrupi solemnes, pilúlæ albæ; A succo glycyrr. nigro abstinendum, delingendum mel, aut solum, aut cum butyro recenti. *Purgatio.* *Bechicæ.*

Pro hepate decoctum agrim. hepaticæ, intyborum, adianti cum foliculis rhab. syrupo de cichorio composito, & de limonibus.

℞. Diatrag. frigidi tabellati ʒ i. ſ. pilularum albarum ʒ ij. ϑ iiij. glycy. ʒ i. ſ. conſeruæ vngul. caball. & rosarum. añ. ℥ ſ. sacchari candi, corticis citrij conditi añ. ℥ ſ. cum saccharo in aqua rosarum soluto, fiant tabellæ vsuales. *Tabellæ.*

℞. Amygd. dulcium in aqua rosarum maceratarum & excorticatarum ℥ ij. pinearum pistaciarum añ. ʒ vj. pulpæ passularum, lautarum in aqua rosacea, pulpæ dactylorum añ ʒ vi. medullæ seminum frigid. maiorum, & bombacis añ. ʒ j. gummi tragacanthi, pulpæ caponis ℥ iiii. coxarum ranarum ℥ i. amyli. ℥ i. ſ. cum saccharo sufficienti fiant marcipanes igni lento, capiat & in pastu & extrà, addi potest pulpa carnis testudinum. *Marcy seu muffipanes.*

Fiat saccharum rosatum in rupe pineis confixum, si marcescat æger, significabit, & parabitur resumptiuus ex testudinibus syrupus.

Perseueret in vsu lactis asinini.

Pro latente vitio in partibus naturalibus, parabitur balsamum pro litu earum partium.

℞. Rosarum, saluiæ, chamæp. veronicæ, pilosellæ, scordij añ. m. j. cyperi. ℥ i. ſ. sătalorum, ligni rhodii añ. ʒ iii. seminis ocymi pœonie añ. ʒ ii. macerentur in vino albo vulgari & frontigniaco cum aqua scabiosæ, & pauca aqua imperiali, deinde bulliant sensim in fictili nouo donec tabuerint. Adde medullæ cerui ℥ i. ſ. ol. irini ℥ ii. ol. de spica. ℥ i. gummi elemi, & terebinth. añ. ℥ i. bulliant ad consumptionem aliquam succorum & aquarum. fiat expressio pro balsamo. *Balsamum*

Aliquando, ob serum putre quod in pulmonibus colligitur, vtendum erit blando & tenui scynæ decocto.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 151 sur 359

Vtatur ſyrupo ſuo pectorali parato ex ſuccis vngulæ caball. bipinellæ, pedis cati, bugloſſ. cum ſaccharo cando & roſato.

Litus. Pro thorace litus ex roſato Meſuæi; veteres interdicunt frequentiori vſu remollientium & pinguium, ne pulmo mollior fiat, & ſi qua ſit putredo, ne augeatur, præſertim ſi ſputum ſit putre ac purulentum.

2. Non erit alienum vti blando & moderato balneo ad diſſlationem corporis, vitetur colliquatio vſu aut diuturniori, aut frequentiori, aut calidiore.

Syrupus violatus hodiernus recens miri eſt profectus.

ANNOTATIONES.

1. *Pro iſto ægroto valet locus Hipp. 2. Epid. ſect. 1. color qui multum eſt pallidus & ex candido pallet, quoniam hoc omne ab hepate eſt.*

2. *Hippocr. 1. de morb. ſputum ſemiputrefactum non abſolutè coctum & mitificatum ἡμισαπὲς vocat. Et excretionem hanc è pulmone ſemiputrefactam ἐκπτε θυλησμένην effœminatam, diuulſam & nil compacti habentem: abominetur autem illud ſputum, vocatque μυοδάτλιξαι το σίαλον, quod aut malitiam & malignitatem ſputi denotat, & rei quæ extunditur: tale autem redditur, ob continuum & nimium vſum rerum emollientium, intus ſeu foris vſurpatarum.*

CONSILIVM XLV.

De Iſchiade.

1. A Longo tempore iſchias moleſta fuit rudimenta arthritica, rheumatiſmus minatur, & pedum tumor, cachexia, imo ſtupor brachiorum & metus tandem paralyſeos cuiuſdam.

Conſultus eſt vſus tabellarum diacarthami aut electuarij de citro, aut ſyrupus antè præſcriptus cum granis burgæ, ſpinæ, aut doſis conueniens ex ſenna, rheo & ſyrupo roſarum pallidarum cum radice eryngij, ſanamondæ. Phlebotomia ſatis frequens ſed mediocris, cauteria in occipite, ad partes tumentes; id quod ſequitur.

℞. Axungiæ porci, medullæ cerui añ. ℥ iiij. butyri loti in vino albo, aut aquæ vitæ lib. ſ. pulueris ireos, ʒ j. ſ. terebint. ℥ j. caſtorei ʒ ij. fiat linimentum, Balſamum poteſt parari, ad ſpinam dorſi, fotus ſicci ex herbis. Cataplaſmata vt antè cum farinis coctis in hydromelite hyſſopato, ſcylla additâ, gentianâ, ſapâ, cypero.

Sudorifica per dies quindecim vſurpanda emplaſtra de baccis lauri.

Balnea plumbaria, dialacca, diacucurma, trochiſci halicacabi, mechoacani, tabellæ aromatici roſati, cauterium in occipite, ſi iſchias perſeueret cauterium infra os ſacrum ad muſculum natium. 2.

Cataplaſmata ad iſchios euocantia ex gummi item emplaſt. ex ſulphure, pice nigra, diachylo ireato, terebinth. oleo irino, ſulph. aut empl. de baccis lauri. ad fract. oſſium, ceroneum, gratia Dei cum tereb.

Inter cætera laudantur pilulæ ſtomachicæ, & vehementiores euocantes à capite.

ANNOTATIONES.

7. Miſera arthriticorum conditio, ſi comedendum manus, ſi ambulandum pedes non habent, ſi dolendum, pedes & manus habent, vt dicebat Polemon ſophiſta.

2. Iſchias iiſdem remedijs curatur atque arthritis, præterquam quòd repellentia non admittit; ſed purgato corpore valenter foras ex profunda cotyle trahentibus vt cataplaſmate ex ſtercore columb. &c. & clyſt. acribus indiget. repellentibus autem non vtendum in Iſchiade, quia iunctura in profundo ſita eſt. Et ex vicinis & ambientibus vaſis repellentium ope ad illam humores protuderentur.

CONSILIVM XLVI.

De raucitate & affectu rheumatico.

TRia in hoc ægro notantur: vitium oſſium narium, vt de narē loqui videatur, raucitas vocis, magna cum tuſſicula, & affectu rheumatico, dolore membrorum omnium, maximè partium 1.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 153 sur 359

©BIUM

neruoſarum, oſſium vitium ex reliquiis luis venereæ ſecutum, raucitas, partim faucibus vitiatis, partim contractâ in bronchiis pulmonum labe.

Purgandum diligenter corpus: luculenta ſanguinis detractio. Cataplaſmata anodyna, fotus, hypnotica interdum. Ob vitium oſſium narium ad amuleta venerea veniendum; domitum eſt venenum non victum, decoctum radicis ſaſſafras, cum ſantalis, opiata laxatiua ad luem ex puluere ſarſæp. cort. guaiaci, folior. ſennæ, rhei, agarici, turbith. cinnamomi, zinziberis, aniſi, ſyrupo de pomis compoſ. & roſar. cum agarico.

Temperandum à vino, cibus vino præbibendus, a calidioribus abſtinendum ob pulmonum intemperiem, de pilulis ex mercurio videbitur. Anxia res, anxium conſilium, ab errhinis abſtinendum, ne violenta narium munctione confractio oſſium maior ſequatur. thorax reſumptiuo vnguento liniatur, hydromeli cum ſaccharo cando, ſyrupus vngulæ caballinæ, pedis cati, de ſymphyto Fernelij, decoctum galli decrepiti vt fieri & parari ſolet cum manna calabrino, diatragacanth. diaireos, aqua ſcabioſæ & bipinellæ cum ſaccharo roſato, aut violato: ſaccharum roſatum paratum cum maceratis paſſulis in aqua roſarum; lac aſininum, balneum aquæ dulcis, ſyrupus reſumptiuus: gelatina. Sed maximè habenda ratio ipſorum pulmonum quia aliquid mali præſagiunt, quod Dominus auertat & auerruncet tanquam verus medicus & ſoſpes.

ANNOTATIO.

1. *Quicumque (aut certè maior pars) inunctionem ex hydrargyro paſſi ſunt, in iis ferè labes in pulmonibus inexplicabilis deliteſcit, vnde coloris ſuauitas ſeu bona coloratio (vt ait Tullius) & χλώεφσμα λαμπρὸν Hipp. perit decutiturque, at latentem pulmonis, aut hepatis labem pallor in facie deſignat.*

CONSILIVM XLVII.

De affectu oris qui φαγεδαίνα *dicitur.*

Pro Oeconomo D. Britannici.

ANtiquitas affectum oris vocatum celebrat, hic æger aliquid ſimile patitur, vlcera maligna, erodentia & minantia corruptionem gingiuarum, & membranularum oſſium, cancrum metuimus: de lue venerea ſuſpicio erat, tamen ea eſt imminuta & e'euata. A liene aliquid pendere videtur, melancholicum quid eſt & ſplenicum. Aliquo loci Hippocrates vlcera oris, quorum origo à ſplene eſt, valdè terrifica ſcripſit, in hoc ægro ferè remedia, & induſtriam chirurgicam ludificantur. 1.

Conſuluimus purgationem conuenientem, phlebotomiam; vſum balneorum tempore opportuno; decoctum ſudorificum per dies aliquot, præmittantur pilulæ ex mercurio, ſingulis doſibus, ita tamen vt ptyaliſmus non prouocetur, apozemata laxantia addito puluere amborum cancrorum. 2.

℞. Mellis Narbonenſis ℥ iiij. ol. ſulphuris parum pro litu partium. pro topico laudatus eſt vſus mercurij dulcificati, gargariſmus ex vulnerariis.

℞. Herbæ Roberti, Nicotianæ, piloſellæ, veronicæ, ſcabioſæ, betonicæ & ſcabioſæ, añ. p. j. raſuræ guaiaci ʒ vj. roſarum vulgarium & tranſmarinarum añ. p. j. rad. biſtort. pentaphyll. añ. ℥ ſ. fiat decoctio ad lib. ij. diſſol. ſyrupi de ſuccis, mellis roſati añ. ʒ vj. ſacch. roſati ℥ ſ. pro gargariſmo.

ANNOTATIONES.

1. *Hipp. lib. de int. affect. hunc affectum* φαγεδαίνα, *quem alij ſcorbutum appellant, deſcribere videtur: venter (ait) inflatur, poſtea vero etiam lien intumeſcit & durus eſt & dolores acuti in ſplenem incidunt; color etiam mutatur & niger conſpicitur pallidus, ex ore male olet & gingiuæ à dentibus diſcedunt & in tibiis vlcera erumpunt, membra extenuantur, aluus dura exiſtit. Et in fine 2. prorrh. quibus lienes ma-*

gni, iis gingiuæ vitiantur, & os graue olet, in tibiis mala vlcera habent & nigras cicatrices. meminit quoque Strabo huius affectus, quem, non στομακάκην, sed à voce κάκκη, quòd iis os κάκκην oleat, στομακάκκην vocat. Plinius autem confundit stomacacem cum scelotyrbe, quam visio aquarum locorũ trans Rhenum in Germania fieri dicit. Est enim scelotyrbe proprie paralysis quædam species, qua qui laborant rectè incedere nequeunt sed nunc in læuam, nunc in dextram contorquent corpus ob partium inferiorum resolutionem quandam.

Cap. 3. l. 25.

2. Fallopius Mercurium, diuinum mixtum appellat aitque duo esse in rerum natura quæ illi admirationem pariunt, magnetem nimirum & hydrargyrum; ex quo quidem possumus ostendere resurrectionem, nam in cineres conuertitur, & leuissimo labore in propriam formam redit. Multa quippe edit opera, quorum nulla probabilis ratio reddi potest, quò fit vt ad occultam qualitatem sit confugiendum; eiusmodi est facultas illa qua ptyalismum seu saliuationem & sputationem mouet, atque vis illa cathartica, quà licet frigidus adeo excellit, vt ne vstione eam exuat, sed in cinere retineat, multò quam ante validiorem. Purgat autem crassum mucum atque ipsam pituitam, & ex consecutione quadam bilem vtramque. Et quanquam modò suprà, modo infrà, interdum vtroque modo purgat, maximè tamen propriâ & ingenitâ vi suprà purgare natum est, caput petit, corfugit quia igneum quocumque modo adhibeatur, sicque quidquid colliquauit, vndique primum in ventriculum, dein in fauces & os regerit & compellit non tussi, non vomitione, sed continuâ & molesta mucosi sputi profusione reijciendum, quæ purgandi ratio veteribus incognita, & ab iis nunquam tentata, oris profluuium à recentioribus vocitatur. At vero si quando morbi species, eiusue peruicacia aut cacoëthia id præsidij genus in vsum reuocandum esse insinuat, vt ptyalismus non prouocetur, purgantibus admiscerì debet quæ vim illius languidam & ignauam stimulent, ne quod in ventriculum attraxit fusis liquatisque carnibus & humoribus illic subsistat, & grauissimorum symptomatum causa sit. Eaque ratione grauißimis morbis expugnandis, lepræ, scrophulis, scabiei, morphæis, impetigini, lumbricis enecandis, lui venereæ conferre potest, nam terget, mundificat, modo per aluum, modo per vrinas sanguinis massam repurgat, postremòque corporis habitum superuacaneorum humorum illuuie liberat.

Lib. de mer. Gall.

In

CONSILIVM XLVIII.

De Tuſsi permoleſta pro D. Florette Conſule.

IN moleſta tuſſi & quaſi pruritu ad ſummam partem aſperæ arteriæ poſt ſomnum purgationes blandæ ſunt inſtitutæ, caſſia & in bolo, & in potu colato, ptiſanæ vſus in vino, hordeata, amygdalata, lac aſinæ, item hoc inſtauratiuum & reſumptiuum.

℞. Caponem vnum, pullos duos, armum vitulinum aut carnem pectoris vitulini, coque in aqua fluuiali aut ciſternæ, addendo parùm aquæ ſcabioſæ, & oxytriphylli: in eadem aqua coque tres aut duas teſtudines nemorales demptis extremis, adde pulmonariam herbam, tuſſilaginem, hordeum mundatum, bipinellam, piloſellam minorem, ſiue pedem cati, ſeminis papaueris & bombacis añ. ʒ i. ſemina frigida maiora, ſeminis ſeſamis ʒ ii. paſſulas xxx. gummi arabici & tragacanthi añ. ʒ ſ. penidiarum ʒ i. ſ. cum ſufficienti quantitate ſacchari, fiat ſyrupus ad libras duas.

℞. Conſeruæ roſarum mollis ʒ ii. conſeruæ tuſſilaginis, violarum & pedis cati añ. ʒ vi. pulmonis vulpis preparati ʒ iii. mannæ Calab. ʒ i. ſ. conſeruæ ſymphyti ʒ ſ. diamargariti frigidi, & diatrag. añ. ʒ ſ. cum ſyrupo de ſiccis, & iuleb. roſato fiat opiata, capiet fruſtulum horâ ſomni cum ſyrupo ſequenti.

℞. Syrupi violati & roſarum ſiccarum & nenupharis añ. ʒ i. ſ. ſyrupi papaueris rubri ʒ ii. capiat parùm ex cochleari, cum prædicta opiata.

Coquatur vetus gallus cum carne vitulina, farciatur venter foliis & floribus vngulæ caballinæ, hordeo, paſſulis, iuiubis, ſebeſth. ſemine bombacis, & gummi tragacanthæ portiuncula, vtatur eo decocto manè cum ʒ i. ſ. mannæ Calabrinę.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 157 sur 359

©BIUM

CONSILIVM XLIX.

Pro iuuene melancholico cuius mentem mœror perculit & de ſuo ſtatu dimouit.

VIctus ratio humectans & refrigerans præſcripta. Balnea, lac aſinæ, ſerum lactis cum eufraſia & bugloſſo. Purgatio ex ſenna, ſyrupo de pomis, cum herbis ſplenicis, venæ ſectio brachii & capitis, item ſaphenæ, hirundinum vſus. Pyrotica internis tibiis, aquæ Pugenſes, ſeri lactis vſus frequens, hordeata, elleboriſmus malo rebellante eligatur; elleborus niger qui floret circà finem Decembris flore purpureo, aut dentur grana octo extracti ellebori nigri, hyeme purgetur modò pilulis ante cibum, modò paulò validioribus.

1. Moderatus victus, colloquia amicorum blanda & amica, nihil moleſtum aut quod iram prouocet, dicendum, læta omnia. Acerba omnia aut triſtia vitentur.

Rerum ſeriarum narrationes vitandæ, ægro concedendum, condonandum paulò, indulgentius fauendum, vt frontem contrahat nullo modo, ſed apertam habeat.

Amicis colloquiis conſolandus, leuandus, demulcendus.

Muſica, ludus amicus & facilis, blanda exercitatio.

Medicamenta blanda cum granis Kermes, niſi fortè res tan-
2. dem (vt dictum eſt,) elleboriſmum requirat, ſuccus pomorum va-
3. let, cæſaries decurtanda.

ANNOTATIONES.

1. *Celebratur hic verſus apud Græcos, qui citatur à Plutarcho apud Apollonium* ψυχῆς νοσούσης ἰατροὶ λόγοι, *ægroto animo medicus eſt oratio, ſiquidem, vt inquit ſapiens Hebræus, ſermo mollis frangit iram: huc aluſit Horatius in Epiſtolis*

Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi depellere partem.

Sed vt in corporum morbis pro ratione valetudinis alia atque alia,

adhibentur præſidia, itidem in animi malis non eadem adhibenda eſt oratio, ſed interim diſſimulandum, interim acriùs iurgandum, nonnunquam blandius monendum iuxtà Pauli monitum, argue, obſecra, increpa.

2. Antiquitus ellebori plurimus vſus fuit ad leuanda mentis & capitis vitia, hinc natum Adag. apud Ariſtoph. in Veſpis πῖθ' ἐλλέβορον, quo dicto ſignificat inſanire quempiam, & ἐλλεβορίζειν, inſanire eſt Gr. duo ellebori genera Dioſc. lib. 4. album & nigrum, quod alij entomon, alij polyrrizon, alij melampodion vocant: albo vomitiones cientur, nigro aluus inferior diluitur, vtriuſque periculoſa ſumptio. Ita tamen olim frequenti in vſu fuit vt ad peruidenda acrius quæ commentabantur ſtudiorum gratia ſæpius ſumpſerint: ſic legimus apud. Gell. caſ. 15 lib. 17. Carneadē academicum ſcripturum aduerſus Stoici Zenonis libros, ſuperiora corporis elleboro purgauiſſe, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus ad domicilia vſque animi redundaret, & conſtantiam vigoremque mentis labefaceret, tantà curà tantoque apparatu vir ingenio præſtanti ad refellenda quæ ſcripſerat Zeno agreſſus. Conſtat tamen purgationem ex elleboro difficilem eſſe terroriſque plenam, nec adhibendam niſi cum peruicacioris morbi neceſsitas expoſtulat, nec aliis ceſsit remediis. bilem enim atram, deinde flauam atque craſſam pituitam detrahit in aluum, non è viſceribus modo ſed & è venis, è quibus ſanguinem rapit, & è partibus extremis, maximeque è cerebro, ideo confert elephantiaſi, melancholiæ, furori, epilepſiæ &c. In quibus affectibus tuto dari poteſt legitima quantitate & præparatus vt decet. infunduntur radices certà quantitate contuſæ in iure carnium pingui, aut in hydromelite, aut in aqua hordei, expreſſumque datur. Alij ex fibris elleb. extractum parant, radices & fibras macerant per diem integrum in aceto roſato. effuſo aceto rad. exſiccatas contundunt in matratium capax recondunt, ſupereffund. ſucci limonum partem vnam, & ſucci pomorum, redolentium partes duas in bal. Mariæ digerunt, colant, exprimunt, puruntque ſic ab impuro ſeparant.

3. Cæſaries nomen inuenit à cædendo, hinc Gallia comata ex longà cæſarie dicta, Cæſaries promiſſa. id eſt longa, Cæſariati comati dicuntur, mulieres non habebant cæſariem, ſed viri, nunc viri longā, naturalem & artificioſam habent cæſariem, cæſione prætermiſſà; Galli vocant perruque.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 159 sur 359

©BIUM

CONSILIVM L.

De incontinentia vrinæ & ſtillicidio inuoluntario poſt lithotomiam, pro filio D. Machau.

Tortuoſa vrina fluens calculo exiſtente in veſica.

CVm calculus eſt in veſica, non fluit vrina, nec emeiitur ſine dolore, & tortuoſior eſt vrina fluens, vt verbo Pliniano vtar. cum grandior eſt calculus & diſcinduntur fibræ ſphincteris muſculi, ferè vrina non retinetur, ſed inuoluntariè diſtillat magno ægrotantium faſtidio, dolore, & incommodo, niſi fortè ad annos pubertatis prægreſſa lithotomia puero: ſi quædam fibræ intactæ manſerint, officium præbent læſarum, & caro extuberat fœcundior, ſupplens vicem læſarum fibrarum.

Victus.

Victus ratio ſit commoda & ſalubris, vtatur pane & carnibus coctu facilibus, fructibus coctis, ceraſis nouis cum pane, alias vrinam mouent; ientaculum ſine potu aut pauco, ſero largior potus ad ſitim ſedandam, noctu bis aut ſemel meiat, vino vtatur dilutiſſimo hyeme præſertim, ſi aquâ coctâ vtatur, addatur cauda equina, herba equiſetum vocata, vt parcat potui, tamen ſi vrina coloratior, calidior, non ita ſit parcus in potu, ſatius enim eſt in eam partem (plus bibendo) peccare, teneat in ore aliquid ſiti placandæ idoneum, vitentur ſalſa, piperata, lateri indormiat primò, deinde dorſo ad mediam noctem, à mictu indormiat alteri lateri, ſurgens manè è lecto meiat, deſidear, ſi fieri poſſit. Aluo liberiore minùs emeiitur, mediocriter exerceatur, vtatur medicamentulis roborantibus purgando. Caſſia ſola nocet, laxando partes neruoſas, veſicam & partes ſpermati conficiendo, & continendo dicatas.

1. Topica adhibenda conueniant proprio puberum temperamento, calida ſed moderatè, & humectantia non multum ſiccantia, fotus ex aqua fabrorum cum vino craſſo. Aquæ naturales minerales, vitriolatæ, borbonenſes, pucenſes, ſpadenſes, earum ſtillicidium, valet balneum, potus, fæx illorum fontium, aut loco illorum aqua fabrorum cum ſulphure, alumine, nitro, vitriolo albo, aut alio cum limatura ferri & chalybis; ſacculi parati cum cauda equina, roſis

ad fotum, ſi non contingat melior ſanitas, borbonenſia balnea adeat, ad hauſtum, balneum & ſtillicidij commodum, parabuntur tabellæ ex equiſeto, ſantalo & ſaccharo.

Cydoniatum Aurelianum aliquando conferet, modò non adſtringat nimis aluum.

V. ſtillans vrina recipiatur vaſe commodo, parabitur burſa aut vas ex ferro candido albo, cum impoſita ſpongiola, ita tamen vt ingreſſum non impediant.

ANNOTATIO.

1. *Quibus ſalutariter lapis detractus eſt, nec in ipſa ſectione perierunt, aut dubiæ ſunt ſalutis, Caſſiam dare pro cathartico nocet, quod fit, vel quia diuretica eſt, vel quia nonniſi cum tormine aliquo, ab inferiore parte aluum euocat aliquando, dum inflatur in aluo perturbationem excitat. perturbatio autem iſta vulnus veſicæ inflictum irritat. At in exhibitione catharticorum obſeruandi ſunt maximè dies critici; in iis enim motus quidam fiunt naturæ, quos vel impedire, vel reprimere non parum eſt. Aqua hordei & iulep. roſatum in vſu frequenti eſſe debet. De clyſteribus vnum notandum eſt, qui ſunt blandiores ſæpe ignaui & inutiles ſubſiſtunt, & præter hoc quod inutiles ſunt, lædunt ſæpè & vulnus afficiunt deterius, ideo acriuſculi ſunt ſubijciendi, attemperanda tamen res eſt, pro natura ægri, proque inteſtinorũ ſenſu pigro vel acuto. At quod ad vulnus attinet, detergentia, & mundificantia vlceri non imponunt lithotomi, quia, aiunt, ipſa vrina quæ ſenſim per vulnus fluit, detergendi vim habet, & ſupplet vicem medicamentorum detergentium.*

CONSILIVM LI.

De *cachexia cum faciei pallore, & ſymptomatis hypochondriacis.*

INſtitutum iuſculum, armus vitellinus cum pullo farto cum acetoſa, lapatho, bugloſſ. borag. bipinella, endiuia, portul. floribus geniſtæ, capparibus, pomo de carpendulo, coletur pullus, exprimatur vſui.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 161 sur 359

Debet fieri decoctio apta antequam fiat hydromeli.

Hydromeli paratum cum ℥ j. radicis filicis, chynæ ℥ ſ. ligno rhodio, ebore ad ℥ ſ. coque in hydromelitis libris quatuor per duas horas ad conſumptionem tertiæ partis, adde flores geniſtæ ſub finem, cichorij, bugloſſ. violar. aceti ℥ iiij. cola, aromatiza cinnam. & ſantalo cap. ℥ iiij. manè per dies duodecim.

1. ℞. Syrupi de pomis, granat. limonum, violacei tincti & acidioris redditi añ. ℥ iij. vtatur.

Inter cætera tinctura roſacea & prærubra valet.

Purgatio.

℞. Foliorum ſennæ ʒ vj. ſantali citrini ϑ j. aquæ bugloſſi, pomorum de curpend. añ. ℥ iiij. ſucci limonum ℥ j. macera per horas duodecim, exprime, adde ſucci pomorum ℥ j. ſacchari violati ʒ iij. agita cum albumine oui, vtatur eo decocto poſt iuſculum.

Syrup. mag.

℞. Aquarum fumariæ, bugloſſi, pomorum, cicho. añ. lib. ſ. ſucci limonum ℥ vi. adde ℥ j. R hab. ad partem infuſi ſucci roſ. pallidarum ℥ iiij. cum ſaccharo, fiat ſyrupus.

2. *Notanda hæc formula & examinanda.*

℞. Aloes in aqua cichorij ad ignem beatæ Mariæ ſolutæ, & poſt ad mucaginem coagulatæ ℥ ij. gummi ammoniaci in aqua roſarum ſoluti per ſetaceum traiecti ℥ ſ. triaſant. ϑ ij. myrrhæ ʒ iij. maſtiches ʒ j. ſalis abſinth. ϑ iiij. croci ϑ ſ. cum ſyrupo de ſucco roſarum, fiat maſſa, de qua capiet ϑ j. aut paulò plus ante paſtum.

Clyſteres inſtituti, hæmorrhoidum prouocatio.

Tabellæ.

℞. Pulueris triaſant. ϑ ij. corallij præparati, perlarum præparatarum añ. ſpodij cornu cerui añ. ʒ ſ. oſſis de corde cerui vnicornis añ. ϑ j. fragment. hyacinthi. ſmaragdorum cum ſucco limonum parat. croci martis ſine igne & aceto parati, ϑ iiij. confection. de hyacintho, cinnamomi interioris ϑ j. ſacchari in aqua roſarum ſoluti quod ſuff. fiant tabellæ.

Balneum inſtitutum. ſerum lactis à balneo.

℞. Seri lactis ℔ ij. tria poma de carpendulo inciſa bulliant: fiat colatura, adde flores cichorij, bugloſſ. borrag. añ. ad p. j. bulliat denuo, adde ſaccharum cum albumine clarificetur, capiat manè.

ANNOTATIONES.

1. *In præcedentibus dictum qua arte eliciatur tinctura ex roſis, aut floribus violar. bugloſſ. borrag. &c.*

2. *Vera aloes præparatio fit hac ratione, eius certa quantitas in puluerem redacta in phialam vitream immittitur, affunditur aqua cichorij. end. aut acetoſæ in balneo Mariæ, maceratio fit per* 3. *vel* 4.

dies, demum aqua rubicundißima aloes essentia tincta extrahitur & à fæcibus, per inclinationem separatur destillaturque per alembicum, donec mellis consistentiam acquisiuerit.

CONSILIVM LII.

Ad mulierem recens nuptam, epilepticis conuulsionibus afflictam & affectu qui σπασμώτεωμος vocatur.

HVic ægræ inito consilio hæc remedia sunt instituta, clysteres ex emollientibus, artemisia, absinthio centaurio minore, melle mercuriali, & hiera.

Institutum decoctum ex rad. fœnicul. polyp. tarax. zyng. oxalid. oxylapathi, pœoniæ fœminæ, cypero, valeriana, radice filicis fœm. agrim. fumar. bipinel chamæ, chamæpithis. mentha, nepeta, hyssopo, calend. floribus centaur. minoris, semine card. nigel. Rom. glycyr. spica nardi calamo arom. fi. decoctio, cuius in colatura foliorum sennæ vino albo nutrit ℥ ij. Agar. troch. ʒ iij. seminis carth. ℥ ij. caryophl. ʒ i. f. macera, dein exprime ad ℥ xij. dissol. syrupi rosarum cum agarico ℥ ij. oxymel scyllit. ℥ j. fiat in tres doses apozema. 1.

Sectio venarum brachij & saphenæ.

℞. Radicis pæoniæ & cyperi añ. ℥ ij. chynæ ℥ iij. sassafras ℥ i. f. rasuræ iuniperi & ligni rhodij añ. ℥ i. florum lilij conuallium, tiliæ, calendulæ añ. ʒ iij. florum anthos p. iiij. baccarum iuniperi, p. iiij. corticis exterioris citrij sicci ℥ iiii. concisa pone in doliolo quod capiat pintas xxiiii. infunde libras xx. hydromelitis parati ex parte mellis & partibus octo aquæ, ad supernatationem adde lib. ſ. fermenti cereuisiæ, pone in loco tepido, pone in furnum pistoris, sinatur fermentari, donec cesset ebullitio, donec deferbuerit, fiat transcolatio, capiat ℥ 6. per dies duodecim, pro effectu iterabit.

Primis diebus quibus vtetur eo hydromelite post dosim acceptam fiat fotus hypogastrii & lienis.

Fotus fiet ex radice gentianæ, aristoloch. enulæ ad ℥ ix. cortice

hæderæ arboris, mediani fraxini, radice chelidoniæ ad ʒ ii. foliis celerach, eryſimi, naſturtii, abſinth. centaurii, menthæ, meliſſæ, arthemiſiæ, tanac. añ. m. i. floribus ſambuci & ebuli, baccis lauri, iunip. coquantur in aqua fabror. & quartâ parte vini albi & cum aceto ſcyllit. fotus fiat cum ſpongiis.

Purgatio vt antè, vel per ſequens apozema.

Syrupus. ℞. Foliorum orientalium ʒ vi. agar. troch. ʒ iii. rhab. ʒ i. ſ. turb. hermod. ʒ i. caryoph. ʒ iii. cinnam. macis. ʒ ii. ſ. citrigentur omnia vino albo infunde per quatridinum in vaſe vitreo clauſo in balneo Mariæ, in ea quantitate aquæ beton. calend. cardui, valerianæ quæ ſupernatet ſex digitos, poſt ebullitiones leues fiat expreſſ. adde ſyrupi roſarum pallidar. mannæ Calabrinæ per ſolutionem depuratæ filtrationem ʒ x. ſacchari candi ʒ viij. poſt exhalationem in alambico reduc in ſyrupum, cap. ʒ ij. cum ptiſſana vel aqua beton. & cardui horis tribus ante iuſculum.

Bis hebdomade capiat ʒ ſ. huius maſſæ.

Pilulæ. ℞. Gummi ammoniaci in aceto ſcyllitico ſoluti ʒ iij. bdellij ita parati ʒ ij. aloes depuratæ in ſucco roſar. abſinth. centau. minoris, rutæ ʒ i. extracti ſennæ ʒ ſ. myrrh. ʒ ij. croci ʒ i. ſ. ſalis gemmæ ℈ iiij. cum ſyrupo roſarum fiat maſſa, addendo dum formatur olei aniſi ℈ j. ad vſum.

Veſperi cubitura capiat opiatam & manè cum non vtetur hydromelite prædicto.

Opiata. ℞. Florum galangæ calendulæ añ. ʒ j. florum anthos. ʒ j. ſ. Theriac. ʒ vi. confec. alkermes & de hyacinth. añ. ʒ ſ. cranij humani, viſci quercini añ. ʒ iii. radicis valeri. ʒ vi. diambræ & aromat. roſati añ. ʒ ii. cum ſyrupo parato per extractionem è ſucco menth. arthemiſiæ & vino albo fiat opiata, adde puluerem corticis externi citrij, ferularum bryoniæ & radicis campanæ ſingul. añ. ad ʒ ſ. caphuræ ℈ ſ. capiat inſtar auellanæ ſuperbibendo parum hydrom. vel vini albi.

Non omittantur frictiones capitis, lotiones partium inferiorum ex decocto nerualium herbarum & hyſtericarum, cucurb. frequentes clyſt.

Item aqua ad neceſſitatem paranda.

Pilulæ. ℞. Radicis enul. camp. bryon. ariſt. gentianæ cyperi añ. ʒ ii. pœoniæ vtriuſque valerianæ, añ. ʒ iii. zedoariæ angel. imperatoriæ galangæ añ. ʒ i. corticis aranciorum & citrii ſicci añ. ʒ ii. ſ. florum rutæ maior. añ. ʒ j. florum. anth. ſtœch. hyperici añ. p. ii. baccarum

iunip.

iunip. ℥ iii. caryop. cinnamo. macis añ. ʒ x. infunde in quantitate vini Hiſpanici quæ ſupernatet ſex digitos, adde theriaces ℥ iiii. per octo dies, fiat ſeparatio per filtrum à fæce, mox diſtilletur in balneo Mariæ alambico vitreo, in cuius capitello ſint circa lumbum noduli quatuor repleti croco & granis ſex camphoræ, mellago in fundo vaſis manens coaguletur ad conſiſtentiam pilularum, quæ loco dictæ opiatæ ſumi poterunt iiſdem horis fæces calcinentur ad albedinem cineribus affundatur aqua diſtillata quæ poſt dierum aliquot digeſtionem ſeparetur inclinatione, ſeruetur & in vaſe vitreo ſub ore benè obturato ad vſum. Nares vngantur oleo ſuccini, & gagatis, ſpina in paroxyſmo vngatur axungia humana & ſuilla, cocta cum ſaluia & vino generoſo.

ANNOTATIO.

1. *Elleboriſmo miras tribuit vires aduerſus epilepſiam Plinius, & eum extulit exemplo bruti hominis primarij; huius loco, nonnulli tempore paroxyſmi cochlear vnum aut alterum vini emetici, in os infundunt. Valet item contra epilepſiam decoctum rad. eryngij pœoniæ maris & viſci quercini cum hydromelite.* *Cap. 7. & 8. lib. 22.*

CONSILIVM LIII.

De *vrinæ incontinentia.*

VIrgo Aureliæ matura viro, etiam à tenera ætatula vrinæ incontinentia laborat, cui vt ritè, & ex arte medeamur, Quoſdam articulos & quæſtiunculas deſcripſimus quibus reſpondebunt Medici domeſtici, vt collatis ſententiis re diligenter expenſâ, & fructu remediorum aut vtili, aut inutili in commune aliquid conſulatur.

An à natalibus malum natum.

An à parentibus lapidoſis, an non fuerit calculoſa.

An non præceſſerit caſus in os ſacrum aut in perinæum, num ſuſpicio paralyſeos oſculi veſicæ, aut caſu, aut alio modo.

Num paſſa fœdos colores, an adhibita remedia, nam obſeruat *Cap. de paralyſi.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 165 sur 359

©BIUM

Rondeletius virgines quaſdam factas paralyticas vſu remediorum calidiorum & aperientium in medendo fœdis coloribus : ſic videndum an id mali in virgine, aut à renibus, aut à veſica. An non ſit diabetes morbus grauis, an in fundo vaſis vrinarii phlegma, aut quid lacteum & purulentum, an vrina ſit graueolens. An fluat vrina non ſentienti & vigili & dormienti. An ſitibunda. An in ſopore malum minus: nam quibuſdam dormientibus horologium apponitur vt meminerint vrinam reddere.

Explicentur remedia adhibita. An non ad balnea, & plumbares aquas traducta. An non tutus.

A multis iuſculis abſtinendum, & diureticis, frequens hauſtus & paruus, à vino albo abſtineat, aqua ferrata vſui ſit, ſcyna aut ſarſaparella vtilis. Fotus ex aſtringentibus; ſemicupia ad partes imas, ius lentium valet ſi calorem in ore ſentiat, caſſia cum tamarindis & rhabarbaro, in paſtu, cydoniatum Aurelianum ex ſucco, non quod durius eſt, nam ventrem aſtringeret, & malum augeret.

Corpus purgetur ſyrupo magiſtrali infra ſcripto.

Puluis.

℞. Florum vrticæ Græcæ nenuph. añ. p. i. ſeminis lact. portul. ligni rhodii, cannabis, & ſantalorum añ. ʒ i. ſeminis plantaginis, maluæ, corallorum añ. ʒ ſ. cum ſaccharo cando & roſa. añ. ℥i. fiat puluis cap. manè ʒ i. cum pauco vino albo aqua ferrata diluto.

Vtatur iuſculo gallinæ coctæ cum lactuc. portul. bugloſſ. borrag. farciantur interiora granis berberis, radice pauca ſymphyti, tormentilla, myrobal. gummi arabico addita ʒ i. rhabarbari, fiat panatella addito vitello oui.

Spinæ dorſi imæ parti adhibe emplaſtrum aſtringens.

Syrupus.

Fiat ſyrupus ex bugla, ſanicula, vrtica mortua, robertiana, oxytriph. primul. veris, conſolida maiore, torment. acetoſa, oxylap. granis Kermes & berberis, ſantalis omnibus, paſſulis integris aqua roſarum lautis, ſemine plantag. lact. melon. cum ℥ iiii. ſennæ, addita expreſſione ℥ i. rhabarbari ſeorſim infuſi, addito ligno aloes, iuleb. roſato & ſyrupo granatorum.

CONSILIVM LIV.

De *profluuio ſeminis non venereo.*

NOn abs re vir nobilis curam ſuæ ſanitatis habet, (quorſum enim fœlicitas, ſi non adſit ſanitas?) & naturam ducem ſequi deſtinauit, hæc æternitatis eſt auida, aliàs capax, aliàs rapax, & per nouam ſobolem, vt per progerminationem id facit: ſi in arboribus adeò ſedula, quid in homine agat qui ad Deum tanquam archetypum formatur, & ex tantulo ſemine re tantula miros effectus producit. ideo D. laborans in eo conſeruando laborat vt ſemen ſit prolificum, non inſulſum, non degener, non euanidum, vt homo ex homine exiliat, tantulum ſemen ex omnibus quaſi partibus deciduum rapit ſecum ideam quandam hominis, vt homo ſit tanquam character, & tranſcriptio quædam viua: ſemen eſt tradux ad æternam propagationem, ex omnibus partibus decidit, & deciditur ex prona quaſi ſemita ductuque, omnes meatus, aut tubi ad partes naturales imas (quæ per ἀντονομασίαν, naturales dicuntur, aut potius κατ' ἐξοχὴν) tendunt, diriguntur, conſpirant; hinc ſumma in palæſtra venerea voluptas, ideò harum partium maximè habenda ratio, ſiue vt ſimplices, ſiue inſtrumentales conſiderentur, nerui tendines miro artificio fabricati, in generatione valent plurimum. At partium principum ad opus aliquod etiam leues affectus magni ſunt momenti; inter cætera animantia homo à congreſſu maximè exoluitur quia proportione corporis multum ſeminis excernitur, & quod robuſtum eſt exilit, & vt ædificij conſtructio, ſic corporis compages quatitur ac conuellitur, dum ſemen decedit. Mirum quod maximè in mictu & egetẽdi conatu ægro domino ſemẽ effluat, id partium vicinia & ſympathia facit, hinc qui meiendi deſiderio tenentur cõcumbere nequeunt, quia meatus implentur per affluxum, & qui concumbunt ſi meiere velint, penis intenditur, id quod ad rem præſentem pertinet, inde eſt formæ & morum ſimilitudo, & in aliis animalibus, maior eſt ſimilitudo quàm in homine, quia cogitatio aliò traducit, celeriter tranſuolat; hinc maiores differentiæ, diſſimilitudines, quia velocitas cogitationum, celeritas animi notas multifarias im-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 167 sur 359

©BIUM

primit, non ſic in aliis animantibus: imo in iis certi ſunt per anni tempora concubitus homini omnibus horis dierum ac noctium (quod vt aiunt) magis interſit hominem naſci quàm cætera animalia: imo nulla animalia grauida præter mulierem coitum norunt: itaque non mirum ſi ſanitatis maximè ratio habetur, & vt natura ad priſtinam integritatem redeat vſus veneris ad æternitatem quandam per ſobolem & ad ſanitatem ſi moderatus eſt confert, vt natura ad priſtinam integtitatem redeat. Quia qui tardiùs & moderatius venerem exercuerunt maximam laudem habuerunt, quia validiores & longioris vitæ fuerunt, ſic ſtatura corporis alitur, aluntur vires. Mirum in homine cæteris animantibus in congreſſu ſatietas, homini propè nulla, licet vſus veneris ad æternitatem producenda ſobole & ad ſanitatem ſi moderatus eſt conterat, vt præfractior & magis ridiculus videatur Democritus, qui vſum veneris damnarit, vt in qua homo ex homine exiliat. Id ad paganos non ad Chriſtianos, apud quos eximia ſoboles deſideratur ad gloriam Dei, & eius cultum, & eximia gerenda negotia in Reip. decus & ſalutem, laudo antiquitatis ſtudium quæ tanti fecit hominis generationem, vt remedia quædam excogitarit ad generandos liberos pulchros & bonos, hermeſias vocatur.

Plin. c. 63. l. 7.

Continet multa laudanda & non negligenda, non ita eſt efficax vt quod promittit emittat & exoluat, & ſpem effectus mentiretur aut eleuaret.

Victus.

Danda quæ ſuccum lentum generant, vt ſunt extrema animalium, & teſtudines, & oſtrea; Arbores ſunt viuaciores, quæ lentum habent ſuccum, exercitium violentum malum, inutilis à cibo contentio animi & iugis actio, ſpiritus ad partes ſuperiores fertur, inferiores fraudatæ ſpiritu imbecilliores redduntur.

Homines ſolertes & negotioſi liberos generant imbecilliores, vulgus eſt proletarium, robuſtos generat.

Magna pars vrbanorum eſt imbecilliore ventriculo, item ſtudioſorum. pertinax vigilia cruditatis parens, ex cruditate affluxus humorum & effluxus: labor naturalis in viſu, auditu & cæteris exceſſus vitetur.

In epid.

Ira vitanda, licet oxythymiam laudet Hippocrates & ex candeſcentiam ad bonos ſuccos generandos & εὐχροίαν. Id de pinguibus & ſucculentis audiendum, non de bilioſis, & graui negotio occupatis & ſtudioſis.

Corpus & animus inſtar duorum equorum viribus æqualium

corpus & animum tanquam curru & vehiculo, id eſt, ſe ipſos trahere debent.

Sinapi, acria, allia ſunt vitanda.

Diæta, aliquando ſiccans & aſtringens.

Portul. intybum (nam quidam aiunt cichoracea ſemen minuere) plantago, lactuc. bugloſſ. borrago in iure conferunt, hordeata, oryza. quidam conſulebat piſtacia, pineas, paſſulas, auellanas, amigdala, ſed parum conſulto.

Semen enim augent, & ad venerem excitandam commendantur, hîc inſtituuntur vt ſit ſemen craſſius vſus ſit vini craſſa diluti aqua, aut ſimplici, aut in aqua torquis aureus candens extinguatur.

Purgatio ex rheo & ſyrupo de cicho. ex interuallis, apozemata ex end. ſcariol. plantag. ſemine lact. citrull. coque in aqua, adde ſyrupum limonum, de granat. roſa. ſiccarum. *Purgatio.*

Opiata commendatur ex acetoſitate citri, ſemine canabis, camphora. ſemine portul. lact. nenuph. floribus, ſemine agni caſti, rutæ. *Opiata.*

Alia opiata ex cydoniis conditis ad ℥ ij. corall. rub. margar. añ. ʒ ſ. balauſt. ʒ j. ſemine agni caſti, & rutæ ad ℈ j. conditum fiat cum ſyrupo roſarum ſiccarum, valent trochiſci de terra ſigillata.

Quod ad topica ſpectat.

Fotus ad perinæum ex foliis plantag. tapſi, centinod. cupreſſo, roſis, floribus cham. cortice granat. ſacculus plenus bulliat in rubro vino & aqua fabrorum. *Fotus.*

℞. Olei roſati, myrtill. maſt. añ. ℥ j. pulueris corall. rab. maſtich. antheræ añ. ʒ j. cum cera fit vnguentum. *Litus.*

Emplaſtrum comitiſſæ & deſiccat. rub. confert. *Emplaſtrum.*

Quæ euocant ad cutim valent, de aquis plumbaribus videbitur ſi res vrgeat.

Inſeſſus in plena, decocto aſtringenti, pelui impoſitis partibus naturalibus.

Teſtudines valent, cancri fluuiales, ſyrupus reſumptiuus.

Semen ſalicis, & vrticis albæ confert.

Valet purgatio ex conſerua roſarum nymphææ, ſymphyti rhabar. myrobalanis conditis, aut ſyrupus conueniens, iuuat mandere rheum cum paſſulis, vtatur vino optimo non huius anni, in quo vina ſunt tenuia quæ ſanguinem ex Hippocrate imbecillum generant & ſerum tenue. 2. *Li. 2. de diæt. Plin. l. 5. c. 14.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 169 sur 359

©BIUM

Abſtineat à diureticis, vtatur pane in lacte ſubacto.

Marcipanes cum carne pullorum conferunt.

Diarrhod. abbatis, electuarium de gummis, paſta regia.

Hæc ſcripta collatâ ſententiâ, M. Iacobi Guillemeau Chirurgi Regij.

ANNOTATIONES.

1. *Quoniam de Gonorrhæa agitur, non venerea, & quæ ſcortatorum eſt flagellum, ſed de quodam ſeminis effluuio naturali & tamen morboſo, vnum annotabo de vſu veneris: diximus vſu veneris vim & corpori & animo inferri, vnde corpora vieta & flacci diora fiunt, animus imbecillior; nec omitti debet nominis eunuchi ethymologia; nomen ipſum videtur ridiculum, quia homo quaſi effœminatur, tamen traxit originem vel* ἀπὸ τῆς ἐυνῆς, *à lecto, cui cuſtodes eunuchi erant ad tuendam coniugum caſtitatem, & quia diligentiores erant & obſeruantiores æqui & pudici, quàm famulæ: vel dicitur eunuchus quaſi* ἐυνὴν ἔχεις, *quaſi magis mente conſtet, ob neglectum veneris vſum; vnde venerea dicebantur* ἀνόητα *antiquis, quaſi extrà rationem ſeu irrationabilia.*

2. *Tiberius ſui temporis medicos ſugillabat, qui Surrentinum vinum laudarent ob tenuitatem ſalubritatemque, cum tamen acidiuſculum foret & generoſum acetum eſſe dicebat: Clodius ſucceſſor nobilem vappam vocabat, talia vina Galli vocant* Ginguets.

CONSILIVM LV.

De febre aſſidua cum grauibus ſymptomatis.

Causa. DOmina Myron Britanniæ incola incidit in grauem morbum, id eſt in febrem continuam cum grauibus ſymptomatis, maximè quia habet hypochondriacum aliquid ab intemperie ingenita: acceſſerunt, & cauſæ externæ de quibus dicam. Tria videntur grauem morbum intuliſſe, cui febris lenta & quaſi hectica ſucceſſit κατὰ τὴν ἐπιγένεσιν. Primum natura & ingenium morborum graſſantium, qui κακοήθεες ſunt, à ſero maligno, putri, ob præ-

greſſa tempora quæ ſuam temperiem non retinuerunt, hinc fœtura ſymptomaton faceſſens negotium medicis, & ægros in metum deſperationis æmulum coniiciens.

Secundum, timor ob naufragij periculum in cymba: Recens erat nupta, confecerat multa itinera diſpendio ſanitatis dubiâ & ancipiti vitâ. *Qui cymba vehitur tantùm abeſt à morte quantũ ligni craſitudo impedit.*

Tertium, natura ægræ à me ſatis cognitæ, temperamentum bilioſius quàm natura ſexus ferat, hinc hypochondriaca, hinc vetus de liene querela; mulieres calidiore temperamento afflictæ ſunt valetudinis, non deſperatæ, hinc Ariſtoteles: melancholici perpetuò medicinam appetunt.

Fruſtrà accuſatur vterus, vt malè fit in omnibus morbis mulierum (quamquam id non ſit negligendum) nupſit nuper ægra, & eius vterus colitur, fruſtrà darentur hyſterica remedia, vt quæ nimiùm calfaciant & augeant viſcerũ æſtum, hypochondriacamque intemperiem, multorum malorum authorem, Quod Hippocrates dicat vterum morborum muliebrium cauſam, id intelligi debet quatenus eſt ἰδιοσυγκρασία muliebris per ſympathiam, aut ἰδιοπάθεια vteri, & ſaluo meliore iudicio hypochondriaca ſymptomata redolent hyſterica ſymptomata. *Vterus muliebrium morborum cauſa Hipp.*

Melancholici ab aduſtione non ſunt vehementer purgandi, cùm melancholici dicantur, non tam ij qui ſucco melancholico abundant, quàm qui partibus ſolidis tales ſunt, eſt ſolertis medici id diſtinguere, nocet vnum pro altero ſupponere ob remedia hyſterica, non negligatur diſtinctio & examen, noua eſt coniux, faciles & fœlices partus, (Deo auſpice) & cultus vteri tanquam fundi ob nouum coniugium erit medela ſymptomatum hyſtericorum. *Ex Aëtio notanda eſt melancholicorum diſtinctio.* *Cultus vteri hyſtericis medetur affectibus Hipp. de morb. Mul. & Vir. ὡς τάχιστα ξυνοικῆσαι ἀ δράσιν.*

Concinnandus ſyrupus cum ſenna, rheo, ſplenicis, addito ſuccis bugli, pomorum, eufraſiæ, yuæ arthriticæ, oxytriphylli, granis Kermes; radice tunicis, pentaphylli, radicis ſcynæ parum ob ſerum putre, tempore ceraſorum addatur ſuccus eorum, flores & folia vetonicæ, valet ſectio baſilicæ & dextræ, & ſiniſtræ; exploret medicus, an non tumeat lien, cauſa ſæpè tabis corporis, tumor eſt diſcutiendus, inutilis alioquin erit opera. *Herba olim vocata nepenthes oblivionem timoris & triſtitiæ inducit.*

Capiti conſulatur remediis conuenientibus iam præſcriptis.

Si hæmorrhoides appareant & caput faciant num opus ſit eas aperire, videbitur, ſunt morbus in muliere, in viro ſanitas. Balnea conuenient, lac aſinæ, ſerum lactis oui albumine clarificatum ad- *Ariſt.*

©BIUM

datur bipinella, aut euphraſia, non ea herba quæ fel terræ, & fumaria dicitur.

Vide Gal. de locis aff.

In hypochondriacis ſæpè accuſatur ventriculus, cum ſit innocens, ſed aut in pyloro aut ieiuno inteſtino mali labes deliteſcit, vt notauit Diocles, quod Galenus primus obſeruauit, vt iam antè notauimus, variis in locis.

CONSILIVM LVI.

De febre lenta & tumoribus glandularum gutturis ſtrumam minitantibus.

TRia ſunt obſeruanda in ægrotante puella annos 26. nata, quæ ante menſes aliquot afflictioris fuit valetudinis, febris lenta quæ præceſſit, & cacochymiam habet parentem cachexiæ: pro fluuium alui meſentericum, linguæ ſiccitas, quam nos in illa à ſomno excitata obſeruauimus, quod eò eſt deterius quia in aurora ſalubri alioqui apparet. Tertium quod metum affert, eſt tumor in glandulis colli chœradum minax, niſi prudenter & ex arte Medici prouidiſſent, & pręuidiſſent, purgando & ſuppuratum impediendo, hoc dirum omen auerterunt, licet fœliciter, (ſed id raro) in quibuſdam ſuppurato tales tumores euanuerunt, cõſumpta membranula quę materiem continebat, maximè ſi pus maturum ſit: nam antè ſi effluat aliquid cancroſum affert, ſic mora quędam licet tædioſa ſecurior eſt. Quidam artis periti (vt non omnia omnes vident) in Chęradum cognitione & curatione vacillarunt, à pituita illas naſci putant, & ad calfacientia & ſiccantia recurrunt, item ad hydrotica calfacientia, hinc in malum cancrum fit conuerſio & tranſitus, dum illa pituita incaleſcit plus æquo & exaſperatur. At, vt ex Platone notat Galenus, pituita non quæuis nocet, ſed ſalſa aut acida: ſalſa eſt atræ bilis ſoboles, & affinis, hinc quibus in facie gutta eſt roſacea, in iis chœradum & cancrorum eſt ſeminarium: imo & arthritidis, ſic grauis error committitur in vſu calfacientium & ſiccantium remediorum, & antiquitas prudentiùs præſcripſit ſerum lactis, aſinæ lac, ſyrupum regis ſaboris. Sic poſt longum morbum tumores in glandulis colli paruerunt, glandulæ

Aurora morbis vt muſis amica ideo, qui morbi circà matutinum tempus exacerbationes habent vt plurimum noxiores ſũt.

Rondeletius in ea eſt ſententia & impendio calfacientibus vtitur.

ſunt

ſunt partes depoſitariæ & emunctoria cerebri, aut maſe affecti, aut onuſti prauo ſucco. Victus ratio humectans & refrigerans confert, cùm iam hecticæ febris ſigna ſe prodant, neglectis tumoribus iſtis ad tempus, licet calfacientia & ſiccantia reiiciamus.

Repreſſa & mitificata febre tantillum ſcynæ in aqua macerabitur, adiuta radice cichorij & polypodij.

Aqua rhabar. cum radice oxalidis, & tunicis, lac aſinæ quod ab Elephante vindicat. *Purgatio.*

Vtatur decocto ſequenti quo die, lacte non vtetur.

℞. Radicis conſolidæ maioris, ſcrophulariæ minoris, enulæ camp. in oxycrato, temperatæ filipendulæ añ. ℥ ſ. ſaniculæ, buglæ, bellidis, piloſellæ, bipinell. robertianæ, beton. añ. m. ij. glycyrr. paſſul. añ. ʒ vj. florum cord. p. ij. fiat decoctio capiat ℥ iiij. pro doſi cum pauco vino albo & ſyrup. capill. veneris, inſtar apozematis. *Apozema.*

Parti applicetur lamina plumbi fugitiuo illiti. vel, ℞. Emplaſtrum diachyl. ireati ℥ ij. gummi ammoniaci aceto ſoluti ℥ ſ. fiat emplaſtrum. *Emplaſtrum.*

Scrophularia ipſo nomine & fronte mirum quid promittit ad curationem chœradum, ſed in exoluendo promiſſo languet, viribus æquat Aron ſeu ſerpentariam calidam & ſiccam, valet ros ſolis, herba dicta, & pes cati ſiue piloſella minor.

Si tumores colli ſint contumaciores, valet hoc emplaſtrum.

℞. Emplaſtri de vigo, duplo mercurio ℥ ſ. emplaſt. de ceruſa, malaxentur ſine oleis, emplaſtrum diuinum mirificè confert. *Emplaſtrum optimum.*

Radix herbæ quæ dicitur gladiolus contuſa cum roſato Meſuæi prodeſt tumoribus iſtis, & per dies quadraginta detur ʒ ſ. puluerís illius radicis miro euentu.

Valent opiatæ ex conſeruis cardiacis non calfacientibus.

Valent hordeata tempore legitimo præſcripta horâ ſomni.

Miraculo proficere aiunt iaceam albam, (quam ſpeciem violæ eſſe aiunt) item papauer rubrum macerant in vino, contundunt, mucaginem tumori choeradico applicant, id remedium temperando prodeſt, & eas habet dotes quas requirimus in remediis ſtrumarum, excluſis calfacientibus, & nimium ſiccantibus.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 173 sur 359

CONSILIVM LVII.

De contumacibus ruboribus poſt exanthemata.

COnſultum eſt vt æger ſumat caſſiam ſæpè, diluto vino vtatur, minuatur ſanguine, ſerum lactis ſumat, aut lac aſinæ: lauetque faciem eodem. vel

Vnguentum. ℞. Roſat. meſu. lauti in aqua nenupharis ℥ iij. nutriti ℥ ſ. pulueris vnguenti citrini ℈ iiij. pro litu faciei. Sed noctu linteum vnctum imponendum eſt.

Pomata cum oleo ex frigidis ſemin. confert.

Lotio. Paretur lib. i. ſ. emulſionis ex ſeminibus frigidis & amygdalis contuſis in decocto anagallidis, hordei, floribus nymphææ, ſem. & foliis acetoſæ, adde ℥ iij. aquæ nenuphar. lauetur facies, aut aqua liliorum cum troch. alb. rhaſis. vel

Accipe ſex pedes veruecinos, contunde cum carne & oſſibus: coque totum in aqua, quæ poſt fiet mucaginoſa, lauetur facies: ſatius erit accipere aquam nenupharis aut plantag. quæ miras habent vires ad faciei nitorem in quibus ſoluitur caphura, aut maceratione ſem. pſyllij.

Item valebit cremor lactis cum aqua roſarum, aut oleum de vitellis ouorum: vel accipitur fruſtum lardi antiquum, coquitur in vino rubro ad perfectionem, vbi refrixit pinguedo ſupereminens aſſeruatur vſui. Duretus radit fruſtum lardi ramenta diu macerata in aqua fontana aqua roſarum excipit & vaſi calido imponit.

Duretipomata.

CONSILIVM LVIII.

De ſerpigine, ſpecie tineæ & pityriaſi.

Purgatio. TEmperamento eſt melancholica per aduſtionem quandam, & id habet à ſtirpe generis nobiliſſ. mulier. Purgabitur opiata laxatiua, ex herbis conuenientibus, hepaticis, & ſplenicis, ſenna,

rheo, ſyrupo de agrimonio Rondeletij, byzantino, regis ſaboris, addtis conſeruis conuenientibus, caſſia in ſero lactis, ſenna cum decoctio carnis vitulinæ.

Parabitur ſyrupus ex ſuccis, cum granis Kermes & fructu halicacabi, at inter cætera recenti. Æſtate huic ſyrupo addetur ſuccus ceraſorum, additis ocellis id eſt floribus vetonicæ altilis, hic confert hypochondriacis.

Detractio ſanguinis certa de cauſa eſt præter miſſa, id medici domeſtici ex prudentia pendet, inde forte malum eſt rebelle magis & inextricabile vt loquitur Plinius. Medicus etiam prudens anceps eſt & labat. pomaceum defæcatum conferet, cui tamen vinum dilutum præferatur. Lac aſinæ aut capræ, vt vitetur hectica diatheſis, vitanda eſt nimia abſtinentia & ieiunium, ſerum lactis colatum cum ſyrupo violato, juleb. roſato. Balnea cum herbis non calidis, ſub finem adde 24. ℔. lactis, antè addatur furfur anagallis, palea hordei. Epithemata ad cor valent. *Balnea.*

Valet paſta deterſiua ex amygdalis nudis, maceratis in aqua roſarum & nenupharis, mica panis ſecalini cum melle, iride florentino, farina hordei, fabarum cum medulla gummi tragacanthæ, extracta in aqua ſcabioſæ, aut eius decocto addita acetoſa, ſunt qui addunt mucorem aut infuſum, ari radicis ſiue ſerpentariæ. A fotu & balneo litus conferet ex ℥ j. roſati Meſuæi cum ʒ j. pulueris mercurij dulcificati: aut applicatio laminæ plumbeæ litæ mercur. dulcificato vnguent. diapompho. de ceruſa. *Paſta.* *Litus.*

Panis in lacte ſubactus: cucurbitulæ ſiccæ & cornicula.

Decoctum ex anagallide, furfure, hordeo, vt antè dictum, fotus ex radice althææ, fol. acetoſæ, violariæ primulæ veris, anagallidis, caulibus rubris, cum melle ſimplici, aut roſato, aut mercuriali. *Fotus.*

CONSILIVM LIX.

Pro filia D. Habert cui tumores in collo, & vlcera in gingiuis ſoboles diatheſeos ſtrumoſæ.

MVlta de cerebro dicta ſunt cur frigidum & glutinoſum, item de tempore, quòd à ſero putri morbi graſſantur,

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 175 sur 359

©BIUM

tempora enim à ſua temperie degenerarunt, quæ nunc prætermitto, glandulæ colli ſunt quaſi depoſitariæ cerebri, aut malè affecti, aut prauo humore onuſti: Et vlcera multa vidimus, & diros abſceſſus, in quibus quia interni iuxtà & externi erant, cutis contrà ſe afficeretur, quia vlcus intus, foras, & contrà penetraret, hinc gingiuarum labes humore tracto & tranſmiſſo.

Purgatio. Conſulendum capiti, repurgandum etiam tabella diacarthami, de citro, aut ſucco roſarum.

Syrupus. Syrupus magiſtralis cum chamædry. chamæpity. tertia ſpecie ſymphiti, aut potius tertia ſpecie oxylapathi quæ bonus Henricus dicitur, agrimon. ſaluia vita, veronica, vulnerariis herbis, pauca medulla Guaiaci, pentaphyllo, addatur rhabar. ſenna, agaricus, ſyrupus byzant. roſar. pallidar. ſuccus, aut decoctum florum perſici.

Huic miras dotes tribuit Fuchſius.

Opiata. Loco ſyrupi fiat opiata ex decocto ſimili & laxantibus, addendo conſeruam violarum, bugloſ. nenuph. meliſſæ, betonicæ, corticem citrij, cum puluere ſarſæparillæ, ſcynæ diarhodone abbatis, addendo duas tabellas de ſucco roſarum.

Decoctum ſudorificum blandum.

Cucurbitulæ ſcapulis: hirudines temporibus: Emplaſtrum de betonica capiti.

I. Horâ ſomni conſeruæ cephalicæ mediocres non calfacientes, errhina ex non calidis conferent quæ blandè ſuum mucoſum è capite eliciant.

Foris quadrantia ceronea, cataplaſmata ex farina lentium, orobi, fabarum, cocta in hydromelite, addita therebinthina, emplaſtrum diuinum, diuinum effectum, & officium præſtabit.

Potui domeſtico vino, aut aquæ addatur ſarſaparilla, aut ſcyna.

ANNOTATIO.

1. *In vſu errhinorum magna cautione vtendum eſt, ſiue vtendi tempus & particulare & vniuerſale conſideres, ſiue materiam. De tempore quod duplex eſt, particulare vt ſingulis diebus, aut manè, aut veſperi; veſperi omnia ſunt cruda, manè cocta & parata excluſioni, ſic quod errhinum commodè vſui eſſe poterit matutino tempore, veſperi inutile eſſe poterit à cœna; manè enim ſequax & obediens eſt materia, veſpere rebellis: ſerò craſſa per cruditatem, manè*

per coctionem, crassa fit enim, lævis, & æqualis, sic minore negotio extunditur; quò pertinet locus celeberr. Hipp. 3. de diæta, nares citra causam apertam à cœnâ implentur, & repletæ esse videntur, emungunt autem nihil, vbi manè deambulare & exercere cœperint, emungunt ac spuunt; mucus & saliua, repletionis sunt κρίσις 1. index & signum: quiescente corpore meatus spiritus illa obturant: vbi calefactum est corpus præ labore attenuantur & excernuntur.

Pro diuersitate temporis varia errhina vsurpãtur.

De tempore particulari dictum est, de vniuersali dicendum. Alia errhina æstatis tempore, alia autumni, alia hyemis vsui esse debent: in materia ferè peccatur, ferè enim omnia ex herbis calidis & siccis parantur, vt hyssopi, maior. stœch. anagall. cui postremæ vis inest maximè detersoria, desiccatoria, & ob calorem nonnullum attractoria. At magna hominum pars non mungit facilè, ob siccitatem quandam & caliditatem quæ inest in capite, id genus sunt bilioſi, melanch. atrabilarij, qui curis & solicitudine animum exercent, ab eorum enim naribus nil excernitur, nisi partes hæ fuerint præhumectatæ. Ideo Hipp. 3. acut. dicebat balneo nares humescere, sicque valet potius quæ suo blando calore & halitu humido partes istas tepefacient: de maioranæ pugillo in aqua multa macerato dici hoc potest, quòd tutò vsurpatur à nonnullis; tutius betæ, & anagall. succus, hydromeli. ad deterg. & humect. conferre potest.

CONSILIVM LX.

Ad ardorem & reliquias antiquæ Gonorrhœæ.

COgitatur de isto fluxu non omnino sistendo, sed moderando, in id præscripta victus ratio conueniens. 1. *Emulsiones.*

Consultus vsus emulsionis ex decocto hordei amygdalis semper. vermiculari, sem. frigidis, aqua plantag. & rosarum, syrupo violato. *Bolus.* Bolus ex cassia, rheo. cum terebinthina & diatrag. frigido, pauca conserua nymphææ, sub finem, cum rheo solo pro litu ad perinæum rosato Mesuæi addatur parum argenti viui in succis saluiæ & limonum extincti prosunt temperata, si calor adsit, inie- *Litus.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 177 sur 359

ctiones ex refrigerantibus aquis, hordei decocto, lacte, vulnerariis herbis: tandem ad aluminosam aquam deueniendum.

Vsus conseruæ rosarum nenuph. cum cydoniato Aurelio & myrobalanis conditis.

Opiata. Opiata laxatiua ex conseruis aptis, rheo, & senna: vel tabellæ roborantes ex santalis conf. rof. Karabe, & rheo: item pilulæ sub finem vsui esse possunt, ex aloë lota, Karabe, senna, rheo, pulu. iunip. *Pilulæ.* & hederæ, excepto tereb. aut syrup. de althæa. Alternis diebus exhibendæ sunt tabellæ diatragacanthi. syrupus additis herbis vulnerariis halicacabi fructu, ciceribus, transcolata: conserua rosacea valet pro potu, aut decoctum scynæ cum rad. cich. aut cum oxyacantha. Sed quia æger est salax & libidinosus, id quod fluxum ad partes imas prouocat, danda quædam remedia quæ semen minuant & quæ ad sterilitatem faciunt, aqua rhabarb. in qua radix sanamundæ pentaphylli incoquatur, hordeata conferunt.

Bolus. Item terebinthinæ parum lautæ ʒ ij. mellis parum, pulueris diatrag. frigidi. ʒ j. fiat bol. meminimus ante iniectionum. Iterum di- *Iniectiones.* cimus eas parandas ex hordeo, palea hordei, veronica, pilosella, bellide, semine cydoniorum, psyllij, consolida, medulla guaiaci, agrimon pentaphyllo, plantag. florib. hyperici, cum syrup. absinthij, rosarum siccarum melle ros. Trochiscis albi rhasis, sub finem malo rebellante. alia iniectio conueniet ex aqua plantaginis myrthi, solani vel decocto eius, cum trochiscis rhasis & pauca aqua aluminosa, vel tantillo hydrarg. dulcificati.

ANNOTATIO.

1. *Videndum sedulo ne diuturnum ceruicis vesicæ vlcus nobis imponat. Ex hoc enim, curata interdum gonorrhœa, perinde atque, è prostatis post diuturnas gonorrhœas purulenta quædam illuuies, aliis in totam vitam, aliis donec iusta curatio adhibita sit, stillare & ægri indusium commaculare consueuit, quæ Gonorrhœam ementitur.*

CONSILIVM LXI.

De Satyriasi.

QVidam vxorem duxit, post aliquot annos laborauit satyriasi, eàque vehementi & molesta, longè ante Gonorrhœa laborarat, à qua liberatus erat, & à matrimonio vxor eius ne minimum incommodi sensserat; viscera habet calida & æstum internum (is enim est temper. melancholicus) sæpè conquerendo obiicit. sentit acrimoniam & nitrosi humoris velut insultum & impetum. Opinio primi deliberantis saluo nostro iudicio, vt benignè præfatus est, fuit, vt enematis primum consuleretur, phlebotomiâ, blandis medicamentis non neglecto respectu humoris melancholici additis seminibus viticis & nymphææ. Probauit quoque balneum, lac caprillum, opiatam ex conseruis refrigerantibus, & aliquantùm corroborantibus, litum ad partes naturales & lumbos ex nenupharino. Oleo & rosato Mesuæi. Animo & corpori prouidendum putauit: Animo contrà pathemata, quòd ad illecebras & imaginarias voluptuarias cogitationes attinet: cogitatio voluptuaria cum illecebris semen auget alliciendo & sensim deorsum attrahendo, maximè cum picturas pulchras, aut mulieres cogitant, aut vident. I. *Causa.* *Litus.*

Vtatur iusculis æger cum extremitatibus vitulinis & gallinis cum hordeo & passulis, ita moderatos esse oportet vt contemperatio adhibeatur, & stimulus veneris omnino non tollatur: valet syrupus de pomis simplex & cum senna, syrupus nenupharis, iuleb. rosatum, syrupus violatus. Opiata laxatiua cum senna, tamarindis, materialibus syrupi de cichorio composito, cassia, manna, conseruis temperantibus, tabellæ diatragacanthi frigidi ex interuallis. Opiata corroborans, Balneum vniuersale & particulare; lac asininum, serum lactis clarificatum cum albuminibus ouorum, addito syrupo violato & iulepo rosato, aut saccharo violato, aut buglossato. Iniectiones in penem ob glandulas malè affectas, aliquando ob vlcusculum in glandulis ipsis. *Opiata.*

Aluus sit semper mollis, vel arte, vel natura: qui aluo sunt sic-

ciore, ſunt libidinoſiores (quanquam hoc diſputari poteſt) priapiſmo, ſatyriaſi, & gonorrheæ obnoxij magis. In pelui lacte plena inſideat, addita portulaca, trifolio, nymphæa.

Aeizoon & cichoracea ſunt minùs apta, quia generationi obeſſe dicuntur.

Sunt qui laudant trochiſcos de camphora.

ANNOTATIO.

1. *Aliud eſt homo inſulſus, aliud fatuus, ille caret ſale, & non excitatur facilè ad venerem, fatuus non poteſt facilè explicare venerem & explere, ſenex vanum trahit laborem, licet excrementa ſint ſalſa & nitroſa: vnde gementes dicuntur à comico. 1. tuſſientes & quaſi gemebundi ob excrementum nitroſum, ideo dantur lenientia ad ſputum mouendum non calida vt in aſthmaticis à copia, vnde laudatur pulegium quod vitia pulmonum facit excreabilia, vt loquitur Plinius.*

CONSILIVM LXII.

De vertigine & ſymptomatis melancholicis & hyſtericis.

OMnibus diligenter expenſis, iudicamus oculorum ſuffuſionem & tenebricoſam vertiginem, à vaporibus melancholicis, tam ab hypochondriis quàm ab vtero elatis originem ducere: quamobrem diſtinctione opus eſt, & affectarum partium maximè habenda ratio. nam remedia quæ vtero ſuam dicarunt operam, calida tenuiumque partium boni vel tetri odoris hypochondriis nocent, vertiginem augent, capiti, iecori & præcordiis plurimùm obſunt: ſic iudicio opus eſt, vt prima mali cauſa innoteſcat, & eâ cognitâ, legitima præſidia adhiberi queant. Obſeruatum eſt N. D. à teneris annis capitis doloribus fuiſſe obnoxiam, quæ cauſa eſſe poteſt cur hæc pars citiſſimè afficiatur. Et ad id non mediocriter conferet exquiſitus neruorum & cerebri membranarum ſenſus, ideò non probamus remedia calida & odorata, ſeu interiùs aſſumpta, ſeu exteriùs adhibita, ſiue in balneis (magnoperè tamen profuturis,) ſeu

Cauſa.

Offenſis obnoxia infirmitas ait Celſus.

ſeu in fotibus regioni ventriculi admouendis, iuuandæ coctioni & flatibus diſcutiendis dicatis & acommodatis.

Delectus ſit ciborum; humectantia maximè conferunt, à calidioribus & ſiccioribus alimentis abſtinendum. *Victus.*

Moderanda omnis animi actio & contentio, cura & negotiorum grauiorum tractatio ſeu πολυπραγμοσύνη.

Aperiatur ex interuallis vena brachij, aut temporis dextri, ſi dolor vrgeat, aut crebriùs vertigines adoriantur. *Phlebotomia.*

Vtatur opiata & conſerua ſolutiua à D. Quercetano præſcriptâ, quam ſi reſpuat, eius loco parabitur ſyrupus magiſtralis, non minoris virtutis & efficaciæ, ſi hyſtericis diuexetur ſymptomatis, clyſmatis vtendum, vitandaque erunt, peculiari de cauſa, niſi vrgente maxima neceſſitate, fœtida naribus admouenda. Somnus conciliabitur ſyrupo nymphææ cum tantillo diacodij vt exquiſitior partium ſenſus ſpirituſque quodammodo conſopiantur, conuenienti tempore balnea aquæ tepentis fumo & odore carentis ex vſu erunt incoctis foliis viol. nymph. bugloſſ. lapathi borrag. Et vitis æſtate maximè, hora ſommi cap. conſer. roſar. bugloſſ. borrag. cum tantillo conſ. meliſſæ & conſolidæ. Denique maximè prouidendum, vt cognoſcatur fons & origo affectionis huius, nam dolores acerbi de quibus conqueritur N. D. non omnino ab vtero, ſed ab hypochondriis & cerebro repetendi ſunt, quod quadam conſortij lege ſeu per ſympathiam laborat & cuius maximè habenda ratio eſt.

CONSILIVM LXIII.

De morſu canis rabidi.

IN omni morſu cauendum, etiam ſi non rabiat, dente canis omnis virus gerit. Teneatur vulnus apertum per dies quamplurimos, parte morſa ſi non ſit neruus, aut tendo inſignis ſcapello eſt ſcarificanda pars, aut ſanguiſugæ admouendæ, & cauteria ſine magno dolore, applicanda cucurbitula, aut pullus per medium ſectus, cataplaſma valet ex allio, fermento, cæpa, theriaca, & momento ſalis. Stercus columbinum cum ruta viridi, panis è clibano extra- *Cucurbitula cum ſcarificatu.* *Cataplaſma.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 181 sur 359

©BIUM

ctus, aut toſtus vino, aut aqua vitæ madefactus. Celſus admouet ceram cum reſina, ammon. Galb. allium, mel, ſinapi cum nucibus; Oxalis ſumpta, & admota cum allio & fermento prodeſt, ne lauetur vlcus aquâ ſolâ, alioqui decreto omnium eſt incurabile, æger injiciendus in aquam, vt cogatur liberè, vino cum ſale, aut muria ablui poteſt vlcus. Theriaca ſumpta, admota, & quia æger adierat aquas marinas, & rubor inſolens apparebat in facie ſanguis detrahatur ex vtraque baſilica, lotio faciei valet cum lacte aſinino & anagallide: bis in hebdomada blandè purgetur decocto ſennæ, ex bipinella, ſcordio, eufraſia & bugloſſo.

Vene ſectio.

Ius bipinellæ & acetoſæ cum vino albo pauco alexiterium eſt, pugillus madeat in vino, opiatæ vſus, conſerua cum puluere cancrorum fluuialium, aut eorum puluis cum vino albo per multos dies ore ſumptus.

Sudorificum blandum vſui eſſe poteſt cum aqua ſcabioſæ, bipinellæ, vlmariæ & theriacali, impoſitis lagenis aqua plenis, præmiſſis remediis ſequ. de balneo controuerſia eſſe debet.

Purgatio. ℞. Meliſſ. oxal. bipin. ſcabioſ. ſcord. añ. p. j. ſem. ocymi, & cardui añ. ʒ ſ. fol. ſenn. ℥ ſ. caryophyllo ʒ fiat decoct. in qua infunde rhei elect. ℈ iiij. cinn. ℈ j. in colatura diſſ. ſyrup. roſ. pall. ℥ j. conf. hamech. ℈ iiij. fiat potus.

Opiata. ℞. Conſ. bugl. borrag. anth. añ. ℥ j. conſ. meliſſ. cort. citr. cond. ſaluiæ añ. ℥ ſ. pul. canc. fluu. ʒ j. ſ. theriaces. ʒ ij. fiat opiata cum ſyrupo de pomis, vtatur manè & veſperi.

Syrupus. ℞. Rad. oryl. ℥ j. rad. & fol. acet. m. j. bipinellæ, rutæ meliſſ. ſcordij, plantag. vetonicæ & beton. añ. m. ſ. rad. ſanam. ʒ vj. ſem. ocymi & cardui añ. ʒ j. ſ. fiat decoct. in aqua bull. fol. orient. ℥ iiij. feſtucarum ellebori nigri ℥ ſ. diſſol. in colatura tabellas elect. de ſuc. roſ. tres ſyrup. roſ. pallid. ℥ iiij. fiat ſyrup. cap. bis hebdom. cum aqua ſcordij, & bipinellæ ℥ ſ. aut ʒ vj. pro qualibet doſi.

CONSILIVM LXIV.

De affectione hypochondriaca pro angenoſij vxore.

NOn eſt artificis rationem ſemper reddere cur id vel illud ægro præſcripſeris cum & artis, & vſus fiducia pronuntiet, edicat vt artifex hoc vel illud faciendum denique ἀυτὸς ἔφα ne ſi rationem reddat hæſitanti ægro & omnia ſecura metuenti maiorem hæſitandi occaſionem prætexat ac inſinuet. Medicorum, & aliorum in arte magiſtrorum decreta, tanquam ſenatus conſulta eſſe debent, quorum ratio vt omnia arcano pectore concluſa non niſi loco & tempore ab eo tanquam ab oraculo elicienda eſt, tamen apud magiſtros artis ſuccinctè & præcisè, non ad pompam & faſtum dictorum factorumque rationem reddere medicus conſortione officij, vt frater non erubeſcit, nec eum quantum id fiat pœnitet, modo ad ægrotantis ſalutem id referatur. Certis argumentis collegimus in nobili muliere, cui nos remedia præſcripſimus aliquid eſſe hypochondriacum, quod nomen habet aliquid latentis energiæ quæ opinione maior eſt, & plura ſe effectu promunt & efferunt quam nomen & affectionis ratio promittat. In intemperie cal. ſicca primarum venarum, vnde alimenti non ſit elixatio halituoſa, ſed aſſatio fuliginoſa & λιγνώδης, & in phlogoſi dioclæa conſiſtere videtur, quaſi verò, tot ſymptomaton quæ hypochondriacos querulos, & ærumnoſos reddunt fibræ, ſoboles, propagines, ab iſta tantula intemperie tanquam ab antiqua matrice & radice pullulent & oriantur. Adeò obſcurè eius affectionis reconditior eſt cognitio, manifeſti tamen effectus, licet origine noti, quia diſpoſitio hypochondriaca & fautrix & alumna, hæc tamen non facilè agnoſcitur, in hypocondriacis ſanguis eſt acriuſculus, nitroſior, alendo ineptus, quem & carnes repudiant, & neruis moleſtus eſt, vnde punctiones, ſtupores quaſi paralyſeos minaces, mille querelæ, mille tædia, dolores animi, & corporis, mille cruciamenta, fixi, vagi dolores, quaſi maligno ſpiritu errabundo, & ab incerto fomite naſcente, per omnia penetrabundo tanquam lu-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 183 sur 359

pus eſt qui patrem non vidit, hîc dolendi & querendi non eſt intermiſſio. Tabeſcunt & in dies macreſcunt tantiſper dum ἐυεξίαν habent atque ἐυσαρκίαν ab iis tædiis immunes ſunt, maximè dum calor in humido radicali nutritur, & fouetur, dum halituoſus eſt, ſed dum ἔκλαμψιν is facit, & acriuſculus fit, non ampliùs irriguo humore radicali fotus, tepefactus ac manſuefactus tunc, hypochõdriacos affectus, vt latẽs anguis ſeſe prodit & ſenſim nitor faciei deperit & ἐυεξία tollitur, dilabitur corpus, ac extenuatur, nec priùs hypochondriaci meliuſculi ſunt, quàm cùm pingueſcunt, licet primus nitor atque ἐυσαρκία ſit irreuocabilis, vnde Ariſtoteles & Phyſici; Melancholicos dicunt medicinam appetere, quia eorum corpus pungitur ac dolet, & infœlicibus plantis, ea conterunt vt prius dictum ac mirati ſumus in ægra noſtra factam mutationem ipſius habitus ϗ ἕξεως corporis. Antè paucos annos corpus habuit ἔυσαρκον quaſi ἐυεξίαν habens, cum coloris ſuauitate, vt videretur quaſi præ mole corporis ἄναρθρος, nunc macra ac dilapſa apparet, & ab eo tempore morbi & dolores apparent, ac ſoboleſcunt. ἐυεξία bona vt ſignum & vt cauſa. habet ἐυσαρκία multa commoda, aut pauca, aut nulla, niſi fortè mouet illud Hippocratis, conducit ad ſapientiam, vt minimè carnoſi ſint homines, nam ad carnis ἐυεξίαν ardoris inflammatio conſequitur, cùm autem quid tale accidit aquâ ſuperatâ homo ad inſaniam adigitur, attamen dictum iam ante carnis bonam ἐυεξίαν in iis quibus æſtuant viſcera, & qui in album hypochondriacorum referuntur, procurandam eſſe, nam in his poſt maciem ἐυεξία eſt quaſi ſanitatis terminus & ad benè de ægro ſperãdum ſignum: immo ad morum ſuauitatẽ valet, id declarauit Cæſar qui minus metuebat à Dolabella & Antonio, vtroque elegante ſucculento & florido, quam à Caſſio & Bruto macilentis, ſubtriſtibus & ſtrigoſioribus, itaque id dare operam oportet in ægra noſtra vt eliſis, ſi fieri poſſit, fibris affectionis hypochondriacæ quæ falsò credita paralyſeos rudimenta, dolores, inflammationes & mille tædia alia ſuſcitat vt primæ ἐυεξίᾳ reſtituatur. Id fiet idoneâ victus lege, purgatiunculis ſæpiùs repetitis, phlebotomia parca manu celebrata, clyſmatis refrig. hordeatis, emulſionibus addito ſemi. pap. albi, balneis, lacte aſinæ.

In hiſtoria de Eymontio.

1. *de diæta ad finem.*

3.

Matri magis formidandi quam floridi & ſucculenti.

ANNOTATIONES.

1. *Sic apud Comicum in Andr. obſtetrix dicit, date bibere quod iuſſi,*

date quod imperaui, ſic authoritatem medicorum imitata.

2. Vnum maximè notandum de melancholicis quod maximè habenda ſit ratio aduſtionis, & caloris adurentis propterea non ſimpliciter calor conſiderandus id teſtatur natura, conditioque tumorum ab eo humore natorum, nam plumbum & ceruſa maximum auxilium adferunt. Quid ita? quoniam eſt virus quoddam iunctum cum aduſtione, quod ſola tro plumbagine ceruſa, plantagine, emendabile eſt, cæteris impendio magis irritatur & efferatur.

3. Melancholici pinguefaciendi ſunt alioqui eorum humores ferociunt magis, dulcedo enim enim alimẽti temperat & ſuauiores mitioreſque reddit humores, contrà quia melancholici perpetuo conqueruntur moleſtumque rei cuiuſpiam ſenſum habent, putant extenuatione, purgatione, ſibi opis non nihil poſſe adferri, at contrà fit, nec enim tam quantitas humorum moleſta eſſe ſolet, immò benè habent illi cum εὐεξίαν compararunt, dummodo ἐυσαρκία non impediat diffiatum fuliginum, quæ etiamnum in talibus viſceribus generantur, nil itaque tam noxium eſt quàm fames, abſtinentia, extenuatio, & ſi in aliis extenuatio iram prouocet multò magis in melancholicis conſilium eſt Hipp. dum loquitur de iis quibus aſpera arteria exulcerata eſt ob acres fluxiones, & tuſſis iugis, eſt permoleſta, ſtudium curaque eſſe debet, vt ij reficiantur & quam craſſiſſimi fiant, denique neceſſum eſt vt idem hìc contingat quod arboribus quæ æſtatis initio adferendos futuros æſtus vmbram ſibi ex foliis & pampinis comparare ſolent, nam talia corpora ſimilia ſunt arboribus quæ in regione arida & ſiticuloſa naſcuntur, ait Themiſtius.

Bonus habitus confert melanch. dummodo diffiatum nõ impediat.

Hipp. lib. de diet.

CONSILIVM LXV.

De cholera morbo pro D. *Angetio.*

MAgni refert, vt qui reip. vtiles ſunt & benè præſtiti muneris, officiique fiducia ſint commendabiles, firma ſanitate fruantur, ſalus enim reip. cum eorum ſalute conſungitur, & ex valetudinis detrimento, reſp. nonnihil capit detrimenti. Sic olim inter vota quæ pro principe nuncupabantur, id primum, vt vita prolixa foret, eodem

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 185 sur 359

©BIUM

& iure pro magiſtratu idem fieri debet; quæ cauſa fuit vt vnum de D. Trancautio aſcribere officij noſtri ratio monuerit, quod ad eius ſalutem apprimè pertineat. Cholera morbus ſæpè nobis & videntibus & medicis eum ſæpè præhendit, morbus ita acutus & præceps vt ferè & vitæ filum præciderit & ita præceps vt tenui, extremaque ſpe ſalus eius penderet, facies illa Hippocratica cum oculo cauo characteris & coloris mutatione apparebat, apud Hippocratem choleram, morbum acutiſſimum ἀπὸ τῶν χολάδων dictam quod χολάδες inteſtina vocentur παρὰ τὸ χολῶδες τοῦ ἥπατος δέχεσθαι. duplicem reperio, vnam humidam: ſiccam alteram; in humida eſt perturbatio ventris immodica bilem per vomitum & deiectionem excernentis. Morbus hic facilè hominem conſumit, ob defectus animi, frequentes bilis & crudorum humorum excretiones, quas excipit ἐφίδρωσις pulſus vermiculans, ſurarum contractio, & tenſio, frequens morbus, iis quibus, aut alimentum in lactibus corrumpitur, aut non diſtribuitur, & effectu ſalutaris eſt, quia ſi æger ſuperſit ſanior degit. Sicca cholera dolorifica eſt, quia fit à maligno flatu diſtendente & diuellente; iis familiaris eſt qui aut fungis veſcuntur, aut valdè crudis alimentis, mixto vino generoſo, pipere, ſale, allio; nulla penè fit excretio, quòd flatus obicis inſtar impedit, ſed venter differtur dolore ac quaſi diſrumpitur. humida eſt cholera quæ dominum afflixit, & niſi repurgetur antequam morbus ſit redux, aut vena illi ſecetur ſi quid vrgeat, verendum, ne oſcitans, imprudens, & nimium ſui ſecurus opprimatur, & quoniam omnis mali præuiſio eſt inutilis ni ad eum cautio ad hibeatur, ideò medicus familiaris & ſæpè in aurem perſonet quid & quantum periculi re neglectâ ingruat; Summaque rerum in eo eſt, vt bona victus lege vtatur, vt blando medicamento tertio quoque menſe vtatur, hæc præcautio morbum imminentem arcebit cum faciliùs excludatur morbus, quàm iam introductus expellatur, & quanquam de eo morbo aliquis ſecurus eſſe poteſt quo ſæpè depræhenſus ab eo liberatus eſt, tamen ea falſo credita ſecuritate, & à periculo liberatione, non eſt viri boni ſalus ſæpiùs periclitanda, hic enim canon prudentiæ apud comicum. Quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere.

Cholera duplex humida & ſicca.

Celſus ſic loquitur.

Eadem ſunt præcauendorum & curandorum morb. præſidia.

Facile quis ſecurus eſt in iis quæ ſine periculo euaſit ille ſollicitari debet cui hæc noua ſunt Celſ.

CONSILIVM LXVI.

De *febribus diariis hectica prodromis & rene purulento.*

D.Robinelli vidua laborat intemperie calida ſicca quæ febris hecticæ minax eſt, & cùm non videatur febricitare, habet quaſdam diarias, quæ febres hecticas, aut veras, aut nothas prægrediuntur, vt aliàs ex Arculano annotauimus, vetus quoque eſt querela renis purulenti, immo neſcio quod tabum, aut ſemen maleficum circùm partes vteri ſtabulatur, quod conſpirat in eius perniciem, fouet, & alit alia mala ſic, vt continuatio, & ſeries quædam ſit malorum, hinc illæ lachrymæ, hinc illa miſericordia, & medicorum aures perpetuò obtunduntur, ac verberantur, hinc reperimus verum illud Hipp. ſummum eſt bonum ſanitas, diuitiarum, aut bonorum corporis nulla eſt vtilitas citra ſanitatem: nec mirum ſi artis præſidia eludantur nam naturam obſcuram, (id eſt intemperies & quæ ab ipſo ſunt fata) mutare difficillimum; non transformantur, corriguntur quidem. Et mirum cum veteres calidæ intemperies, ætatis flexu & fluxu curentur, aut minuantur per Hippocratem. Cur hæc mulier veritatem illius oraculi Hippocratici non perſentiſcat, maximè vero cùm in victus ratione non peccet, præter intemp. etiam malam partium diatheſim, atque διαφθορὴν accuſare licet, tot ſymptomatum cauſam. Corrigendæ ergo intemperiei conueniet vſus ſyrupi ex ſucco plantaginis vtriuſque, acetoſæ, lamij, addito nenuph. ex iuleb. roſato, vt moleſtias caloris adurentis & hæmorrhoidum deuitet. Pomatio vtatur, opiata laxatiua, qualis poſt deſcribetur: clyſteribus ex ſero lactis addito butyro, plumbeato, qualitas enim plumbi hic apprimè confert, vel iniicientur hordeata, vel aquæ refrigerantes cum mucaginibus. vtetur emulſionibus, item paſta (in formam maſſæ panis) in quam ingredietur ſemen papaueris: in calore iſto & phlogoſi conferunt glutinoſa, & lenta quia eum ſuo lentore domant & temperant, vt de glycyrrhiſa aliàs annotauimus. Immo eſt de-

L. 3. de dieta. 1. *In epid. morbi connutriti in ſenecta relinquunt Gal. in comm. interpretatur de calidis.* 2.

liberatum num litus ad lumbos ex hydrargyro pauco conferret.

3 lib. meth. Caſſia valebit, quanquam in ardore renum Rondeletius (neſcio quo motus conſilio) caſſia interdicit, quia ait, calfacit propter nonnullam quam in ſe habet caliditatem.

Ibidem in meth. Sed & ob vlcus vetus renum quidam conſuluere vſum decocti ſudorifici. Ita Rondeletius. poſt euacuationes vtile erit promouere ſudores, vel ingreſſu, laconici, vel guaiacino cremore qui mouet ſudores, vlcera terget, copiam vrinæ minuit, ſic in omni vlcere renum, & veſicæ iuuat, & hæc quæſtio eſt de apicibus artis.

Iniecti clyſmi ex mollientibus plantag. foliis papau. ſeminibus frig. & ſemin. papau. ſemine pſyllij cydon. coctis in ſero lactis. Addita eſt aliquando clyſteri ʒ ſ. pilullæ de cynogloſſo.

Facta eſt opiata ſoluens ex ℥ ij. foliorum ſennæ coctis cum althæa, fumaria, plantagine, bipinella, cicerbita, roſtro porcino, paſſ. diſſolutæ ſunt ℥ij. caſſiæ additæ ʒ vj. thamarind. mucaginis ſeminis pſyllij extract. in aq. parietar. ʒ vj. vſa eſt ad ℥ j. præſcriptus ſyrupus de papauere rubro, data quotidie mane de hac opiata ſequente ad quantitatem nucis.

℞. Conſer. roſ. nenuph añ. ʒ iij. raſ. eboris, cornu cerui, elect. triſant. añ. ϑ ij. limaturæ chalibis præparatę ʒ iij. cum ſyrupo de cichorio ſimpl. fiet opiata ad vſum.

ANNOTATIONES.

1. *Optimum benè valere; ſecundum formoſum eſſe: tertium habere diuitias nulla fraude quæſitas, ait Plato in Gorgia.*

Hipp. συγγενεῖς vocat in epid. καὶ σωτρόφους. 2. *In doctrina Hipp. ſunt morbi congeniti ſeu connutriti, Plinio parentales dicti, qui vt hæreditates ad poſteros veniunt atque in mancipatum ſuntque æternæ poſſeſſionis, ſic in eos morbos non eſt longioris temporis exceptio.*

CONSILIVM LXVII.

De *Rheumatiſmo.*

Balzonius citat libellum VXor D. Piiartij Aurifabri videtur laborare ea affectione quam ῥευματισμὸν vocamus de quo libellum deditâ operâ exarauimus

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 188 sur 359

exarauimus, cuius vis in eo consistit, vt & effluat in habitum humor, aut impulsus à partibus internis robustis, aut rigato toto musculoso genere per διαχυσιν quandam humorum in habitu contentorum: immo vero id fit forte & per impulsionem, & per attractionē. Itē vis cōsistit in eo vt à parte in partē subinde fiant translationes, vnde tandem insignis circum articulos abscessus excitatur, in plenitudine & cacochymia id maximè excitatur, vt Hollerius annotauit, vulgus ad caput id refert & soli capiti studet, ratus fluxionem esse à capite. Gal. ad robur partium principum se se liberantium prauo humore dispendio imbecilli corporis habitus, in quem relegant deponuntque suas sordes. Duo sunt loci commemorabiles, qui non longè sunt dissimiles huc adducendi vt ex iis demonstratio aliqua desumi queat, prior est in aphorismis, cum loquitur de fluxu immodico sanguinis: Fieri potest, ait, si ora vasorum ad vterum pertinentium plus æquo aperiantur, & si sanguis, vel tenuior, vel calidior fiat, & totum corpus ob aliquem malum habitum grauetur sanguine, licet suam symmetriam copia non excedat, expellit ideo ad venas vteri, vt accidit ἐν ταῖς ῥευματικαῖς διαθέσεσι in quibus aliàs in aliam partem fluxus fit, fieri potest (inquam) vt immodica mensium sit euacuatio.

suum de rheumatismo anno 1643 editum.

Lib. de mater chirurg. cap. de repell. 8. cap. de sang. missione.

Alius locus est Gal. de venæ sect. partes imbecillæ, ait, excrementitiis morbis capiuntur hâc ratione τὰς ῥευματικὰς διαθέσεις fieri scito, vniuerso corpore imbecillo existente, quæ vna est aliqua, κακξίαις, id est, mali habitus species, principibus illius partibus, licet in iis paucus sit sanguis, grauari solitis, eumque ad carnosas iuxtà cutem partes protrudentibus, & magis ad glandulas, & cæt. Et paulò post, Quibus pulmo, lien &c. cerebrum, carnoso genere natura sunt robustiora, in iis ad glandulas & carnes fluxiones perueniunt, cum præsertim, vniuersus corporis habitus imbecillus fuerit, vt ἐν ῥευματικαῖς διαθέσεσι. quo in casu Gal. roborat partes, euacuato priùs sanguine, licet imbecillitas sit carnium, & mirum quod immodicus non est sanguis, suam enim symmetriam quantitate retinet, quare ergo grauantur partes? si modicus est sanguis, imo si parcior vnde tanta νωθρότης. Aiunt id fieri ob imbecillitatem partium, nam imbecillo homini exiguum etiam pondus oneri est, & cum partes robustæ sese exonerant in genus musculosum & glandulas, fit quædam plenitudo ad vires. Ego verò non tam ad quantitatem sangu nis id reuoco, quàm ad vitium quoddam eius, imbecillitas partium & habitus non est sine morbo, ca-

8. cap.

1.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 189 sur 359

©BIUM

chexia ipſa & ſumma decoloratio habet & deſignat aliquid κακοήθες. Non in aliqua euacuatione ſanguinis & corporis externi, habituſque roboratione ſalus ægrotantium conſiſtit vt placet Galeno; alia quædam ratio inquirenda eſt vnde videmus & cachecticas & decolores virgines non iuuari, aut ſanguinis detractione, aut purgatione, (licet vtrumque queat vſurpari, ſed curatio non inde pendet) balneæ naturales, & crocus martis, miraculo curant. Qui eſt latens, aliquid quod non niſi medicamento virium latentium exigatur & depellatur, fidem quoque facit quod cachexia ipſa in leucophlegmatiam, aut elephantem degenerat ac terminatur. Vide plura alio loco in morbo huius mulieris & in omnibus ſimilibus, ex dicto Hipp. omnes cauitates & inania muſculorum ichore replentur. venæ ſectio in hoc affectu remedium eſt ἡγεμονικὸν, ſub finem blanda catharſis; & quoniam genu valdè laborat & tumet, placet emplaſtrum ex ſigillo beatæ Mariæ crudo. Emplaſtrum de baccis lauri cum puluere ireos, ichore replentur carnes, & muco maligno nerui & ligamenta, qui mucus cum laudabilis eſt, aptè, & ſine dolore mouentur partes: ſin minus contrà, & quo magis ægri extenuantur, partes replentur tetro ichore & muco. & ex Gal. iſte mucus ne affuſione nec cataplaſmate, nec medicamento attrahitur aut diſcutitur, ſed coctione, & mitigatione eget, potiùs, cataplaſma valet ex farinis in vino coctis addendo ſapam, fæcem vini, ſigillum crudum B. Mariæ; experiundæ ſunt, ſtuphæ ſiccæ ſub finem, aquæ plumbares primas fortè tenebunt.

Sanſil. 30.

Com. in l. 3. de Articulis. Præclara quæſtio pro emplaſtris ex gummis liquefacientibus.

ANNOTATIO.

1. *Morbus huius mulieris ad febrem laborioſam accedit, in quæ circum maxillas, & articulos abſceſſus fiunt. ex Hipp. & fortè in habitu corporis, & genere muſculoſo eſt materia morbifica, vt Gal. ait, materiam cauſi in vniuerſo corporis habitu eſſe. Et Gal. com. in aph. 31. lib. 4. communem locum qui patitur in laſſitudine, & labore ſpontaneo, & non ſpontaneo, genus vniuerſum muſculoſum eſſe putat.*

CONSILIVM LXVIII.

Pro D. Mombeliart dyſuriam & ſtrangmriam patiente.

AB equitatione mictus cruentus, excreti lapides, dolor in rene. Dolor ad ſplenis regionem, qui autem non eſt ſplenis, ſed per viciniam renis laborantis & tumefacti fit. Vrinæ aliàs craſſæ, mucoſæ, purulentæ. ſuſpicio vlceris. Cathetere probatus, non deprehenſus lapis, licet eius magna ſit ſuſpicio, & non percipitur, niſi à valdè perito, aut certis de cauſis eludit, aut fallit catheterem. Ideo ad probationem deueniendum putamus.

Nobis argumenta ſunt affecti renis, affectæ veſicæ, aut quia in ea calculus eſt, aut exulceratio internæ membranæ à pure, ichore, aut tabo à renibus manante. plerique enim habiti ſunt lapidoſi in veſica, vnde ſtranguria, quibus à rene malum erat, item vlceris rudimenta in collo veſicæ, aut partibus vicinis ſuſpicamur, at intereſt ſcire, an vlcus ſit in vrethra, an lapis, alioqui futilis futura eſt diſputatio. *Vide ante conſ. 26.*

Quæſtio præclara eſt, an pus ſit, aut quid purulentum, an neceſſe ſit vlcus eſſe, nam in venis ſanguis pus fit apud veteres, ait Donatus, explicans illud Terentianum. Expuere omnem moleſtiam ex animo. pus, ait, ſignificare omnem humorem corpori oneroſum. Victus ratio conueniens præſcripta. *In Enuche.*

Clyſteres etiam additis herbis vulnerariis ſunt inſtar fomenti, in eo ægro cui aluus pigrior eſt, caſſia in bolo, & diſſoluta, imo clarificata.

Si vlcus, ſtudendum vlceri, imo dilutius decoctum Guaiaci valet; ſi vlcus ſit in eam formam accipiatur ℥ ſ. maceretur in decocto paſſul. gram. & acetoſæ, fiat inſtar ptiſſanæ ad vſum in paſtu.

Abſtinendum à validis diureticis. hordeata valent emulſiones, lac aſinæ, aut capræ, bis die.

Syrupus nenupharis ad ſomnum ciendum, & leniendas moleſtias, dolorem, balnea, iniectiones conuenientes in veſicam. Ad

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 191 sur 359

©BIUM

dilatandum. Nam ob frequentem enixum in micturiendo ſtringitur os veſicæ, emeiitur id quod tenuius eſt, remanet fęx, hinc illæ lachrymæ.

Decoctum foliculorum & caſſiæ valet, litus blandi, vſus hydromelitis recentis & aquoſi, vſus aquæ albæ, miſſio ſanguinis, ex brachio & ſaphena. Aquæ Spadenſes ob vlcus, ſi ſit in veſica lapis, aduocandus lithotomus.

ANNOTATIONES.

1. *In vrinis quorandam mucoſum quid, tenax & glutinoſum apparet quod matulæ, ſuo lentore ac tenacitate adhæreſcit ita pertinaciter & obſtinatè, vt inde auelli nequeat, deinde poſtquam fundus matulæ propendet, & dorſum verſus inclinatur, ea materies cogitur in ſe, & conglobatur & aſſatim aceruatimque velut prouoluitur. De cauſa eius materiæ ſic præter naturam genitæ plerique digladiantur. alij ad renes referunt, alij ad cacochymiam corporis & fluorem muliebrem; alij ad colliquationem quandam corporis, vulgus ad catarrhum; alij ad prauam quandam diſpoſitionem partium omnium vrinariarum, alij ad vlcus ſordidius ipſius veſicæ, alij ad morbum veſicæ, alij ad hyperſarcoſin vretræ, vt effluat id quod tenuius eſt, remaneat quod craſſius præ anguſtia aquæductus, alij ad calculum in veſica contentum: immò cum calculus in veſica & frequęs micturiendi deſiderium, æger ſe comprimit ob dolorem, & ita emittit id quod tenuius eſt, quia compreſſio eſt, in conando remanet craſſius id quod in dies lenteſcit, & obſeruarunt primarij & lithotomi lapide in veſica contento diutius, non initio cum dolores excitat, & ipſa veſica ægrotat, & fœtet mucum illum naturæ moleſtum excirni, tales vrinas reddi, donec excluſus ſit: laborat enim & egrotat veſica, & quia pars eſt membranoſa & habet aliquid νεφρώδες, tale in ea congeritur excrementum, tum à proprio ipſius excremento, tum ab externo: vbi vero excluſo lapide veſica melius habet, tum nil tale generatur, quorum demonſtratio peti poteſt ex Galeno comm. ad part. 66. lib. 3. art. cum diſtinguit excrementa partium carnoſarum ab excrementis partium ſpermaticarū, maximè vero membranoſarum, ſunt enim μυξώδεα, tenacia, lenta glutinis inſtar, & cum id quod in mucoſa vrina apparet, non ſit diſſimile ei excremento quod decedite partibus ſpermaticis vrinæ iſtius mucagineſæ; cauſa neceſſario adſcribetur morbo ipſius veſicæ, ægrotat autem quoties in ea lapis exiſtit. Simile quid à Fernelio*

obſer. cap. 16. de vrinis & Gal. ad aph. 3. lib. 5. non videtur definire excrementum ſuperfluum, ſimile quidem naturæ partis vt humor exiſtit, in oſſe medulla, in hepate ſanguis, ſpumeus humor in carne pulmonum, in articulorum compagibus humor glutinoſus & in cadaueribus eorum qui calculo interierunt veſica inuenta eſt plena muco, iſto ſimili mucilagini extractæ ex ſeminibus carnoſis & ſuccolentis.

2. *De iniectionibus in veſicam videndum an ſit vlcus ſimplex, an cum calculo, indicatio enim alia adeſt, Rondeletius ad deterſionem puris in veſica iniicit guaiaci decoctum. Item parat alia non pœnitendæ lectionis, ſi aquæ refrigerantes, aut ſimilia eiiciuntur, iſta refrigeratio confert ad coagmentationem lapidis, & ipſius veſicæ naturam ſpermaticam lædere poteſt purgato corpore, bolis potius quam potionibus vtendum, remedia topica vſurpari poſſunt quæ leniter ardorem reprimant, pus abſtergant, & vlcus glutinent, in eum modum.* Ballonius l. 2. conſ.

4. *Trochiſcor. Gordonij ſine opio ℥ij. diſſ. vnum in lacte caprino, aut hordei decocto, ſi vlcus quis purificare malit quam glutinare & per catheterem in veſicam per aliquot dies iniiciatur, purificato vlcere diſſ. vnus trochiſc. in lacte ouillo, nam glutinat, ſi pus craſſum admodum diſſ. Troch. 1. in aqua mulſa, hæc magis conducunt quàm ſumpta, quòd ab ore ad veſicam longa ſit via, dolor autem quem meiendo patitur æger mitigatur fotu pectinis ex malua, rad. alth. nymph. flor. cham. melil. ſemi. nymph. calami aromatici.*

CONSILIVM LXIX.

Pro D. des Broſſes tuſsiculoſo phthiſico.

Lib. de ſacr. morbo. Quibus pulmones ſunt calidiores iis quædam tabes eſt familiaris nomine tabis largius ſumpto. Vide l. 2. conſ. Ball. Lib. de morb. Galenus lib. de locis aff.

DEſtillatio erat ferina in pulmones vetus tabi & feri putris collectio in pulmone, vt in epilepticarum ouium cerebro ſanioſus eſt humor auctor mali, autoritate Hipp. iam vlcuſcula & vomiculæ in pulmone.

Quæſtio fuit an vtendum ſiccantibus detergentibus & aduerſus pulmonum & mollitudinem & putredinem eorumdem an humectantibus: illa putredinem arcent, robur pulmoni conciliant, hæc putredinem pariunt, reuerà temperanda hæc ſunt, ne humectatione nimia ſputum effœminetur, vt loquitur Hipp. &

©BIUM

putredo augeatur, neue ſiccatione os ſiccius reddatur & ſputum non educatur, veteres in ſimili caſu vtebantur Hedrychroo, id eſt compoſitione quadam ad pulmones corroborandos, & nunc ſunt qui concinnant tabellas cum flore ſulphuris ad ſiccandum eo modo quo olim hedrychroon laudabatur.

Capita intra hæc conſtitimus, linctus caſſię, aut caſſia ſoluta, gargariſmi refrigerantes & aſtringentes, in ferina deſtillatione in materia calida catarrhi: in frigida aqua tepida ore contenta.

Aëtius in ferina deſtillatione vtitur oxyrhodino & capitiſlotione ex incraſſantibus & refrigerantibus, id quod notabile.

Si febris putrida coniuncta eſt ex vrinis patebit, corpus purgetur. Emplaſtrum ex thure & maſtiche cum emplaſtro de betonica ad ſuturam coronariam in formam T.

Puluis cum puluere ſcynæ pulmonis vulpis, penidiarum, elect. diatrag. frig. conſerua roſarum vel tabellæ inſtituentur additis floribus ſulphuris, vt quidam volunt hoc modo.

℞. Puluis diatrag. frig. & diarrh. abb. añ. ʒ j. florum ſulphuris ʒ ſ. ſacchari optimi ʒ ij. gummi tragac. diſſol. in aqua roſar. aut cinn. ℈ j. confundantur in mort. marm. dein cum tantillo olei aniſ. formetur maſſa tabell. doſis a ʒ ſ. ad ℈ ij.

Syrupus de ſymphyto deſcriptore Fernelio valet, vel ſimilis à D. magno celebritate medendi maximo inſtitutus in Hiſt. Godonij lib. 2. conſiliorum noſtrorum.

Formulæ maſticatoriæ, additis iis quæ pulmonem ſiccant, vi ſua ryptica & à corruptione impediunt.

Quæſtio præclara, an balneum conferat? conferre poteſt multis rationibus, quas prudens medicus fabricaretur, an non & blandorum ſudorificorum vſus etiam commodus, vt ſerum putre abſorbeatur, nam quò corpora ſtrigoſiora & macilentiora eò magis ſanie & ichore quæ ſuperſunt carnes ſcatent.

Hipp. 3. de ar.

Quoniam putres etiam humores in ventriculo, & meſenterio ſuccreſcunt, & diarrhææ funeſtæ tabeſcentibus contingunt, infuſum rhab. ex vſu eſt aliquando. Item pilulæ ex aloë lauta, puluere diatrag. frigidi roſa, rhab. ſantalis.

Vel tabellæ ex puluere diatrag. frigidi & triaſantalino, ex rheo.

Conſerui ſymphyti, nicotianæ, roſ. viol. herbæ paralyſeos, & pulueribus thoracicis conferet.

Primula veris ſiccat & aſtringit.

Caro cydoniorum, & conſerua nymphææ addi poteſt cum pau-

co puluere ſcynæ, aut radicis ſaſſafras: litus ex oleis refrigerantibus lautis in aqua hordei & roſarum.

Sectio venæ frequens, ſed pauca euacuatio ſanguinis.

Suffumigium ex herbis vulnerariis & nicotiana ſymphyto vtroque, puluere guaiaci, ad ſiccandos pulmones, valet item hic ſyrupus qui proximè viribus æquat ſyrupum de ſymphyto. *Plura in li. 1. conſ. Bal. ad tabidos & hæmoptoicos initio.*

2. Florum & germinum ſalicis an. m. ſ. rad. althææ. vtriuſq. plantag. bechij marrub. albi, ſonchi. ſeu roſtri porcini caulium rubr. añ. p. j. iuiub. ſebeſth. num. 10. ſeminis bomb. ℥ ſ. florum nymph. p. ij. fiet decoct. in aqua hordei, & aqua macerationis roſar. prouincial. incol. ad lib. 1. diſſol. ſucci bipinel. piloſell. & pomorum, añ. ℥ iij. ſaccha. quod ſufficiat, fiat ſyrup. ad vſum ex cochleari.

Notandum quod in tabeſcentibus à pulmone (idem etiam de reliquis) conſumpta valent (modo non ſit febris putrida iuncta) iis de cauſis quas alibi attulimus, ſupplent enim vicem teſtitudinum nemoralium. 1.

Valet & hordeum mundatum, in iuſculo carnium crepante & cocto. *L. 1. conſ. Bal. initio.*

Aqua alba confert.

Manna cum iuſculo galli decrepiti.

Pineolatum in rupe, ſyrupus ex paſſulis, ſed & ad pulmones valet ſyrupus de ſymphyto quem concinnauit Fernelius. Item paſta ſeu electuarium regium quod optimum eſt, & paratum legetur lib. 4. meth. medendi, item mandere rheum cum paſſulis vtile erit.

Cæterum quidam ſomnifera tabeſcentibus, maximè ſi tuſſiculoſi ſint, præſcribunt, quod magna cum cautione faciendum. Galenus enim notat ſemen papaueris ſupprimere ea quæ à thorace, & pulmone educuntur, valere autem in tenui & acri fluxione. *1. de alim. fac. cap. de ſemi. papaueris.*

ANNOTATIO.

1. *Ad tabidos & pulmonicos dari debent ea quæ calorem tabificum temperant, & lentum ſuccum habent, vt reſiſtant calori depaſcenti qui conſumit corpus, carnes enim (ait Hipp.) magis liqueſcunt a malis quam nutriantur ab aſſumptis. vnde notandum vnum apud Plinium cùm loquitur de ſuccis arborum, viuaciores ſunt, ait, plantæ quibus ſuccus lentior eſt. Idem iudicium de corporibus, & ille humor*

©BIUM

radicalis lentus, halituoſus, glutinoſus, in eo affectu ſyrupus ſequens maximè commendatur.

℞. Caponem vnum ſucculentum, armum vitulinum, aut partem pectoris vitulini, coque in aqua fontana & parte aquæ ſcabioſæ, & in eadem incoque carnem ʒ teſtudinum nemoralium detractis extremitatibus, adde hordei mundati m. ij. flor. tuſſilag. nymph. violar. an. ma. j. ſem. frig. maior. & minor. aã. ʒ ſ. ſem. papau. albi ʒ ſ. ſcariolæ, acetoſ. lactucæ aã. m. j. gummi tragac. & arab. an. ʒ iij. paſſul. ʒ ij. ſem. ſeſami ʒ iij. penid. ʒ j. fiat decoct. ad ℔ ij. ſ. adde ſacchari quod ſufficit. fiat ſyrupus ad vſum.

CONSILIVM LXX.

De arthritide lumborum doloribus & aliis affectibus.

SYmptomata hæc vexant D. Deudicourt, dolor ad vmbilicum, ructus graues, nidorulenti, acidi aliquando inflatio non tam ſumpto ſtatim cibo, quàm in anadoſi. Arthritis, quæ ſymptomata, comitatur & dolor circùm lumbos, id autem fit ſæpè quia meſenterium quod hîc laborat, alligatur lumbis & ſpinæ, quò fit vt affectiones meſentericas, ſpinæ dolores & lumborum t, iem & paralyſes quædam ſequantur, vt Meloduni poſt dolores colicos contingit.

Nota de paralyſi melodunenſibus & pictauienſibus familiari.

Si ea ſymptomata fugacia ſint, bono eſt, ſi ſtabilia, durioris, & exitiabilis fati ſunt minacia: nam aut dominatum caloris contrà naturam ſignificant & paupertatem natiui & partium imbecillitatem, aut rebellem obſtructionem in meſenterio; ſed notanda maximè diſtinctio hoc in loco μεπεψεισμῶν recentium, aut veterum, & diuiſio obſtructionis Attenuatiuæ & Oppilatiuæ.

Attenuatiua eſt in ſenibus, in pulmone vnde dyſpnæa, in neruo optico, vnde cæcitas, in vretra vnde vrinæ ſuppreſſio.

Allatus locus de morbo ructuoſo, quem Hippocrates νοῦσον ἐρυγμώδεα vocat de morbis qui in iuuenibus curantur, in ſenibus immedicabilis. Item quod icterici admodum flatuoſi ſunt.

Lib. de morb.

Denique

Denique cum ille ſit arthriticus, mitiorque morbus in dies fiat, an id bono eſt, an materia ſupprimitur an imminuitur. At arthritides bilioſæ vna cum ſenecta releuantur, alioqui arthritidem ceſſare, exitio eſt, & aut epilepſiam, aut apoplexiam accerſit & quaſi in locum ſuum ſufficit ac ſubſtituit.

Viſum eſt laborandum eſſe in obſtructionis ablationem, ſi ab infarctu eſt humorum ἢ ἐν σφηνώσει iniiciendi clyſteres, purgandum corpus, diligenter balneo vtendum, fotu hypochondriaco non calfaciente.

ANNOTATIO.

1. *Arguitur vulgo imbecillitas partium, vt morborum cauſa & morbus ſæpè in materia eſt: tamen Galenus aliquo loco ridet eos, qui imbecillitatem cauſam in ore perpetuo habent, quaſi aut parum dicant, aut nihil tamen lib. de ſymptomatum cauſis tanti facit partium imbecillitatem, vt licet nulla materia ſuperflua affluat, febris tamen redeat, contrà ſentit com. in aphoris. de eunuchis, qui locus notatu dignus: hac voce vtitur etiam.*

Celſus dum ſic ait, Magna pars vrbanorum ſtomachum imbecillum habet, ſigna edit pallorem, nauſeam &c.

Apud eundem capitis infirmi ſit mentio, & ad id commendat affuſam aquam frigidam, & alio loco cuilibet pars aliqua natura eſt imbecilla, an ea imbecillitas ad intemperiem, an ad morbos materiæ reuocanda.

Raro non aliquis partem habet imbecillam. Celſus. Et alibi offenſis obnoxia infirmitas.

Itaque videndum quid nomen imbecillitas, ſignificet aut aliquid habeat ἄῤῥητον nec id negligendum, ne fruſtrà partem naturà imbecillam inaniamus & medicamentis affligamus. Immo detracto ſanguine infirmemus. Nam imbecillitas robur addendum ſuadet & inſinuat, vnde qui ſæpè capitis doloribus capiuntur, capite ſunt imbecillimo, & repletio eas partes quaqua verſus diſtendens dolorem excitat.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 197 sur 359

©BIUM

CONSILIVM LXXI.

De febre aßidua cum ſymptomatis paraphoricis catarrhoicis & cataphoricis.

AVrelius adoleſcens medio Octobri, capite doluit, febris ſed ea fallax, cùm ſe febrire non putaret, nulla dum intermiſſio officij, lex vitæ neglecta, dolor tamen capitis in dies aggraueſcebat; externa accuſabantur, vt ætas ad omnia prona. tandem febris aucta, dolor capitis auctior, febris verè κεφαλικὴ τυφώδης, nihilominus tamen ſui negligens modo ruris, modo in vrbe fuit, ſecurus omnium, tandem lecto affigitur & affligitur, fallax pulſus vt in morbis capitis, vrina fallacior, ille febri non reſpondebat, & in capite focus erat, ſegnities alui nec niſi arte prouocata, quicquam ex aluo affluebat. Æſtus viſcerum, ſed maior capitis; oculus ardens, facies rubra, maximè genæ, aliquid pulmonicum ſuſpicabamur, dolor capitis maior ad ſyncipur, omnia noctu grauiora, clamores, iactationes, deliria fugacia, indecora corporis compoſitio, mox ad ſe reditus, rurſus deliria intra verba, ſomnus profundior, vt vix excitaretur, deinde κῶμα ἄγρυπνον, & inæqualis ſymptomatum mixtura, mox catochus, niſi quod deliratio iugis non foret, mox lethargicum quid mox typhomanias ſpecies; tandem oculi fixi & rigentes vt in catoche, obſcura phrenitis, blanda, contrectabilis, dextrarum partium rigor, reuera ἀπασμώδης, & deinde paraplegia cum quid, ſiriaſin quandam & φλόγωσιν ſuſpicati ſumus, difficilis reſpiratio, qualis peripneumonico: omnia viſa ſunt mitiora, conualeſcendi ſpes aliqua, morbus variè luſit oppugnatus, ſed non expugnatus inualuit: dolores repetunt, omnia in peius ruere, per dies 40. traxit mors.

Obſcuræ blandæ & contrectabiles deſipientiæ peſſimæ Hipp. in prorrh.

In primo inſultu morbi negligentia ipſa ægrotantis coniecit eum in periculum, cùm morbo victus lecto per decumbendi neceſſitatem afflictus eſt, adeò terrifica ſymptomata paruerunt, vt aliquid funebre nos ominaremur, vtinam nos augures augurium ipſum potius fefelliſſet quam dira ſors bonæ indolis iuuenem ſuſtuliſſet.

Symptomata quæ caput exercent, aut ſunt cataphorica cum ſomno profundo, aut paraphorica, cum delirio, aut catarrhoica cum fluxionibus, aut cephalalgica, cum dolore capitis, tria ſuſtinuit æger, paraphorica cephalalgica; cataphorica. Et cum morbi cerebri ſint curatu difficiles, cognitu ſunt dificillimi. paruæ eius cauſæ grauia in capite edunt ſymptomata immo ſolus vapor teter, furtim ſurrepens conuulſiones terrificas inuehit, & magno medicorum dedecore. Sæpè capita hominum morbo capitis conſumptorum aperta ſunt, in quibus nil commemorabile repertum eſt, quod mortem intentaſſet, cum alioquin medicus aut abſceſſum, aut ſimile quid repertum iri pronuntiaſſet, ſpes auguran-tium ipſa inſpectio feſellit & eorum fiducia, & expectatio in ſtuporem vertit, ac ſi cum ipſâ animâ mortis occaſio euolaſſet.

Sympt. cerebri aut cataphorica paraphorica, catarrhoica, aut cephalalgica.

Paruæ cauſæ medelis exoluitur niſi quid circa partem principem ſit. Hipp. de præc.

Cauſa interitus & ſymptomatum terrore plenorum fuit illa ſiriaſis & phlogoſis præſertim membranarum cerebri, in his & in cerebro non tam fuit alteratio quam alienatio, & in iis fuit quædam hectica intemperies diuturnitate temporis contracta, morbus forte initio fuerat curabilis, ſed ex euentu incurabilis factus eſt, febricitans nec cibo, nec largiore potu abſtinuit, & aëris grauitatem & contumelias non vitauit, ſic tota vis venenata ſe in caput inclinauit. Acceſſit pulmonis dextri impuritas, in quo vomicæ erant veteris tabi, & puris reliqui, ex peripneumonia, quâ ante annum laborauit, & ita vt medici magis aduerſum rerum exitum timerent, quàm ſperarent ſecundum. vnde Hipp. notat quoſdam ex pulmone lethargos cum afficitur cerebrum tetro vapore, vnde marcor, cerebri & marcet æger, nec fari poteſt. vt vno dicam verbo Typhomaniæ erat potius ſpecies quædam, mixtis ſymptomatis phrenitidis, & lethargi, non vera & aperta fuit phrenitis; in qua ad omnem audaciam prompta mens eſt, ſed ob impreſſam inuſtamque hecticam cerebro & membranis intemperiem obſcuram, vulgus deſignat phrenitin ex morſu, clamore, inſultibus, inuolatu in obuium quemque vnguibus, delirio perpetuo, ſed alia eſt ſine his manifeſtis. Id quod Galenus diſertè expreſſit, & ſeſe ipſe eleganti, eâ enarratione vicit in prorrhetico. Citat locum Hipp. ex epid. nullus phrenitorum valde inſaniuit, ſed veternoſa ad ſomnum inclinatione grauati peribant, & hi phrenitici obſcuri vocantur & id ſæpè vulgo ignotum & medicis; eos demum vocant phreniti eos qui clamant & exiliunt, in obſcura ea virium languor eſt, & hectica quædam affectio phrenitidis eſt, idem contingit quod la-

Aliud effici cerebrum ob alterationem, aliud per alienationem quandã Gal. in j. comm. p. 33. Hipp. prorrh. hanc dicit eſſe ſimilem lanistinctorum δυσώδους, καὶ δυσέκπλυτον.

Celſus in lethargo marcor & inexpugnabilis dormiendi neceſſitas, in phrenitide prompta ad omnem audaciã mens eſt.

I.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 199 sur 359

©BIUM

Ad par. 33. lib. 1 prorrh.

nis tinctis, quæ colorem non deponunt, ita quidem hæc affectio cerebro impressa hectico modo vix elui potest, & ni beneficio ætatis adiutus fuisset, & artis ope, vix tanto morbo superfuisset, sed morte fuisset præuentus, tandem aggrauescente valetudine succubuit, expertus illud Hipp. Quibus conuulsis oculi fixi relucent, non apud se hi sunt & diu ægrotant, sperandi & desperandi vices fuerunt: tamen in deteriorem semper partem nostrum iudicium & prognosin vertisse, auriti testes multi fuerunt. Ægro in sua initia resoluto sectione internæ partes oculis subiiciuntur, aperto capite, venæ quasi varicosæ tabo & sanguine nigro turgentes videntur, item obseruatum.

Anatome corporis.

Hipp. hanc affect. vocat. υπέρεμετον. cerebri.

In ventriculo medio serum multum, medulla cerebri quæ mollior & friabilis esse debet siccior, membranæ siccissimæ, quasi per syriasin & deflagrationem arefactæ & rigentes vix lacerabantur, vix nouacula præcidebantur acutiei secantis resistentes. Imo sectæ crepabant more membranarum arietinarum igni obiectarum atque occalescentium, pulmonis partes dextræ lateri ad hæsu contumaciore lacerabiles, plenæ vomicis, tabo & pure scatentibus, hæc reliqua ex graui peripneumonia, quæ anno præterito illum oppressit ac penè consumpsit, hepar labem conceperat, sed non maximam qualem pulmo, hinc illæ lachrymæ, sic hectica intemperies cerebri, pulmonum maxima, hepatis minor labes, iuuenem (arte malo victâ) arte & natura repugnantem oppresserunt, expugnarunt, sustulerunt.

ANNOTATIO.

1. Tremulæ obscuræ blandæque, & contrectabiles desipientiæ valde phreniticæ, vt Didymarcho in Co obuenit vt cit. Hipp. 1. prorrh. Gal in com. meminit phreniticorum, de quibus loquitur Hipp. 3. epid. Nullus phreniticorum, ait, vehementer insaniuit, velut aliis vsuuenit, sed alia quadam veternosa in somnum inclinatione capite grauati peribant. Et paulò post, phrenitide ex bilioso succo generationem habente cum is in cerebrum decubuerit, principio quidem qualitate ipsius nondum toti corpori cerebri permixta confusaque tumultuosæ fiunt desipientiæ: procedente vero tempore, simile quippiam contrahitur lanis quæ à tinctoribus appellatis tincturam accipiunt, nempe & hæ vix elnibiles redduntur, non secus atque eæ quæ ab initio colorem habent, talis igitur cerebri tinctura Græ. βαφὴ desipien-

tiam hecticam habet, atque ob id affectio horum, vt febrium hecticarum praua est.

CONSILIVM LXXII.

Pro muliere sterili fluxu muliebri laborante.

PRæcesserunt fœdi colores, labes viscerum obseruatur, mala ex se & ex consequenti: per se quoniam cachecticum quid est, & intemperies cordis, & arteriarum, ex euentu & quasi auctarij vice, quia hæ virgines prauo vtuntur victu & res alienas liguriunt, vnde humorum prauorum cumulus & propagatio, ab eo tempore nupsit, à nuptiis sterilitas inde morbosi menses & ῥῦς γυναικεῖος. At longè distinguntur, si natura benè ordinata euntibus mensibus dat inducias ῥῦς fit, id non fit in morboso mense, nec in gonorrhæa virulenta.

Symptomata, odoratus immunitio, aliquid ephialticum, ἀπασμῶδες menses mali ῥῦς, vteri indignatio congressum respuentis, dolor, molestusque sensus in consuetudine ipsa, ex quo tempore resoluta est virginitas res meliores non fuerunt, vnde non mirum si non possit γυναικωθῆναι, nec mater fieri, hinc illud Hipp. Sana muliere moderati sunt menses, pauciores, plures, ad pauciores dies sunt quid morbosum & sterile, & vt de morbosis, ita de sanis, & quibus per pauciores dies sunt menses succulentæ sunt & viriles & μνισίτοκοι non fiunt, nec partus, nec conceptus sunt memores. 1.

Purganda non validè & liquando non sistatur fluxus, roborantibus est vtendum.

Decoctum vulnerarium valet, caryophyllata pentaphyllum, fragaria, pulueres siccantes, pilulæ purgantes addita terebinthina cum diatragacantho frig. addito rheo: de aquis naturalibus videndum.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 201 sur 359

ANNOTATIO.

1. *Plurima genera morborum primo coitu & primâ menſium eruptione ſoluuntur, quod ſi non ſoluantur, vix, ac ne vix curationem admittunt, ait Plin.*

CONSILIVM LXXIII.

De *rubore narium.*

D. Robinella ſentit ex interuallis appulſum fuliginis, aut vaporis calidi, vt eſt prædita viſceribus calidis, extrema naris incaleſcit, intumeſcit, ſed vt mulieri non poteſt eripi cura cultus corporis, ita nil negligit quod ad id mali euitandum pertinere poſſit; imo etiam ad Empiricos confugit. Illi calidis rem irritarunt, & infecta planè res eſt. Nos eâ ratione ei conſultum voluimus, quia malum à viſceribus, iis danda opera eſt, phlebotomia, purgatio cum caſſia valet cathol. ſenna, lautio pedum, epithemata, cucurbitulæ, enemata refrig. caueat topica frigidiora, eaque quæ moram in parte affecta trahant, vnguentum citrinum, cera virginea lauta in aqua roſarum, & nenuph. vinum fragorum, cremor hordei, decoctum hordei quo mangones ad mangonium puerorum, & nitorem vtebantur Hipp. tempore, emplaſtrum molle ex gummi tragac. arabico, amylo, pauca ceruſſa & cera virg. loco ceruſſæ lythargyrus valebit. ℞. fol. ſalicis m. ij. albumina xij. ouorum, ſucci limonum ℥ ij. diſtillentur cum lacte, oleum ex ſeminibus frigidis, aqua liliorum cum troch. albi rhaſis, vel emulſiones, aqua roſarum cum pauco mucore ſeminis althææ & gummi tragacanthæ, fruſtum carnis vitulinæ manè applicatum, valet paſta regia Fernelij & hordeum mundatum in iuſculis.

Celſus.

Lib. 1. acut.

CONSILIVM LXXIV.

De quodam vomitum patiente cum ventris tormine.

ENimvero id totum de quo agitur hypochondriacum eſt magnum quid,& opinione maius. Res enim ſubindicata latet, & inteſtina eſt, quam vix animus apprehendat, accuſatur ſemper ventriculus licet innocens & viciniæ lege patiens, dioclea pylori phlogoſis intelligitur, chylus aduritur, talis ſanguis, at natura aduſtionem horret, elixationem admittit, vnde locus eſt Plinij, cur homines ſunt breuiores ſuis temporibus, quàm olim, quia aduſtio ſemen alterat & conſumit, hinc marcor,ſquallor, tabes: nuper octo vidi ægrotantes ſimili morbo afflictos alimento ſumpto, grauis erat ventriculus, coctio talis qualis in anadoſi dolor,corpus differebatur(verbo Terentiano)dolore,noctu quies & induciæ,die ſequenti redundatio ſtomachi.

Aſſumptorum vomitus hæc per menſes tres,alios per quatuor exercuere,pars ægrorum emarcuit, tabuit, collapſus aqualiculus. Mors, pars, at cuius minore virium diſpendio morbus productus erat,afflicta quidem & lecto & morbo, vomitus periodicus vt in cœliacis,ventriculus quidem facit officium,pylorus obſtructus, & meſareon,aut oppilatiua, aut attenuatiua obſtructione (vt loquuntur veteres practici,non tam verborum quam rerum aucupes)per collapſum vaſorum & viarum, & hæc fatalis filum vitæ præcidit.Id fit in opticis neruis,vnde perfecta cœcitas,illæſo oculo in apertis cadaueribus eorum, quos ſua ſors peremerat, aliàs inuenta pylori inflammatio obſtructionis & anguſtiæ cauſa,in aliis glandularum meſenterij durities, impendio magis & quaſi callus, meſenterij vt quidam ſphacelus,vt mirum non fuerit ſi ventriculus alimentum appetiuerit, quoad potuerit coxerit res ingeſtas, ſed vitio anadoſeos & ob vitium labemque menſenterij omnia reiectantur vomitu,licet chylus gratiam naturæ receperit.

Videor tanquam in tabula afferre lineamenta ad viuum expreſſa cauſæ tam dira ſymptomata excitantis, & grauiora, ni dij

prohibeant excitaturæ, ni tutelaris deus fibras tam pertinacis affectus eliserit. Est quædam attenuatiua oppilatio natura fatiscente & instrumentis nutritioni dicatis feriantibus, credo labem nescio quam & κακοήθες; vnde σφίκελος πὶς, vt ita dicam per alienationem non per alterationem. & præclarè actum à te qui temperatis vsus fueris, inductus opinione intestinæ φλογώσεως quę tot malorum est fabricatrix; hic metuo aduersos rerum exitus, tamen si velis explicare ægram vt dolendi ita querendi, & quærendæ medicinæ non sit finis; non quin naturæ dandæ sunt induciæ. valent tabellæ ex chalybe, aqua rhabarbari, aquæ naturales; balnea,

Curatio. medicamentum in balneo, fotus mites, pilulæ ex aloë lota, succino, puluere sennæ, satalis addita pauca quantitate pilul. aggreg exceptis omnibus syrupo de cichorio, somnifera, pilulæ de cynogloſſo, decoctum foliculorum addito rheo, & saccharo cando, ne reuomat.

CONSILIVM LXXV.

Pro fluxu dysenterico & mesenterico.

COnsiderauimus tempus à quo laborant (erat enim iam tertius mensis exactus) periodon, motum humoris, speciem humoris, & doloris.

Omnia fluor est dysenter. diarrh. mesent. & hepaticus. Quæsitum, an fluor esset simpliciter dysentericus an diarrhoeicus, an mesentericus, an hepaticus, in quanto, quali, & excretionis modo.

Intestinum ob diuturnitatem fluoris τὴν διάθεσιν ρευματικὴν conceperat.

Non absre, de periodo quærebamus, an certis horis, an incertis rediret fluor, veteres hepaticum & cerebralem distinxerunt, à stomachico & intestinali, quòd primus sit periodicus, cerebralis ferè à

Lib. de affect. distillatione est, hæc autem dici solet esse nocturna potiùs: tamen Hippocrates longarum dysenteriarum, & lienteriarum causam à capite repetiuit.

Et ea dispositio rheumatica duo facit, excrementa à iecore facilè

cilè recipit, & ea magis corrumpit ob vetus vitium, parti ſanæ ſuum alimentum eſt ſolatium, ægræ tanquam onus eſt.

Gal. dum libris de locis affect. medetur ῥευματικῇ διαθέσει tria ſtatuit, vt alimenta ſumantur, non facilè corrumpenda, vt aſtringant, vt roborent. *Gal. 2. de diff. feb.*

Apozemata ſunt inſtituta ex iis quæ hepar reficerent, & quia vlcuſculorum & tabi neſcio cuius erat ſuſpicio nonnulla, portio herbarum vulnerariarum incocta eſt, vt buglæ, ſaniculæ, ſymphyti minoris agrimonij, veronicæ, ſanamondæ. *Apozemata.*

Aqua rhabarbari imperata eſt, lac capræ, quæ depaſceretur folia ſalicis, ſummitates ruborum, viminis & roſariorum.

CONSILIVM LXXVI.

De *tumore hepatis ſeu fermentatione.*

CVIuſdam Præſidis ſeruo febricitanti tumor & durities quædam ad tactum apparebat, alij ſcirrhum dicebant, alij non à flatu quia fugax fuiſſet; initio paroxyſmorum regio hepatis apparet tenſa & inflata, ſed id reſidit calore febrili aucto. Nos putabamus id eſſe quod Hippocrates in epidemiis vocat hepatis fermentationem quandam, nam in febribus aliquando & cyſtis fellis intumeſcit, & totum hepar feruente & bulliente in capillaribus venis ſanguine, & turgentibus humoribus, & ij medici quibus ſine experientia ratio quædam ſuffragatur nec morbum iſtum norunt nec medicari poſſunt. In tali affectu nõ eſt parcẽdum ſanguinis detractioni, hæc enim largior opitulatur, malactica & foris admota ferè ſunt inefficacia, profluuium quoque bilioſum iuuat, ſed illud non ſolet opportunè euenire niſi detracto luculenter ſanguine ardor miteſcat, & tumor duritieſque minuantur, id quod valdè eſt notandum. *ζύμωσις hepatis.* *Liberalis venæ ſectio hepatis fermentationi conuenit.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 205 sur 359

©BIUM

CONSILIVM LXXVII.

De *auditu imminuto qui* βαρηκόϊα, καὶ δυσηκόια *dicitur.*

MAgna vis est constitutionis temporis, πρὸς τὴν εὐηκοΐαν, ἢ βαρηκοΐαν, ἢ δυσηκοΐαν. Περὶ δὲ παρακοῆς ἢ παρακόιας paulo post dicitur: nam in aquilonia constitutione & animæ, & corporis constitutiones meliores existunt, conciliatur enim partibus vis, robur & εὐτονία & Gal. diligenter operationes istas animæ & naturæ distinguit quas vocat φυσικὰς καὶ ψυχικὰς ἐνεργείας. Aquilo reddit corpus εὐκίνητον καὶ εὔχροον, vt ait Hippocrates sectione tertia lib. 3. Aphorism.

ad apho. 17. l. 3.

Cum dicit mobile, & bene audiens corpus, animæ functionem & τὴν ἐνέργειαν significat, cùm autem benè coloratum, dicit naturæ operationem, & cùm paulo post dissolutionem explicat quam affert Auster, ait, mala est ista Austri διάλυσις ad omne opus siue ψυχικὸν siue ζωτικόν; credo quod ζωτικὸν confundit μετὰ τοῦ φυσικοῦ si austrino & humido tempore auditus est obtusior id ab humectatione est, & ex humectatione διάλυσις sequitur, à dissolutione quadam actionis læsæ: actio siquidem est partium solidarum.

1. Sic δυσηκόια ab austro est κατὰ τὴν λύσιν τινά. Quod ad curationem attinet, aliter te geras si sit obstructio, aliter si humectatio, & dissolutio, contrariis enim oppugnatur morbus, & obstructioni debentur ἐκφραστικά. quæ autem mixta sunt ex rhypticis & attenuantibus, & detergentia, humiditati siccantia, dissolutioni, συντακτικά, id est quæ contendunt, ac firmant.

Cæterum imminuta auditio symptoma est, actio enim læsa est in genere eorum quæ audiuntur: morbus est obstructio, hæc autem aut fixa est, aut fugax Galeno, surditas fit ob humorem quemdam in auditoriis meatibus impactum Græcè διὰ τὴν σφηνοθεῖντα χυμόν & alio loco, firmatos vna in parte humores species vna symptomatis, tum naturalis partis tum humoris virtuti peculiaris consequitur.

ad par. 32. l. 1. prorrh.
ad part. 27. l. prorrh.

In obſtructione aurium quidam habent olea ſuſpecta, vt quæ obſtruant ſuo lentore, aquæ vitæ, aut theriacalis, aut rutæ valent, caſtoreum, oleum de terebinth. chymicum, ſemen cumini infuſum in aqua vitæ, & rutæ deinde expreſſum, ſuccus bulbi eſculenti & rutæ & vinum album. *Curatio.* 2.

Quibuſdam placet in ſumma obſtructione procurandam quandam ſuppurationem, vt aliquid ex aure emanet, ſed habenda maximè ratio ſubiectorum viſcerum.

Catharſis inſtituenda ex interuallis eàque blanda.

Mulier ægra cui hæc decernuntur remedia multis ſignis melancholica deprehenditur, tamen mollem carnem habet, candidam, obeſulam. At qui talem carnem habent Gale. nequaquam habent humorem melancholicum. videndum eſt ne habitus exterior nos decipiat, fraudemque faciat, ſæpè enim exterior interiori non eſt ſimilis. *Lib de loc. Aſt.*

ANNOTATIONES.

1. *Aurium affectus ſunt ſumma cura præneſcendi, ac præſertim ij qui cum dolore exiſtunt, oculorum quidem dolores & morbi noſcendi quidem & plurimi faciendi, ſed non tanti quanti aurium affectiones. Notandum enim quod eleganter ſcripſit Celſus cap. 7. lib. 6. aurium vſum proximum luminibus nobis dedit natura, ſed in auribus aliquanto maius periculum eſt, nam vitia oculorum intra ipſos nocent aurium inflammationes doloreſque ad dementiam mortemque præcipitant.*

2. *Decoctum cannabis ſatiuæ vermes in auribus deliteſcentes, aut alia animalcula allicit authore Plin.*

CONSILIVM LXXVIII.

De Melancholia hypochondriaca pro muliere hyſterica.

SOlemne eſt illud Philoſophorum decretum, omne imbecillum querulum eſſe: cum autem duplex imbecillum, ſit natu- *Ariſt. Seneca lib. de ira.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 207 sur 359

©BIUM

ra & valetudine. In primo genere, eſt mulier valetudinarij, in ſecundo, hæc mulier in vtroque hæret & laborat, vnde perpetuò querula eſt, & medicorum aures querelis ſubinde nouis fatigando querendi finem non facit, quia non facit dolendi, nec conquerendi ſatietas eſt. At quærere oportet an iure dolendo queratur, an infractione animi id contingat, an quia melancholica eſt, an melancholici perpetuo doleant, omne enim animans duce natura voluptatem quærit & dolorem, vt ſummum malum fugit dolorique remedium quærit. In eo genere ſunt melancholici (præſertim ſi humor per aſſationem, aut ſuppreſſionem acriuſculus eſt) ſiue quòd natura, ſiue quòd valetudine imbecilli ſunt, propterea quod queruli. Ideo Ariſt. ait, melancholicos perpetuo medicinam appetere id eſt ſummis & aſſiduis votis remedia poſtulant, ſiue ſint alimenta, ſiue ſint medicamenta, immo eorum maior pars pharmacorum eſt, quam alimentorum appetentior. quare? quia delectam habent appetentiam, vnde? ab intemperie & affectione praua quam Gal. in prognoſticis eleganter vocat κάκωσιν τοῦ στομάχου.

Quæſt. obiter hic agitatæ de melancholicis.

7. Ethicorum. Melancholici perpetuo medicamenta appetunt.

Id eſt oris ſuperioris ventriculi: temperatæ enim naturæ dulcia & appetunt & iis fruuntur, intemperatæ imminutam habent appetentiam, & exoticas in cibis qualitates deſiderant, vnde tales melancholici ſicci ſunt & ſtrigoſiores.

Cæterum abhorrent à cibis niſi excedente qualitate præditis, medicamenta purgantia appetunt, licet ab iis ſæpè deterrimè habeant, quia humores eorum aduruntur nec putreſcunt, putredine ordinaria, quæ humores excluſioni paratiores & obſequentiores reddit. Sed quæri poteſt, quænam ſit hæc diſpoſitio diatheſis, ſiue intemperies τῶν ὑποχονδριακῶν? Rondeletius ex Dioclis non omnino vera opinione, ſed plauſibili, & ex parte probabili, putat id totum malum pendere à mala intemperie primarum venarum meſaraei & etiam meſenterij. Declarant ſigna hîc non enumeranda, inter quæ eſt volæ manuum ſiccitas, & ſqualor. At cutis ſqualida labem vitiumque ventris ſignificat, declarat curatio medicamenta humect. refrigerandoque purgantia, ſyrupus de pomis, ſyrupus violaceus, lac aſinæ aut capræ. Balneorum frequens vſus à cibo, aquæ Spadenſes, Niuernenſes αὐτὸ φυέες imò eis vlcera oriuntur & καρκινώδεις tumores qui non niſi pompholyge, plumbo, ceruſa, & mercurio leniuntur & mitigantur, & quod fit foris, idem domi & in viſceribus fieri debet.

Gal. de loc. Aff cap. de melanch. Hipp. in Coacis. Legitima hypochondriacorum curatio

Sed impediunt flatus multi qui in hypochondriacis ſcaturiunt, & indicatione quadam contraria auertunt ab vſu rerum humectantium, & refrigerantium, quæ cauſam oppugnarent: ſic quod eſt primæ & radicalis affectionis remedium, auget ſymptoma, vt fit in hydrope & ſqualore & hecticâ viſcerum intemperie, cum enim quæ flatum diſcutiunt calidiora tenuiorumque partium eſſe debeant, ſiccitatem ſqualoremque partium augent, quæ cauſa impulit Themiſtium magnum phyſicum, & tamen non ſatis bonum medicum, vt credat atram bilem naturaliter frigidam refrigerare ventrem, & iecur partes nutritioni deuotas & conſecratas: quòd ſi verum eſt, mirum non eſſe debet, ſi tantus ſit flatuum prouentus in hypochondriacis. Imo verò κατ' ἐξοχήν flatuoſa melancholia eſſe dicitur: quanquam hypochondriacis, & iis quibus æſtuant viſcera, quos θερμοχοιλίους vocat Hipp. non rarò vſuueniat, vt cum calore acri abundent, non deſinant eſſe flatuoſi, immo in tympanitem ferè poſt dolores aluinos diuturnos & vix placabiles incedant, & iis non rarò ſecari vena ſolet ſecundum illud Hippocratis ἀνεμίην φλεβοτομίη λυει. Verum iſto loco Themiſtius rationem reddebat cur melancholica corpora macra eſſent, ita enim ait, Affecta ſunt corpora, vt eo non fruãtur alimento quo veſcuntur, & idem alimentum non ſubit partes nutriendas, & id genus corpora ſunt infœlicibus lignis aſſimilia, quæ in regione arida, & ſiticuloſa naſcuntur. Themiſtius autem atram bilem propriè non ſumit, ſed pro ſucco melancholico frigido, magna enim pars melancholicorum & deterior morboſiorque per flauam bilem, aut ſuccum melancholicum vſtum, aut ſanguinem generatur: vnde cineri, aut tartaro calcique talis humor ſimilis eſt, quibus per aduſtionem calor eſt acer & mordax; vnde melancholici tales ſunt piloſi, abundant multo excremento fuliginoſo, quia in iis ſanguis & ſuccus eſt acriuſculus, & calidiores ſunt arteriæ plenæque fuligine.

Contrariæ indicationes in cura melancholicorum obſeruandæ.

Cur melancholici macreſcunt.

Vſta bilis & melanch ſuccus grauia inducit ſympt.

Quoniam Themiſtius videt multos effectus frigoris, cauſam putat frigidam, at in magna parte hypochondriacorum eſt calor acer & mordax, hic eſt corruptor, & fructum non capit corpus, imò quò corpus calidius calore aduentitio, & febrili, calore naturali omnium bonorum authore, eò frigidius exiſtit.

Effectus frigidi non arguunt ſemper cauſam frigidam.

Id quod expreſſit illud Hipp. quibus calidior venula eſt; ideſt arteria, multitudine ſanguinis exuſtum procreat & idem excernit; exuſtum, autem τὸ καυσώδες vocat, à quo fuliginoſum excre-

Sect. 6. lib. 6. epid. partic 2.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 209 sur 359

©BIUM

mentum multum, intemperies cordis & arteriarum, concurrente pulmonis calore & ſiccitate tam celeris motus, cordis (præſertim per greſſum) cauſa eſt, & tam affectio hectica eſt; non ſic in aliis febrientibus contingit, non enim moti, ita anheloſi ſunt: imo in corde ipſo iam ſpeciem aneuriſmatis ſubeſſe autumamus ſpiritu & ſanguine mirum in modum arterias diſtendente & dilatante.

Celer cordis motus ab intemp hectica, & quadam aneuriſmatis ſpecie oritur.

Sed nunc relicto diſputationis filo cætera perſtringamus. nunquid cordis magnitudo, & eius intemperies in ea muliere, cuius ergo ſuſceptum eſt hoc prǫludium difficilis reſpirationis cauſa eſſe poſſit, qualis eſſe ſolet in iis qui cucurrerunt. Vnde tanta inappetentia? bilioſa cum ſit temperamento, cur tantopere flatuoſa? icterici non admodum flatuoſi quia in iis bilis abundat, non pituita quæ in flatum reſoluatur & raro imbecillitate partium nutritioni ſeruientium, (quæ vna cauſa eſt generationis flatuum) laborant, ait Galenus, quæ opinio an vera ſit porro inquirendum.

Com. ad part. 72. l. 5. apho.

Difficultas hæc ſpirandi quia creber & frequens eſt ſpiritus nomine τῦ καρδιωγμῦ, apud quoſdam veteres exprimitur: præſertim cùm palpitationi ſimilis eſt. Erotianus παλμὸν ἀθρόως ἢ σφοδρῶς ἐν τῇ καρδίᾳ, (propriè dicto corde) γενόμενος cur καρδιωγμὸς, id vocetur vel. καρδιαλγία, non eſt facilè explicare: niſi id fiat, vel quia talis affectio ſignificet vim vitalem maximo incendio laborare, vel quia cum per æſtum cor celerrimè vehementiſſimêque moueatur, anima deficere videatur, & id veteres vocant καρδιώσσειν, ἢ καρδιαλγεῖν, dici verbo vulgari poteſt, vnde cum pulmo inflammatur, frequentia ſunt animi deliquia, ἢ ὀκλύσεις; hæc noſtra coniectura & præiudicium aliorum ſit iudicium.

Com. ad apho. 65. l. 4. aphor.

Item peccatur in hypochondriacorum morbis nam ferè ad lienem opera dirigitur, & dum incidẽtia, ῥυπτικὰ attenuantia, cappares, tamarix, caſſutha, chamædrys, chamæpitys, flores ſparti, immo radices calidiores præſcribuntur, hepar ſiccatur primum, quia integris viribus traducitur ab iis medicamentoſis ſimplicibus, & dum vulgus & medicorum & hominum intendit per corticem tamaricis & aſplenium lienem minuere, minuit: imo fortè fit vt perexiguus ſit ſplen, quod malo eſt; nam ſatis amplum & validum eſſe oportet ſplenem, vt hepatis ſanguinem purget, alioqui mille incommoda ſequentur.

Attenuantia & incidentia hepar ſiccant lienem minuunt quod ſæpè malum eſt.

Ideo non eſt bonum minui lienem aſpleniis medicamentis, nam vbi minor non benè defæcat ſanguinem; hinc inappetentia,

& mille incommoda. sic narrant de chameleonte, qui nec bibit, nec comedit, soloque aëre nutritur; quòd hic lienem non habet semper hiat, semper tenuem qua vescitur auram reciprocat chamæleon. *Plin.c.33.l.8.*

Quamquam quæstio est an medicamenta splenica integris viribus hepar pertranseant, si id sit non fit sine noxâ hepatis. Ataiunt non esse necesse, quia à vena porta sunt rami mesenterici, quorum vnus ad splenem tendit: melius faciunt qui in affectibus splenis & hypochondriacis ad buglossum, borrag. nymphæam, succum pomorum confugiunt, alia vero siccant longo vsu impendio magis. At, omnis ὑπαρξις melancholiæ hypochondriacæ consistit in intemperie sicca partium in hypochond. contentarum, cum nonnulla caliditate sine affluxu, sed cum obstructione potius à sanguinis & aliorum humorum crassitie. Eamque ob rem limaturam chalybis in hypochondriacis & decoloribus virginibus commendant, quod pluribus explicatum est alibi.

Quæ cum ita se habeant hypochondriacis sunt vt plurimum φαρμακείαι ἐργωδεῖς, nam in ista siccitate partium naturalium in qua illius affectionis omnis ὕπαρξιν diximus residere, non purgandum ἀδροτέρως 1. vehementer. Enim vero hypochondriaci ferè æstuantia habent viscera, calida & sicca sunt temperie bilis acris genitrice, & cum suo calore & siccitate symbolum habeant & affinitatem cum febre, mirum cur ferè non febricitent, aut patiantur febrem quandam sui generis: quanquam reuerà interdum, diarias quasdam febres patiuntur febrium hecticarum πρόδρομος. Sed & obseruauit antiquitas; Mulierem rarò fieri hypochondriacam, διὰ τὴν φλόγωσιν, sed vbi sit, deterius habere, quia id est alienius à temperamento frigido humido, quod muliebre est, cum tamen perpetuò doleant & conquerantur: item sentiunt punctiones & lancinationes & in cute & in visceribus. Ideo Arist. dicebat corpus melancholicorum perpetuo pungi reuera, quod de elephanticis scribunt, inter signa quidem æquiuoca duo hæc notant; quòd rarò febriant, & quod in cute punctiones sentiant. Notanda hæc & reuerà hypochondriacum esse verè est habere gradum vnum ad elephantem. Rondeletius ait, hypochondriacos & melancholicos videri quidem carere febre, sed tamen febrire quadam specie febris quæ iis propria est. Sed vnum obseruatione dignum, metus est maior ipso periculo, & phantasia maximè afficitur. De his verum quod Ti-

5. *ἀδροτέρως non sunt purgandi hypochondriaci.*

Metus & mœstitia si perseuerent signum melancholicum Hip.

mor in his ipſo maior ſolet eſſe periclo. Item illud; Quid timeam ignoro, timeo tamen omnia demens. ſymptomata ſunt minora quàm opinio ipſa concipiat ſed cauſa maior eſt, & efficacior quàm opinio percipiat imò eſt gradus ad elephantem. Sic nomen hypochondriacæ affectionis (nec enim morbus eſt qui notari poſſit, ſed effectis ſe prodit) multa includit & opinione maiora: Mirumque eſt, quòd qui delicatiores, imò benè temperato cerebro faciliùs & grauius afficiuntur, exhalatio tetra facilius impreſſionem facit, ſtupidi & obtuſiore ingenio non ita percelluntur.

Qui delicatiore ſunt cerebro faciliùs melanch. ſym. afficiuntur.

Sic prius hominum genus fœliciore eſt ingenio quàm fortunâ & valetudine. At vero quod ad therapiam attinet eamque difficilem reddit, eſt, quòd affectionis remedium auget ſymptomata, flatus borborygmos, inflationes, morbus non tam eſt in humoribus, quàm in partibus ſolidis.

Aëtius.

Vna conſolatio eſt, neglecti iſti morbi ſæpè fiunt leuiores mirumque ad aliquid conferre negligentiam. Sed & ipſa ſenectus quæ morbus eſt, remedio eſt, præſertim ſi ex macro habitu comparetur.

Sed his relictis breuiter curationis capita attingamus.

Capita deliberationis pro therapia.

Conſulendum capiti tremulo, partibus naturalibus, in quibus ſcaturigo & ſoboles flatuum ἄνω καὶ κάτω qui flatus tantorum malorum ſunt authores: conſulendum quoque & partibus vterinis.

Capiti, litu ex oleo de ſaluia arte chymica extracto, expreſſo nucis moſchatæ. ol. nardino cum cera in aqua vitæ lauta, caſtoreum valeret niſi fœtor adeſſet, valet quoque litus ex oleo de ſpica nardi, vulpino, lumbricorum, addita aqua vitæ emplaſtrum palmatum, diuinum, & de meliloto.

Hyſtericæ affectioni trochiſcis de gallia moſchata, ſuffitu exceptis, pilulis quoque de caſtoreo, & aſſa fœtida cum aloë.

Partibus naturalibus præſertim ne ipſis flatibus tanti tumultus ſeditionis oppreſſionis que partium ſpirabilium authoribus ſtudendum, medicamento legitimo. Dictum eſt ante, omne medicamentum eſſe illi mulieri ἐργώδες, ideo balneum præmittendum videretur, purgatio ſit ex catholico ad ʒij. ſ. colatum & clarum in multas doſes, velrhab. cum ſyrupo de cich. comp. cum rheo, & vt deorſum reuoluantur flatus, clyſmata ex iure pingui, quia ſiccio-ra ſunt exta & inteſtina.

Difficultas oritur διὰ τὴν ἐντειδείξιν cauſa calida, intemperies lactium calida & ſicca, vnde obſtructio attenuatiua, remedia huius

natiuæ

natiuæ intemperiei augent ſymptomata, vt obſeruatum ante & verè iuuatur vino abſinthite, tabellis calidis. puluis digeſtiuus confert, oui luteum cum ſaccharo, aut grano ambræ griſeæ.

Fotus blandi ad ſplenem & ventriculum, vſui eſſe poſſunt.

ANNOTATIONES.

1. *Vt quod de ea dicitur pertineat ad omnes alios hypochondriacos quorum magnus eſt numerus. Ægra* πολυπράγμων *eſt actuoſa, & negotioſa vnde animus inquies, & qui non ſinit corpus refoueri. Eſt autem labor naturalis, aut violentus: naturalis, labor, viſus, auditus, vocis curarum, anima in id quod videtur intenta mouetur & caleſcit; caleſacta euacuato humore ſiccatur, de auditu idem, mirum-ne eſt, ſi illa non pingueſcat cæterum cum hæc mulier hypochondriaca ſit, mirum quoque quod niteat facies, quæ in aliis decolor & plumbea, in ſanguineis* εὐχροιαεſt, *& teſte Hipp.* εὐανθὲς.

Hipp locus aureus lib. de diæta. loquẽs de viſu & auditu. Hipp. 2. prorrh. & in epid.

Illi autem contingit quod pueris cachecticis quibus in cauo hepatis bilis recocta tanti mali author exiſtit. At verè ſplenica non eſt benè colorata & inappetens, quod ſplenicis veris non euenit. Credo eſſe, velut ἀνεψισμα *quoddam vaſorum cordis.*

Lienoſi ſunt voraces, tum ob acidũ ſuccum, tum etiam ob cancroſam lienis diſpoſitionem

Quæſtio mota cur virgines decolores tam male ſpirent cum alij febricitantes (ni malum in pulmone) id non patiantur. cur olim eam difficultatem ſpirandi non patiebatur, interna calent, fuligo magna, arteria calidior exuſtum quid procreat, corpus non ita ſpirans, bilis torrida, nitrum, ſulphur dominatur, vt in vetere Gallo. Teſte Hipp. 2. de diæt. hinc omnia antiqua & marcida aluum magis mouent quam recentia quia putredine propiora: fidem facit caro Gallorum nitroſa & ſalſuginoſa. Si à calore ætas defecta & inclinans remedio eſſe debet, morbi calidi in ſenecta relinquunt. Hipp.

An detractio ſanguinis valet quæſtio? menſes in bilioſis ſunt detrimentoſi, ait Hipp. & ſæpè λειποθυμίας *afferunt.*

In hypochondriacis præſertim qui ſunt tormenta medicorum ob acres humores qui eos pungunt (qui partim natura, partim victus ratione, partim curis & ſolicitudine fieri poſſunt, maximè vero fiunt quibus viſcerum eſt intemperies,) ſi temperantia tantum adhibemus, malum non tollimus, ſed lenimus tantùm, ſi acria, & quæ humorem tollunt, irritamus: idem contingit quod & in herpetibus, & ſerpigine. Glutinoſa mollia remedia malum fouent immo deterius faciunt, acria cauſam euocando non ſtatim ſanant ſed irritant (qui locus pul-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 213 sur 359

©BIUM

cherrimus ab externis affectibus ad internos nos ducendo) ſanitatem enim ratione euacuationis ſuccum mordacem abluendo & detergendo non τῆς ὑπικράσεως efficiunt: imò contemperantia aliquando mordicationem maiorem efficiunt ex accidenti, vt ſi corrumpuntur & vnà alunt fouentque cacochymiam. Sic videmus ſerpigini, pſoræ, ſcabiei &c. à bile vſta, pituitaue ſalſa cutis vitiis aquam ſalſam lythar. ſulph. Aquam hydram alumino ſam prodeſſe magis quam temperata & ὑπικρατικὰ, quæ alunt fouentq; cacoch. & acrimoniam. An ea lex contrariorum, vt contrariis contraria elidantur & oppugnentur his & ſimil. ration. chymici fundamenta ſua ſtabiliunt dum dicunt ſimilia ſimilibus curari.

Gal. c. 12. l. 2. de ſimpl. medicament. facul.

Sed hæc omnia ad rationis & veritatis normam & legem reuocanda ſunt, nam ea Gal. methodus in cura prædictorum affectuum non deſtruit ſolemne illud Axioma Therapeuticum. Contraria contrariorum ſunt remedia.

2. Non abs re dicebamus paulo ante perperam in hypochondriacis calidis & ſiccis dari medicamenta ſplenica falſa lienis affecti opinione, minuitur enim hepar, ſiccatur, augetur intemperies ſicca, educitur ſerum liquato ſanguine, & defectu ſeri ſanguis aduritur, & cùm lien minor eſt iuſto, non ritè defœcat ſanguinem humore melancholico; quo fit vt in venis & arteriis ardeat, vnde pici aut gagatæ lapidi ſimillimus exiſtit. Ideoque Galen. non vult detrahi ſanguinem ſi in cerebro tantum affectio ſit & nigreſcat ſanguis, ſi in toto corpore ſanguis nigrior, audentius ſanguinem mittit, ſi non ſit melancholicus ſupprimatur, ſic ſtatuit eas diſtinctiones: In hac muliere flatus generabatur ob inæqualem intemperiem ventriculi & hepatis, & ij diſtendebant ventriculum in dies ventriculus amplior & capacior non poterat comprehendere cibos, vnde ructuum & flatuum perennitas generationis. In hac muliere (vt in cadauere obſeruatum) ſanguis nigruerat, corque vix refrigerium accipiebat hinc pulſus inæqualis & palpitationi ſimilis, ventriculus ampliſſimus erat, frigidiuſculus vnde rebus calidis, delectabatur, licet lingua ſicca, eſſet & calidius hepar, ſic ventriculus vix cibos coquebat.

CONSILIVM LXXIX.

De *doloribus hyſtericis & hypochondriacis.*

VIrgo matura viro doloribus ſæuis ad regionem ventriculi torquetur,& maximè ἐν τῇ ἀναδόσει ipſius alimenti, tribus poſt horis ab eodem alimento ſumpto. Inter cætera, repetunt ſæuiuntque magis noctu,& ita venter ob agitationem ſpiritus, flatulenti & humoris qui ſuos motus & θρόλυς non habet, quaſi fermentatio foret aliqua,intumeſcit,vt niſi diſtringatur laxeturque, opprimatur crepetque inedia, diſtentio fit diuulſioque, eàque ita dolorifica vt vix ferendo ſit,& tamen habet ὀρθοςάδην, nec eius lamentis quereliſque locus datur, ferè fit enim vt ij morbi negligantur qui decumbendi neceſſitatem non afferant,licet ipſi per ſe ſæui & immanes exiſtant. Vnde dolores dentium quia vulgares podagræ,tuſſes,tormina ventris & verminationes ferè negliguntur,quia ſine febre,& vulgo homines affligant. Vulgus ſolet tantum miſereri febricitantium, quia morbus eſt perſpicuus, & vtinam ipſi hypochondriaci apertè febricitarent. At ob ſquallorem & hecticum quemdam calorem eorum humor non eſt ſuppurabilis,nec hypoſtaſi declaratur. Dolor lateris,aut pleuritis neſcio quæ totum hominem ad ſe conuertit,in lecto retinet,medicos cogit,denique nullo non magiſterio & artificio oppugnatur, cum dolores dentium, tuſſes, tormina, ſæuitiâ ſint ſuperiores immo tormentis adnumerentur.

Dentium affectus, podagræ, tormina &c. negliguntur ſæpè licet tormentis ad numerentur. ait Celſus.

Quod cum verum ſit,& nil tam infirmum corpus faciat quàm dolor, is primùm omni arte eſt mitigandus, & is morbus in quo dolores adſunt, pluris eſt æſtimandus, maioreque procuratione dignus, quam is à quo dolores abſunt, & reuerà dictu eſt mirum quanta & quàm longa dolorum acerbitas ferè conſtantiam & patientiam ipſius virginis vicerit & conuulſerit, & piget ſcribere ne id vertatur artis medicæ dedecori. Sæpe, ait Tullius, non ſunt grauiora carnificum tormenta quàm quorumdam morborum cruciamenta. Id quod hîc obſeruatum eſt, & ferè iis non condolemus, quiaut aſſiduo dolore affliguntur quaſi conquerendi, eorum aſſi-

Dolor vires maximè infringit,& huic prompte occurrendum, dum habet rationem cauſæ morbũ augentis, aut foucntis.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 215 sur 359

duitas opinionem faciat, aut ſublati, aut imminuti mali. Eorum vicem dolemus, qui febricula, aut inflammatione laborant, vt dictum eſt, tabem, hecticam febrem, dolores dentium & grauiora his mala in aliis negligimus, quod non ſunt ea ita conſpicua, vt inflammationes, aut herpetes. Id Langius tranſtulit ingeniosè ad animi & corporis affectiones; pluris vulgus facit corporis leuem affectionem in alio quia euidens eſt, quam animi cruciamenta & tormenta: magis tamen in morbo eſſe iudicantur qui tabe, aut marcore laborant, quàm qui manifeſta inflammatione, aut febri. hæ enim magis apparent & ſenſum feriunt: ſic ſunt in grauiore pœna improbi qui lento paſſu ducuntur ad æternam mortem, carnifex enim animus quotidie minutis ictibus pungit & cædit. Hippocrati hæ ſunt cauſæ cur morbi muliebres ἀνίατοι. 1. ferè ſunt incogniti: 2. præ pudore non narrantur, & ſæpè progreſſi ſunt antequam ingreſſi videantur. 3. error medicorum ſi curant morbos viriles & muliebres, nam longè differunt, ſunt enim & corporum & hominum proprietates, id quod mirum, cum non tam longè fœmina à mare differat, & illa, mas inuerſus dicatur. An ob vterum? an fas eas tragœdias excitari in viduis & virginibus ob tantulam partem? Sunt morbi peculiares fœminis, alij maribus. Olim arthritis mulieri pepercit non nunc: non quod (ait Seneca) mulierum natura immutata ſit, ſed vita, & cum virorum licentiam æquarunt morbos virorum æquarunt, & quia fœminam exuerunt morbis virorum plectuntur. Hipp. mille motus vteri agnoſcit, & vterum omnium morborum muliebrium radicem putat.

Quæ vilia putantur cognoſcere difficile Hipp. de flat. In epiſt.

Muliebres morbi fere incogniti Hipp.

Vterus omnium morb. muliebr. cauſa Hipp.

In hac dolores ſunt deſcripti paulo ante, & ij à ſumpto cibo repullulant, & integraſcunt; vnde id? dolores potius mitigari deberent appulſu boni & amici alimenti, flatus ſunt multi à materia cruda & calore imbecilliore, nec enim vigente hyeme nec æſtate media flatus oriuntur.

Mirum cur nondum aut tympanites ortus fuit, aut tranſlatio ad caput iuxta aphoriſm. Qui circa vmbilicum labores & dolores qui neque medicamento, neque aliter ſoluuntur, in hydropem ſiccum tranſeunt.

Aph. lib.

Quid hoc quod tam diuturni dolores? nemo enim poteſt valdè dolere & diu, ait Seneca; ſic amantiſſima noſtri natura cuncta diſpoſuit, vt dolorem aut breuem fecerit, aut tolerabilem. Dentium, articulorum, neruorum, aurium dolores ſunt acutiſſimi, quia in angusto.

Sen. in epiſt.

Dolor in angusto.

Cæterum in examine iſtorum dolorum quæſitum eſt, an eſſent hypochondriaci, an hyſterici, an mixti, licet enim ventrem ſuperiorem affligant poſſunt etiam eſſe hyſterici, ita enim intelligere oportet motus ipſos vteri ſurſum deorſum ad hepar & lienem, vt loquitur Hippocrates, non quod reipſa loco moueatur vterus, ſed quod ſui, aut appetentis, aut indignabundi argumenta edat, in his aut illis partibus, habet enim inſignes venas, quibus, cum hepate conſentit, & neruos quibus cum cerebro, & arterias, quibus cum corde.

Varij vteri motus.

Sed hæ inſignes afflictiones contingunt virginibus viro maturis, incredibile enim dictu quantæ mutationes in ætates incidunt primis coitibus & prima menſium eruptione, natura enim ſui motus dat quoddam ſignum, & dum ſanguis ſuo exitu fruſtratur, refluens ad hypochondria oppreſſionem facit.

At notandum eſt, ſanguinem, aut ad alimentum, aut ad augmentum, aut ad fœtum futurum ſuppetere debere, vbi ſufficit ad alimoniam, aut ad augmentum, id quod reſtat ſuperuacuum eſt (natura autem eo conſilio mulieres læuiores frigidioreſque effecit, vt corpore minùs ſpirabili plus ſanguinis reſtitaret) id quod non ſolùm in interno, ſed & in externo corpore fieri debet. Ideo venæ laxiores eſſe debent, vt ad habitum ſanguis feratur, deinde eæ ſunt laxandæ quæ ad vterum pertinent: fruſtra enim euacuationem per vterum menſtruam cieremus, niſi habitus ipſe plenus foret. Tunc enim argueretur ſanguinem & ipſi virgini ſufficere & puero futuro. At diſcernere num redundet an non, & in externo & in interno corpore, hîc opus hîc labor eſt.

Curatio.

In curatione ſunt ἀντενδείξεις ex parte flatuum, ex parte temperamẽti & caloris genitiui acriuſculi. Ergo obſeruata ſunt hæc, ſpecies morbi, ſitus, cauſa, curatio, prognoſis. Hecticus eſt calor cauſa mali & diſpoſitio hypochondriaca, & ob appulſum noui alimenti dolor in digeſtione ſentitur, prius alimentum ferè non deſcendit, nec fit attractio ob obſtructionem & tumorem partium ſanguine repletarum: ſic alimentum, aut corrumpitur, aut non attrahitur, & hypochondriacorum febris eſt ſui generis, & febris eſt tumori cancroſo non diſſimilis, vnde ſola temperata proſunt hypochondriacis & balnea maximè, vt antè obſeruatum.

Vt in rebus omnibus eſt quædam maturitas ſuaque tempora, ſic in virginibus ſuo tempore natura molitur καταῤῥηξιν, quam ſi

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 217 sur 359

©BIUM

non conſequitur, hinc oppreſſiones, humor enim motus & non promotus oppreſſionem facit.

Menſtruales non fiunt ſæpè quia partes ſunt validæ quæ totum ſanguinem ſibi, & retinent & acquirunt, & niſi partes infirmiores reddantur & ſanguis imbecillior non fluat; idem fit quod in alienatione mentis à raptu, & vi ſanguinis, effœminandus enim eſt æger & ſanguis de conſilio Aëtij & ad deliquium animi detrahendus. Quod an verum ſit quæſtione dignum videtur; quod autem ob robur ipſius ſanguinis ipſe aliò transferatur eoque, aut menſtrui materia pauca ſit, aut nulla, patet ex Galen. & vt è contrario morbi cauſa tollatur, videtur ei robori ſanguinis imminuendo incumbendum eſſe.

Sed ad therapiam pertinet quoque illud, cur cum recumbit in lecto minùs frequens & grauis dolor eſt, cum aut ſedet, aut deambulat amplior fit, in lecto inflectitur facilius corpus, & per inflexionem duo ſequuntur commoda: vnum, quod per inflexionem recaleſcit venter, calefactus autem venter melius coquit; ſecundum eſt, quod dum flectitur corpus laxantur partes & ſinuantur; id quod exitum flatibus dare ſolet: horum demonſtratio eruenda eſt ex Ariſtotele, dum quærit cur ſit melius cubare corpore inflexo quam diſtento, vbi phyſicas rationes exponit memoria non indignas. Itaque inſtituta conuenienti victus lege, repurgato corpore, balneum inſtituatur; venæ ſectio celebrata è brachio ratione ipſius plethoræ, licet non ſit ſecuta manifeſta alleuatio, nil perinde eſt, iteranda tamen eſt. Quaſi ſi quis artem medicus is & artis euentum præſtare ſemper debeat & poſſit. In arte medica licet ſit perpetuum quod fieri debet, non eſt tamen perpetuum quod ſequi conuenit, poſt modum vena in malleolo tundenda eſt, quò inclinet ſanguis deorſum, qui in hac virgine ſemper (contra naturæ morem in mulieribus) partes ſuperiores appetiuit.

Celſus.

CONSILIVM LXXX.

Pro notario paralyticon aliquid patiente, aut potius laxationem quandam articulorum ipſarum omoplatarum.

NOtarius quidam colico dolore vexatus eſt eoque acerbiſſimo, tanta fuit immanitas, vt præripuerit occaſionem medendi cum methodo quadam metu maioris incommodi, ſæpè ad leuationem doloris immittendus fuit balneo, cœlo frigidiuſculo, immò, vt verbo dicam, cum temeritate remedia rapienda potius fuerunt, humor qui id genus dolores concitabat, erat æruginoſus qualis in ægri illius corpore congeri ac cumulari ſolet. Quare? ob ipſorum viſcerum intemperiem & feruorem, non tam forte à natura quàm à diæta contractum: vnum enim de eo ægro notandum eſt quod & ad notitiã & iſtius colici doloris & familiaris, & morbi alterius qui inde ſecutus eſt & cuius gratia hic locus tractatur, maximè pertinebit. Illud vero eſt, æger iſte etiam dum proſperrima ſanitate fruitur (ſi modo in eo ſanitas eſt) ſolius vini & panis vſu ſuſtinetur, à carnibus iuſculis, & omnibus aliis eſculentis abhorret, ad ſolum vini, & eius generoſioris & meracioris vſum confugit, hinc prouentus bilis, hinc ſeri indomiti congeries, hinc inappetentia, augetur enim intemperies n: ſcio quæ in dies magis appetentiam deiiciens, calor enim acer ori ventriculi moleſtus eſt, edendi deſiderium adempturus.

Sic loquitur Celſus.

Hinc ſitis aſſidua & rerum quæ alienam qualitatem excedentem habent, immoderata cupiditas: ita enim à Galeno dictum definitumque eſt, ſoli, ait, extra naturalem ſtatum conſtituti amaris acerbis, acidiſque cibis delectantur, naturaliter habentes & excrementis vacui pinguibus & dulcibus, & nulla vehementi qualitate præditis cum voluptate delectantur.

Benè habẽtes dulcibus ægre amaris, ſalſis acidis &c. delectantur. ad part. 14. ſect. 5. l. 6. epi.

Cæterum præter incommoda quæ affert vini vſus præſertim vbi cibo non eſt temperatus, de quibus incommodis dictum eſt, aliud etiam lõgè deterius eſt, eſt autem neruoſi generis imbecilli-

©BIUM

tas, vnde cerebri affectio, & apoplex. epilepſ. tremoris neruorum, paralyſeos opportunitas, & ſi enim vini ſua ſunt commoda, præſertim ſi præſumptis cibis hauriatur; ita maximum ſequitur detrimentum ſi ieiuno vacuoque ventriculo & nullo proiecto alimento bibatur. Obiter autem dictum hoc ſit tamen quoniam extat ea de re præclarum Galeni edictum illud nõ debet prætermitti: Qui vel inedia, ait Gal. vel alui profluuio, aut fluxu ſanguinis, aut tali euacuatione, famem habent, non capiunt ex vſu vini vtilitatem, imo offenduntur, quoniam & conuulſionibus & deliriis confeſtim corripiuntur, ſi antequam cibum ſumpſerint vinum bibant. Item dum loquitur de iis qui ſunt opportuni podagricis inſultibus, tria maximè recenſet, quæ eius affectionis occaſionem afferunt, deſidiam, crapulam & vini vſum maximè ventriculo inani. Nocent, ait, & potus multi & generoſi vini, præcipuè cum aliquis ieiunus potarit.

Vinum ieiunos bibere nouitio. nuento inutiliſſimum & placitũ Med. nouitate ſeſe commendantium Plin. I. ad apho. 21. lib. 2.

Com ad apho. 28. l. 6.

Vnde mirum non eſt ſi noſter æger inciderit in ſpeciem aliquam paralyſeos, aut potius relaxationis articulorum ipſius humeri: vinum ad id eſt valdè efficax, niſi forte quis dicat vinum quia calfacit & ſiccat, tantum abeſſe, vt obſit neruis vt eos roboret, pares enim habet vires, ac olea arte chymica elicita, quæ ſiccãdo & calfaciendo tantoperè firmant, contendunt & roborant neruos. Id quod Galeni patrocinio tueri facilè poſſit. Quæ enim incommoda vinum ſanare videtur ea ante ipſum effecerat, ſic vinum neruis erit alexipharmacum, nedum venenum, vnde malè epitheto Bacchi inſignitur ὁ οἶνος λυσιμελής. Ita Galenus, Vinum facilè neruos replet ob calidam temperiem, intrat enim, vt cum non habeat craſſam ſubſtantiam, ſic ſubſtantiæ copia neruos conuellit, rurſus autem qualitate ſanat eam quam fecit diſpoſitionem neruos calfaciendo atque exſiccando, & ſi id non facit, mors ſequitur, & vt vinum ſanat conuulſionem ita & febris. Quis autem apud Galenum locus eſt, qui vino magis patrocinetur, cur tam cautè podagricis, lunaticis, tremulis, paralyticis, & omnibus quibus neruoſum genus afficitur, interdicetur? & vt paulo antè dictum eſt; datur à Galeno hemicranicis; ſi ſiccat, ſi calfacit, etiam paulò immoderatius ſumptum, non nocebit, imò medicatam vim habebit, & tamen audito affectu cerebri, aut neruorum, aut membranarum, cane & angue peius exulat. Neſcio cur id fiat niſi dixerimus calfaciendo & ſiccando iuuare poſſe, ſed vel maligno tetroque vapore nociturum eſſe vel plus ipſum vinum fundere, liquare & humores

Obiectio de vino quâ quis in affectionibus neruorum vſum vini tueri queat.

Gal. ad aph. 5. l. 5. Vinum ſub iam neruoſis partibus neruo qualitate amjcum.

3.

humores irritare quam poſſit digerere; vnde fluxionum prouẽtus & neruoſi generis repletio & humectatio, vnde Galenus ait, repletis neruis conuulſio fit, replet autem vinum.

Magis fundit & liquat vinum quam poſſit digerere, vnde diſt. prouentus, & neruoſi generis repletio & infirmitas Gal. ad aph. 5. lib. 5.

Relaxatio iſta & πάθος παραλυτικὸν, ſecutum eſt dolores colicos. An id fit, reuera vidimus pleroſque qui poſt longos morbos, præſertim poſt colicos dolores ſpeciem quandam paralyſeos contraxerint. Quod quâ ratione eueniat pluribus, ſatis eſt locum indicaſſe, eſt philoſophi in ipſius cauſæ inueſtigationem incumbere. Primùm notus eſt Hipp. aphoriſmus; Cui inteſtinum à dextra parte articulorum morbo laborauit, erat quietior, poſtquam verò id curatum fuit, erat dolentior, id quod tribus de cauſis contingit: vel quia nunquam duæ partes ſunt inter ſe ſimiles, vt æqualiter afficiantur, vel quia duobus doloribus omnino non eundem locum occupantibus, eorum maior obſcurat & eleuat minorem, vel vt ipſemet ait Galenus in com. quod humorum in articulos influentium motus ad colon inteſtinum eſt conuerſus, & reuocatus: ſi id verum eſt cur non poſt dolores colicos humor in articulos referri non poteſt? itaque nouum non eſt, aut dolorem articulorum, aut paralyſes colici doloris eſſe conſectarias. Quidam id inteſtinorum malum de deſcenſu in ſcrotum interpretantur, mauult Galenus de dolore colico intelligi. De eâ quoque re I. Hollerius arte medendi & ſingulari iudicio antiquis medendi magiſtris non poſtponendus, hoc litteris conſignauit, quod autem à veteribus ſcriptum eſt colicum dolorem in paralyſin tranſire, id rarum apud nos, familiare vero eſt Britonibus; cuidam ſacerdoti ex dolore colico paralyſis quæ colicum dolorem ſoluit, ſed ea ſuperfuit, quî hoc fit vt ab inteſtinis in principia neruorum fiat humoris recurſus? vide an ſit vera paralyſis.

4. 6. epid. par. 2. ſect. 4.

5.

In ſcholio in cap. de colico dolore. Hiſtoria.

Non eſt mihi inſtitutum amplius de paralyſi diſputare, ampla enim eſſet materies, & quæ non eſſet huius inſtituti, tria tantum præſtabo; primùm per capitula proponam ea quæ in medicorum conſilio eram propoſiturus de paralyſi. At non tam paralyſis quam relaxatio neruorum & articuli à nobis deprehenſa eſt. Secundo, an cum ſub finem morbi paralyſis contingit, num ea à ſiccitate potiùs ſit repetenda. Tertio, ſi ſub finem morbi contingit, cur non potius contrahuntur articuli quam laxantur?

In toto homine, totâque vita obſeruatur, ἡ τόνος ἡ λύσις, conformatio & apta membrorum colligatio, vt corpus vnum & continuum eſſe videatur.

τόνος καὶ λύσις in vita obſeruatur vt corpus vnum & cõtinuum ſit.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 221 sur 359

©BIUM

Paralyſis ab obſtructione naſcitur, à compreſſione, diuiſione, ſeu ſolutione continui: ſic laxatio ligamentorum paralyſeos cauſa eſſe poteſt.

Aliquando ſuperiores partes reſoluuntur, aliquando inferiores, vt crurum & tibiarum, eſt reſolutio quæ σκελοτύρβη, antiquis vocatur, malum hoc cõtingit, ex prauarum aquarum vſu. In exercitu Germanici Imperatoris, cum ſuperiores partes occupantur, ſi cerebri non eſt ſuſpicio, ad medullam ſpinalem, & ceruicem malum refertur.

De hoc affectu in præcedentibus conſ. 8.

Si primæ vertebræ ceruicis afficiuntur vſque ad quintam, periculum eſt ne vox intercipiatur.

Part. 1 ſect. 1. l. 3. epid. Paulus c. 18. l. 3. particulares paralyſes explicat.

Si quinta, ad manum affectio extenditur, vnde apud Hipp. tremor erat in manibus Pythionis, erat enim collectio in primo intercoſtali, qua parte thorax eſt contiguus vertebris ceruicis. Si ergo in quinta malum eſt, abſoluta eſt paralyſis; Si in ſexta, non ſenſu, ſed motu priuatur manus. Si ſeptima & octaua, thorax afficitur, ſed & quidam digiti reſoluuntur quoniam nerui ab ipſo cubito & olecrano ad digitos tendunt laborantes.

Cauſa, obſtructio, compreſſio, ſolutio continui.

An ficcitas paralyſeos cauſa ſit, dubitatur; nam ſub finem morborum corpore emaciato videmus paralyſim quandam oriri partibus redditis imbecillis, corpore languidiuſculo reddito, compagibus ipſis aliqua ex parte diſſutis & vacillantibus.

An non à ficcitate potius & imbecillitate quadam hæc locatio, laxitas, & reſolutio ſequitur.

Vide de Tabe coxaria poſt ſex morbi menſes, in Coacis & paulo poſt dicetur de ea.

Tertium iam erat vt quæreremus etiam ſi ſub finem morborum paralyſis ſequitur corpore ſicciore reddito. cur non potius coarctatio, & conſtrictio ſequitur, non obſtructio, non compreſſio? Ac quòd ſub finem morborum præſertim poſt dolores colicos aliquid φλεγματικὸν oriatur & contingat, illud paulo ante dictum eſt, & recentiorum obſeruationibus teſtatius redditum. Et non alienum erit Fernelij obſeruationem attexere. Obſeruauimus tertianam diuturnam, & quartanam in atrocem cruciatum colico immaniorem deſinere qui nonnunquam & in artuum dolores, & in paralyſim faceſſit: & eodem capite, paulò ante attulerat hiſtoriam cuiuſdam qui cum bilioſæ vomitioni foret obnoxius, eâ ſuppreſsâ immanes colicos dolores ſuſtinuit: hos ſecuta eſt paralyſis partium quæ ſub capite ſunt, rigores erant frequentes, idem Fernel. ſcripſit, alius quiuis humor in ſpinæ medulla infixus paraly-

De paralyſi poſt colicum dolorem Æg. c. 18. l. 3. Fernel. c. 10. l. 4 patho. Et apud Hip. Eutichis poſt cholericas affectiones diſtenſionem neruorum cruraliũ paſſus eſt. 7. epi. c. 3. l. 5. patho.

sim committit ac sæpé flaua bilis hanc infligit, cum sub finem intermittentium febrium in spinam dorsi & neruorum propagines & origines, effunditur, his authoritatibus & exemplis res facta est multo illustrior. *Hæt paralysis post colicum dolorem Pictauiensibus familiaris est.*

Nunc autem postremam partem attingam, cur cum morbus longus præcesserit consumpto multo humore & spiritu, pars non constricta potius fuerit quam laxa ac dissoluta: hoc pluribus verbis explicare animus non est, nunc tantum adducam Hippocratis auctoritatem, ex qua huius rei demonstratio, aut saltem probabilis quædam ratio duci poterit, locus est commemoratione dignus, & tanto viro Hippocrate dignus, qui non ea quæ sub sensum cadunt more vulgi obseruat, sed quæ reconditioris sunt cognitionis. Sententia Hippocratis hæc est: Carne expertibus citius & excidit articulus & reponitur quam carne præditis. Minor inflammatio humidis & macilentis quam siccis & carne præditis oboritur: quia vbi violenta est luxatio, repositio quoque dolorifica est: dolorem sequitur inflammatio & inflammationem astrictio: vbi mucus adest & carnis inopia, facilis est repositio; hinc dolor nullus, nulla inflammatio, nulla astrictio, lubricus enim ob mucum redditur articulus, deinde subdit Hippocrates. *Part. 29. l. 1. de artic.* " " *Vide lib. Ball. de arthritide.*

Omnino autem mucosiores sunt articuli macilentis quam σαρκομένοις, id est carnosis & carne præditis, nam carnes eorum qui non rectè per inediam extenuati sunt, Græcè λελιμασχημένοι ea mucosæ sunt magis, si graciles sunt quam si carnosi sunt, & tunc παχέες dicuntur, si cum inflãmatione mucus subsit per ipsam inflãmationem ipse articulus quodammodo vincitur, & ligatur & non multum propter mucum elabitur. Hæc autem Hippocratis verba paulùm à ratione aliena videntur, nam cum quis fit macilentus per febrem, fit consumptio spiritus & carnis: febris enim, ait Plinius, sanguinem consumit, inedia consumit & extenuat, vnde aphorismus, corporibus carnes humidas habentibus fames adhibenda, siccat enim corpora. Galenus edito eleganti cõmentario explicat carnes eorum qui vel fame, vel luctu & mœrore, vel iracundia, vel dolore extenuantur, mucosas etiamnum fieri, quia per ea pathemata ipsis in carnibus fiunt quædam σωπήξεις, colliquationes & muco liquato opplentur carnes, qui per eam corporis superficiem non difflatur, nec sensibili nec insensibili transpiratu. At cum medicus diætam instituit & corpus attenuare vult primum id inedia coercet, deinde frictione, & exercitatione: si aliqua col- 6. *Ibidem.* " " 7. *Apho. 59. l. 7. In part. 30. l. 1 de artic.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 223 sur 359

©BIUM

liquatio contingit, vel per manifeſtum ſudorem, vel inſenſibilem tranſpiratum reliquum digerit, ſic ſi qua ex corpore reliqua eſt humiditas, ea educitur, ni educatur corpus liquatum tumet.

8. Hic locus dignus eſt nota, vt diſputemus contra eos qui deducto alimento ſatis eſſe putant ad conſumendos humores ſuperfluos famem præſcribere: nam ſi corpora ſunt bilioſa, bilis magis efferueſcit, & æruginis naturam induit: ſi pituitoſa, liquato adipe & carnibus, mucus quidam colligitur qui moleſtiam infert, at vbi vel exercitatio, vel frictio, vel decoctum conueniens adhibetur, foras digeritur & egeritur quod dilapſum ac colliquefactum erat.

9. Antequam ad vmbilicum res deducatur quoniam de relaxatione articuli humeri ipſius dictum eſt, duo breuiter attingentur; prius de muco, quid ſit, vbi ſit, & quarum partium ſit, & an facilè conſumatur: poſterius relaxato articulo an pars tabeſcat, an craſſior fiat, an non, vt otioſis contingit.

Variæ de mucoſo excremento quæſtiones.

Mucus & partium carnoſarum & neruoſarum eſſe videtur, ex textu ſuperiore, & tamen Galenus videtur detrahere partibus ipſis carnoſis, Caro ait non propria ſui ratione fit mucoſa, aut alia pars ſanguinea, ſed proprium excrementum eſt quale in affectionibus rheumaticis (διαθέσεις Ῥευματικὰς vocat) & in iecorariis excretionibus, Græcè τὰ διαχωρήματα ἡπατικὰ frequenter in oſſibus & cartilaginibus & membranis apparet, rarò in carnibus, hic mucoſus humor, aut ex communicatione quam cum illis partibus habet, aut ex copia ſucci qui in illud confluit cum pituitoſus & mucoſus humor, ibi collectus eſt, hic ægrè exinanitur, cùm nec perfuſionibus, nec cataplaſmatis, nec medicamentis attrahi, aut diſcuti queat.

10. *Nomen hoc διαθέσεως ῥευματικῆς poteſt explicari ex c. 4. l. de locis affect.*

Ex hoc loco apparetur morbi membranarũ, cartilaginum & partium nerноſarum vix elidantur, mucus enim nec facilè coquitur nec diſcutitur.

Poſterior pars eſt, an ſi pars luxatur & excidit, extenuatur; cum contrà aliis appareat obæſior craſſior, & tumentior. Aphoriſmus ſic habet; Queis coxendico dolore affectis coxa excidit & incidit, muci ſuperueniunt, in Greco ὑπογίνονται. At cum mucus præcedat laxationis & luxationis cauſa, melius legitur ἐγγίνονται αἱ μύξαι. id eſt in acetabulo ingenerantur muci, niſi pro eodem vtrumque verbum ſumatur, & quamquam cum laxatio

11. 9. & 60. l. 6 contingit & facta eſt, mucus etiam denuò ingeneratur, tamen ante genitus erat, ſic in primo erat τὸ ἐγγίνεσθαι: in poſteriore τὸ ὑπογίνεσθαι per cauſæ morbificæ productionem. item apud Hippocratem eſt alius locus de tabe coxaria quæ poſt morbum ſemeſtrẽ contingit: Quibus ſæpè recidiua facta eſt ſi ſextum menſem ex-

In Coacis.

ceſſerunt facilè in coxariam tabem incident : id fit cum humor contumax vix & ægrè excluſus venis in articulum magnum & latum decubuit, vbi qui calidiore loco coqui nequiuit, ægrè concoquetur, cætera ad demonſtrationem eius rei in Coacarum comm. apud Hollerium: nam dubitare quis poſſet num neceſſe ſit à venis & reliquo corpore ad articulum humores confluere, an non diuturnitate morbi carnes circum articulos liquentur, hinc mucorum prouentus, hinc laxitas, hanc exitus oſſis è ſuo loco conſequitur.

Pars mucо plena aut ob venarũ fluxum, aut carniũ vicinarũ σύντηξιν.

12.

Caro autem crurum, aut tibiarum in luxatis tabeſcit, licet, κατὰ τὴν φαντασίαν, mole quodammodo tumidior eſſe videatur. Et Galenus tria conſiderat in elapſo articulo, vt non fiat nutritio inde tabes ſequatur, Articuli è ſua ſede emotionem: ineptitudinem ad vſum : otium; otij nomine omnia concludi poſſent, nam pars otiatur, & quia ſuo loco dimota eſt, & quia ad vſum inutilis viſa eſt, inde iners pars manet. Quare ergo non nutritur? Notandus eſt Ariſto. locus, quo docet corpus noſtrum continuum, aut aliquando contiguum eſſe & ratione ipſius continuitatis vaſorum fit in omnes partes diuiſio & partitio, nulla vena ſeorſim per ſe eſt, ſed omnes, pars ſunt vnius, ſi os ſeparatum eſſet, officio non fungeretur, vena etiam ſi qua ſeparata foret, nec ſuæ origini continua tenderet, ſuum ſanguinem ſeruare non poſſet. Calor profluens ab origine facit ne gelet &c. Ergo in relaxatione ſumma, non mirum ſi partes emacientur. Et ſi quædam ſuperficies carnoſa tumentiorque apparet vera caro non eſt. Cum quis exercetur & fricatur, is fibrarum ſubſtantiam pleniorem habet, carnis tenuiorem, ſed validiorem : contra non exercitati fibras graciles habent & carnem multam, ſed mollem præ humiditate, eſt enim iſta caro caſeis qui coagulantur ſimilis : exercitatorum verò integrè coagulatis : plura vide eo loci ad hanc tractationem valdè conferentia.

Cap. 9. l. 2. de part. anim.

Com. ad part. 81. l. 3. de art.

Atque vt tandem ſcribendi finis fiat, conſideret medicus an ſit extenuatio omnino facta in iis, qui aut paralytici fiunt, aut quibus relaxati & exoluti ſunt articuli (longe enim intereſt) an profluantur neſcio quo muco liquatis carnibus, & non excuſſo digeſtoque eo quod liquatum eſt. Tunc enim falſa opinione extenuationis & maciei, & maraſmi non inducêris vt omnino à ſudorifico abſtineas. Huc enim pertinet hiſtoria memorabilis apud Galenum de quodam qui cum tophos & πορώδεις τινὰ in renibus habe-

Obſeruatione digna in cura paralyſeos.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 225 sur 359

©BIUM

Hiſtoria Gal. notanda.

ret, vſus eſt medicamentis attenuantibus eo vſque, vt digitos ægrè mobiles haberet & quiddam cauum ſonantes præ ſiccitate, medici id obſeruantes, non habita ratione victus qui præceſſerat ad remedia paralytica impendio magis calfacientia ſiccantiaque confugerunt, nil profectum eſt, immo magis malum ingraueſcebat. Melior habitus liberaliore victu reſtitutus eſt, reſtitutaque & ſanitas eſt & motus digitis eſt reſtitutus, indeque τέκμαρσις medendi elicietur vt motus & ſenſus deperditio, aut deprauatio aliqua aliquid φθαλυπικὸν portendens non tam corporis extenuatione opus eſſe quam refectione edoceat, alioqui multi hic errores committerentur.

Curationis capita.

Quoniam prauo vtitur victu æger iuſſus, & (aut maturandæ ſanitatis ſpes tenuis foret) monitus ad alium ſeſe conuertere. Purgatio ex ſolemni ſyrupo eſt inſtituta, vſus decocti ſcynæ cum guaiaci medulla interiori additis paſſul. & glycyr. maſticatoria, errhina, pyrotica ad ſuturam coronalem, frictiones, litus ex balſamo parato ex herbis nerualibus conciſis & in oleo hypericonis per dies aliquot ad ſolem obiectis, deinde igne lento coctis addito vino, maſtiche & terebinthina, totoque expreſſo in oleum eliciatur, fotus ante cum ſpongia in ſimilium herbarum decocto macerata, his peractis admotum eſt emplaſtrum, ex emplaſtro ad fract. oſſium, contra rupturam, deſiccat rub. admiſto puluere ſaluiæ, denique cantharidum puluis admotus fuit humeris, & brachio ſero multo euacuato reſtitutus eſt, magna ex parte, id quod obſeruatione dignum eſt, declarauitque curatio quodammodo temeraria, quàm verè de cauſis tanti mali cogitauerimus.

ANNOTATIONES.

1. *Qua ratione in dolore capitis, imo in hemicrania vinum conferat (id quod præter vulgarem opinionem eſt) ſomnum conciliando, ideoque humorem conquendo Gal. com. in part. 5. ſectio. 6. lib. 6. epid. item eo loco experimentum facit quomodo ieiuno ventriculo vinum datum noceat.*

2. *Ita Meſuæus capite de paralyſi vinum in paralyſi vitetur, nam facit penetrare materias ad neruos quæ non penetrarent, eſt inimicum neruis & oculis, ipſius abuſus eſt cauſa morbi ipſorum.*

3. *Coniectura hæc noſtra eſt, vt plus ſubeundo vinum fundat, & li-*

quet quam foras digerat: at medicamenta hydrotica fundunt & digerunt.

4. De paralysi post colicum dolorem Paul. Æg. caput scripsit ad finem 18. cap. lib. 3. & Ballonius in lib. epist. medicinalium.

5. Hic dicimus paralysin sequi post colicos dolores & sub finem morborum quod Fernelius explicauit amplè locis citatis.

6. Ad hunc locum facit prob. 5. lib. 1. Arist. cur vtentibus prauo cibo & inediam patientibus pedes intumescant, tabescunt & intumescunt, vt fit in cachecticis. Primùm intumescunt, deinde exarescunt.

7. Μύξα. mucus dicitur, est autem substantia quædam lenta, glutinosa, quæ propriè in ossibus cartilagine & membranis congeritur: impropriè autem in carnibus vide com. ad part. 66. lib. 3. de art. huc pertinet id Hipp. lib. de loc. in homine: mucus omnibus à natura est, cum purus fuerit articuli sani sunt & benè mouentur: labor & dolor fit cùm à carne humiditas fluxerit vitiosa.

8. Vulgo dicitur per inedias ventrem bilioſos & acres humores ad se attrahere: vnde apud Hipp. 4. de morbis ventriculus vacuus fruitur corpore colliquescente idem penè com. ad apho. 50. lib. 6.

9. Calor appulsu noui alimenti recreatur, sed cum defectu noui cogitur mendicare aliunde ac veluti resumere dimissum alimentum ac remandere reuocatum, tunc satisfit & corpus magis ac magis collabitur vnde in febribus prout sunt gradus purgationis, ita & renutritionis.

10. Horum demonstratio petenda ex com. ad apho. 39. lib. 5. vbi docet excrementum (loquitur maxime de naturali) habere humorem similem naturæ partis, vt sanguis in hepate est, & in articulorum compaginibus humor glutinosus.

11. Quòd hic humor mucosus sit proprius membranarum & neruosi generis apparet ex principiis ipsis generationis; nam Hipp. lib. de carnibus docet alias partes ex pingui esse, vt ossa, alias ex glutinoso, vt membranas & neruos, alias à sangnine vt carnes.

12. Arist. prob. 5. lib. 1. docet per famem & inediam & ob prauum victum pedes intumescere, quia corpus tabescit, qui locus huc pertinet.

©BIUM

CONSILIVM LXXXI.

Pro Domina de Roiſſy iſchiadicos dolores patiente.

APpetente vere & humoribus quaſi vernantibus dolor ad iſchium ſiniſtrum acerbus, non vera tamen iſchias, ſed incipiens, ni malo occurſum fuiſſet, his capitibus breuiter res tractata eſt.

Morbi neruoſi generis, ex parte humoris & ſubiecti curatu difficiles.

Morbi neruoſi generis de apicibus artis ſunt ob curandi difficultatem ex parte humoris & obiecti, ſeu ſubiecti corporis.

In humore conſideratur modus quo dolor mouetur & natura ipſius.

3. cauſæ in genere, fluxio congeſtio & colliquatio.

Modus aut per modum fluxionis à ſuperioribus in inferiores partes, à nobilibus in minus nobiles, aut per congeſtionem in parte iam imbecilla. Tertium modum addo ex Galeno per colliquationem quandam in carnibus ipſis, quam colliquationem non ſequitur digeſtio foras vt fit in ſenibus, qui colliquantur & dolent.

Duæ forte huc concurrunt, fluxio & fuſio humorum in ipſis carnibus & muſculis, vnde rarefactio, & diminuitur caro muſculorum. vnde apud Hippocratem τὸ ἄσαρκον καὶ ἄλιον κῶλος vocatur, *demuſculatum* interpres vertit.

Cauetur ne humor à parte robuſta, aut ignobili in imbecillam & minus nobilem repellatur, præſertim hæc methodus ſeruatur; contra Hipp. & Galenus ſentit, humorem enim tuto aiunt regeri poſſe in fortiores & nobiliores, vt pote quæ cum viribus polleant, his vſæ humorem coquunt & mitificant.

2. de nat. hum. hic locus eſt notandus.

Ratio poſterior de liquatione humorum, & carnium caſu in ſenibus (vt dictum eſt) cernitur, diffluunt enim carnes circa oſſa & tabent hinc dolores.

In timæo.

Humor qui aut arthritin, aut iſchiadem facit, ambiguus eſt, de iſchiade rarò à ſanguine Galeno à bile & pituita mixtis ſæpè, hinc illud Plato. pituita acida & ſalſa fons eſt affectionum καταῤῥοϊκῶν, ſi frigidus,

si frigidus, aut calidus humor foret, per simplices qualitates oppositas vinceretur. At istæ secundæ qualitates non habent ita contrarium, vnde quod remedium nunc iuuat, mox idem lædit & medicorum opprobrium morbus hic dicitur, & cæca origo eius paulò videtur.

Ad part. 66. l. 3. de articulis docet Gal. quale sit excrementum neruorum, ossium, cartilaginum & quæ ægrè coquatur, digeratur & euacuetur. Gal. 9. sec. locos loquēs de priapismo.

Medicamenta per os sumpta initio non ita conferunt, præsertim si sint μοχλικά hoc enim therapeuticum præceptum, quæ per interiorem ventrem fiunt euacuationes, fluxiones ferè in partes vicinas commouent.

Sacculi ex furfure, fotus, enemata, astringentia lumbis, detractio sanguinis è brachio, non ligare tibias, non impingere materiam in articulos: vsa est clysmatis, axungia porci lauta in aqua vitæ, cataplasmatis, ceroneis non valdè calfacientibus, vesicis suillis lacte plenis, breuî Dei beneficio conualuit.

Sed plurimùm adiuta fuit ceroneo sequenti.

℞. Diachyl. albi ireati ℥ iiij. gummi pini picis naual. benioing añ. ℥ j. ceræ nouæ ℥ j. ſ. dissol. lento igni, adde emplastrum de melilot. & de mucag. añ. ℥ ſ. cum oleo chamæ. & terebenthina, fiat cerotum.

CONSILIVM LXXXII.

De *stranguria dysuria & ischuria.*

D. Deliure circa mensem Maium modo stranguriâ laborauit, modo dysuriâ, ischuria aliquando, purulentum minxit limpidum τὸ μυξῶδες tunc dixisses verè φλέγμα πυῶδες, aut τὸ πύον φλεγματῶδες, sanguinis concreti grumi excernuntur, denique abominanda erant omnia quæ per vrinam, & cum vrina excernebantur, hypochondrium sinistrum efflorebat & intumebat, splenem laborare & induruisse suspicabantur, foris & intus medici vtebantur remediis respicientibus lienem, intereà ren sinister coafficiebatur, & iam calfactus fotibus splenicis & decoctis vicinia ipsa lædebatur, de eo ægroto hæc tria notanda; Primùm temperamentum bilioſum valde, hepate intemperato: Secundo ante annos 25. de lumborum dolore querebatur: Tertio, gonorrhœa ali-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 229 sur 359

©BIUM

quando laborarat & dum grauia ſymptomata & dolores pateretur ad partes vrinarias,renes,veſicam,etiãnum medici ſplenem curabant,rati fortè eas vrinas vitioſas indices eſſe exonerationis ipſius lienis,non raro enim id contingit. Ideo formulæ remediorum ſimiliter pariterque dicabant operam & reni , & ſpleni. Sic forte paulum temeraria fuit medicatio,(pace medicorum dicam, à more enim meo alienum eſt quemquam ſuggillare, ne dum artis noſtræ magiſtros & officij ſocietate conſortes & collegas) quia quod ſpleni conſulere poterat,renem laborantem lædere poterat. In excretione obſeruatur materia,modus excretionis.

Materia & modus excretionis obſeruatur.

Si hoc,vel illud totum renale eſt, & ſucceſſu temporis vrinariæ partes mittentes,ducentes,excipientes laborarunt.

Materia.

Excretio multiplex qualis affectis renibus eſſe ſolet,ideo fallaces ſunt in renalibus vrinæ,materia,pus, ſanies, tabum, vrina tenuis,craſſa mucoſa,vlcus renis antiquum notãt:mucoſa bifariam, aut ob pituitam purulentam, vel pus pituitoſum ; hinc excretio mucoſa,& ob quoddam vlcus fit ſæpè talis,vel quod partes membranoſæ ſpermaticæ , iam diſſoluuntur , aut tale proprium excrementum colligunt & excernunt,id quod Gal.docet libris de articulis.

Ea vrina mucoſa, aut calculum in veſica ſignificat, aut oris veſicæ vlcus, aut veterem affectionem veſicæ ad part.65.l.3.de art.

Tertia ratio ob peculiare vitium paraſtatarum , vt in iis qui gonorrhœa laborarunt,vel calculum in veſica habent.

Modus.

Nunc de modo , modus eſt ſtrangurioſus, qui ſenibus eſt familiaris ob pituitam ſalſam, dyſuria eſt aliàs ob infarctum & obſtructionem & humorum confluxum in partes vrinarias. A ſplene ſtranguria quædam eſſe poteſt. At nec tam facilè nec tam diuturna eſt.

Sic hîc renes accuſandi ſunt omnium iudicio.

Et tamen ſplenica ſunt data toties , hic lien fateor laborat vt ſignum,non vt cauſa ; quia quibus lien effloreſcit , iis corpus extenuatur & docet male adminiſtrari œconomiam naturalem, vt ſignum & miniſtrat materiam ob viciniam : immo ren poteſt quadruplo maior eſſe etiam conſumpta carne & facere opinionem tumentis ſplenis, id quod obſeruauimus.

Gonorrhœa quæ olim præceſſit maximè in cauſa & relinquit in lumbis dolores & querelas: item ſymptomata memorata facilè inducere poteſt affectis viis vrinariis, ſtranguriam & dyſuriam.

I.

Aquæ naturales.

Laudo vſum aquarum naturalium,offendunt tamen ſiccatos &

©BIUM

emaciatos, tamen si vlcus renis in causa est, ab iis non desistendum: curato vlcere tabes & marcor desinet, Balnea conferent, purgatio ex lenitiuo, phlebotomia frequentior ex basilica sinistra valdè proderit, si hemorrhoides sese offerant excipiantur. *Purgatio.*

Si suspicio carunculæ in vrethra, huic consulatur quadrantibus remediis, iniectiones fiant frequentes.

Lac asinæ & mane & vesperi, ni hypochondrij affectio dissuaserit, sed experiundum. 2.

Hydromeli probo, fugiatur oxymeli præscriptum, & diuretica deterfundunt & ardorem vrinæ cient.

Nec probo splenica nimis detersoria, nimis sanguinem detergunt sero detracto, & venas aperiunt.

In supressa vrina succus amyd. dulcium, supradictum: hydromeli parabitur etiam cum herbis vulnerariis, non multum calfacientibus & aperientibus; conserua rosarum in bolo & potu.

ANNOTATIONES.

1. *Cum æger olim Gonorrhœa laborarit, videndum num etiam hydrargyrosim passus sit, aquarum enim naturalium vsus (maximè earum quæ vitriolo imbuuntur) nociturus esset: nam dicuntur nocere iis qui vncti fuerunt in lue venerea, ratio est quod odium interuenit calcantho, quo illæ aquæ imbuuntur & argento viuo, quòd à calcantho dicunt cogi, coerceri, & colligi, vnde postea id argentum viuum magis vires exercet in partes & eas corrumpit.*

2. *Lac in magnis doloribus, idque recens mulctum, dolorem mitigat, ardorem temperat, vlcera abluit, deterget, illinit intestina, solidat, roborat, vim acrium humorum obtundit, eorumque malignitatem reprimit, nec terreri oportet initio si obsit, perseuerandum experientia docet, fit enim vt tempore lac refrænet, & contemperet cacoëthiam & prauitatem humorum in corpore turgentium, sic Hipp. 2. de morb. mul. exhibet in fluxu muliebri bilioso, lac asininum, aut serum, eà tamen cautione vt lienosa non sit mulier, aut flatuosa exanguis,* ἢν δὲ ἡ φύσει πληνώδης ἢ πνευματώδης λείφαιμος μήτε ὄρρον μήτε γάλα πίνετο, *ideo non abs re obseruauit author lac asinæ minime pro futurum præsente aliqua hypochondrij affectione, puta tumore, obstructione, aut duritie.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 231 sur 359

©BIUM

CONSILIVM LXXXIII.

Ad fluores muliebres pro D. *præpoſita.*

RAtio victus perneceſſaria in primis, diligentiſſimè corpus purgandum aliàs decocto foliorum ſennæ mundatorum cum pinpinella, plantagine, betonica, bugla, ſanicula, meliſſa, radice oxalidis, adiicitur & rhab. & ſyrupus roſarum pallid.

Aliquando conuenient pilulæ tempore frigidiore.

Pilulæ. ℞. Pulueris hieræ, picræ ℈ ij. rhab. ℈ iiij. maſſæ pilularum ſine quibus ʒ j. pulueris ireos florentiæ & caſtorei añ. ʒ ſ. ligni aloës & pulueris guaiaci añ. gran. 8. fiet maſſa. poſſunt addi trochiſci de camph. ladanum & agaricus.

Aliquando deglutiat vel in forma liquida ʒ ij. terebinth. vel in pilul. cum pauca maſtiche & ſaccharo.

Tabellæ. Tabellæ triaſantali triplo, aut quadrup. rhab. addatur crocus martis vel chalybs ipſe præparatus, aut rhabarbarum conditum cum ſyrupo violato, ſectio venæ: ſi ſanguis impurus, audentius erit ex vtroque brachio demendus.

Fiat aqua ex maceratione rhab. qualis datur puellis decoctum fragariæ, aut ſarſæparillæ, aut ſchinæ addito cinnamomo puluis terræ ſigillatæ ex luteo oui.

Ambra griſea ex eodem luteo.

Conſerua roſarum in frequentiſſimo vſu addi poſtet bolus, aut terra ſigillata.

Puluis. ℞. Pulueris elect. diatrag. frigidi & diaireos añ. ʒ ſ. coriandri conditi & fœnic. conditi añ. ʒ j. quatuor ſeminum frigidorum, maior. & papaueris albi añ. ʒ j. boli armenæ, & pulueris elect. diarrh. abb. añ. ℈ j. pulueris chalybis præparati & tartari præparati añ. ʒ j. ſacch. roſ. ʒ vj. raſuræ eboris ʒ ſ. fiat puluis. Æſtuarium conferet, ſed maximè aquæ Spadenſes aut Niuernenſes.

Sed & ſarſæparillæ, aut ligni indici, aut ſchinæ decoctum maximè profuturum profitebor.

An ad fluorem muliebrem balneum vtile, vt ad alui profluuium ex Galeno. dubitari poteſt.

Saccharum candum valet, puluis rad. pentaph. & lignum rhodium.

CONSILIVM LXXXIV.

Pro Iacobo Memmæo raucitatem conquerenti.

AD ea ſymptomata, de quibus querela eſt, remedia quidem medica non negligenda, ramen hic ægritudo potius eſt quam ægrotatio, ſic ab animo potius repetenda ſunt quam ab arte quòd ad has miſerias occalluiſſe iam debet: iſta enim ægritudo non ſolùm miſeria eſt, ſed eſt carnificina, tabem enim affert, cruciatum, fœditatem, lacerat, exeſt animum, conficit. Omnis medela animis præſentia. Vitia vocis ſenſim atque ſenſim accreſcunt, nec ſolum contumelias iniuriaſque aëris ſequuntur & humores, ſed animi pathemata, quæ omnes naturæ actiones peruertunt. Ideo Claudius apud Sueto. vocis modulandæ corrigendæque ergo muſicæ ſtudium amauit, meditabatur, exercebatur clyſtere vomituque purgabatur pomis & officientibus abſtinebat, & blandiente profectu tandem prodiit, pronuntiabat dulci & proprio oris ſono. Auguſtus dabat operam phoniaco qui vocem leniret, ac remitteret. Quibus patet moderatis actionibus corporis & animi, animique tranquillitate calorem naturalem foueri, pulmones temperari, vocem quoque pro rauca & fuſca, leuem reddi, & canoram. Caſſia lingenda, aliquando in bolo deglutienda, habeat paratam confectionem de rebecca venetianam conſeruam roſarum, & de floribus vngul.caball.glycyr.mandat, pugillus aut bugloſſi, aut bipinellæ cum priuatim cibum capiet in vino macerabit.

Animi pathemata alterant vocẽ, & in viribus & in qualitate.

1.

Purgatio.

2.

Paſſularum vſus ſi reperiuntur.

Manna ſi habetur cum carnium decocto.

Succus amygd.dulcium.

Tabellæ aut hypoglottides.

Tabellæ.

℞. Pulueris elect.diatrag.frig.ʒ vj.electuar. diaireos ʒ iij. ſacch. candi ʒ j.raſ.ebori s,cornu cerui añ. ϑ ij. conſeruæ roſar. ʒ ſ. cum ſaccharo in aqua roſ.ſoluto, adiecto pauco diatrag.frig. & tantillo cinnamomi, fiant tabellæ vel formulæ.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 233 sur 359

©BIUM

. Valebit & linctus mellis puriſſimi, ſumere ficus vel coctas, vel crudas prodeſt, & melicratum, terebinthina linctu ſumpta ſi ingrata nimis non eſt, ſyrupus de glycyr. pomatium. vſus ptiſſanæ.

ANNOTATIONES.

1. *Ita animus mœrore percellitur vt corpus ſuſtinere nequeat ac velut ſequatur omnium membrorum ruina, ait, Donat. in Adelph.*

2. *Confectio de Rebecca expectorationem iuuans, ſic parari ſolet Venetiis. ℞. glycyr. minutim inciſæ ʒ j. ſ. rad ireos flor. ʒ ij. infund. in aqua roſac. duos dies coqu. in ℔ j. ſacchari cum gummi tragacanthæ ſ. baculus ad vſum.*

CONSILIVM LXXXV.

Pro D. du Breuil cephalalgiam patiente.

NOs ex ſcripto medici nonnihil ſubolfecimus de morbo dominæ iam ſemeſtri capitis dolore affectæ & afflictæ, ſubolfecimus quidem non intelleximus, quia adeò ieiunum ſcriptum ſterile & ab artis imperito profectum vt rem tantum attigerimus, id quod in re quæ eſt tanti momenti & tanta perfunctorie agendum nõ fuit, nam aut actum agemus, aut re non intellecta periculum ægræ creabimus more eorum qui ad ſcopum non viſum collimant, vt quo fors tulerit tela ſcopum alludant non feriant, itaque domeſtici medici imploramus ingenium & ſolertiam qui ſolus rem acu attinget. Nos videmus melancholiæ in cerebro fixæ iam ἐντῇ ἕξει exiſtentis magna eſſe argumenta. Quo malum immedicabilius eſt, leientericus fluxus œconomiam naturalem fatiſcere declarat, & ni nos medicus ab ea opinione retraxerit, eam ſequimur ſententiam, nec ſuis patrociniis deſtituta eſt: candor dominæ laborantis morumque ſuauitas debet nos pellicere, hortari,
1. imo cogere vt tantam mali acerbitatem, aut tollamus, aut leuemus, tollere ἀδύνατον.

Extat enim illud Hippocratis oraculum: Quibus dolores ſine manifeſta cauſa fiunt, diuturni in toto capite, & debiles fiunt gra-

cileſque, his prædicendum morbum priore grauiorem eſſe &c. Vide plura apud Hippo. ad hanc ægram accommodanda, item illud eodem in loco: Qui à multo tempore apparent & facies ſubtumida, eos capite dolere ſcias &c.

Interea blando vſu rhab. ægræ conſulatur, item pilularum de hiera cum puluere diamarg. frigidi. opiatæ corroborantes valent, apertio venarum frontis, aut arteriarum ſi dolor vrgeat, præcedat tamen apertio venarum brachij & hæc pro virium modulo, cœlo benigniore fotus capitis ex malacticis addita ſenna, ſed amica conſolatione fibræ illius ægritudinis quę iam altius radices egerit, ſunt elidendæ, & ſi qua ſunt quæ eius animum exaſperare poſſunt, ea notitiæ ſubſtrahere oportet. 2.

ANNOTATIONES.

1. Morbi (ait Seneca in epiſt.) aut ſunt longi, aut præcipites: longi dant intercapedinem & refectioni locum atque inducias: breues autem & præcipites citiſſimè, aut extinguunt, aut extinguuntur.

2. Ægrotantis animi Medicus eſt ſermo; ægritudo autem non ſolum eſt miſeria, ait Tull. ſed etiam carnificina, exeſt animum, corpus conficit & tabem inducit facilè dein verò experientia verum deprehendere licet eos quos animi ægritudo & triſtitia in morbum coniecit tanquam primaria ac externa cauſa, aut lethaliter, aut grauiſſimè ægrotare vix enim ægri, ſi liberari debent etiam rebus omnibus rite factis & adminiſtratis, liberantur.

CONSILIVM LXXXVI.

Pro muliere carnotenſi febre lenta laborante.

SPecies febris conſideranda primùm, dein tempus quo nata eſt, denique procatarcticum. Omnes facilè præhenduntur morbis ſuæ tempeciei propriis. De externa cauſa ægritudo fuit morbus animi amiſſis liberis, mulier autem ob infirmitatem iudicij faciliùs altiùs afficitur, & ob mollitiem corporis, nec enim ei adeſt ad reſiſtendum facultas: de animo mulierum notandum 1.

Omnes congeneribus temperiei ſuæ morbis præhenduntur. Gal.

©BIUM

illud Gal. cum vitale robur infirmum eſt, animi vero pathemata valida, facilè animi eſſentia diſſoluitur, hinc iræ, hinc odia, & iræ quidem lenibus de cauſis, quia animum qui (benè & præclarè vt loquitur Comicus) gubernat, mulieres ipſæ infirmum gerunt. de animo hactenus, de corpore nunc, illud eſt Hipp. qui ſunt blæſi linguaquæ hæſitant patiuntur morbos fortiter melancholicos, quia cerebro vt molliori & effœminatiori facilè imprimuntur fuligines & tetri vapores ab æſtuantibus viſceribus, à pulmone præſertim excitati.

2. Epid.

Vt ad morbum animi reditus ſit, tanta eſt vis ægritudinis vt œconomiam naturalem perturbet declarat ob mœrorem febris hectica quæ primo prehendit quod aliàs ſucceſſu temporis euenit, mœror vno quaſi ictu plus facit quam humores, qui longas febres procreant.

Tempus vernum fauet quod ſalubre eſt, quodque ſi recipit corpus ſanum, illud in eo ſtatu conſeruat, ait Gal. hic non tam efficientis quam ſuſcipientis cauſæ ratio habenda, at hoc anno efficientis cauſæ magna fuit vis, ver enim ſiccum fuit & aquilonium, at cum tempeſtiua tempeſtiuè non fiunt, morbi fiunt inconſtantes & difficilis iudicij; dein habenda quoque ratio ſuſcipientis cauſæ: nam licet per apho. quartanæ in æſtatem incidentes ſint breues, contrà fit ſi lien ſit infirmus, ait Hipp.

τῶ ποιητικῶ & ἐπιδεκτικῶ habenda ratio in morbis.

Species febris erratica & in morbis longis humor maximè melancholicus gignitur pro reliquiis febris, dolor à paſtu in ventre: tuſſis quæ à ſplene eſſe poteſt denique id totum hypochondriacum, ideo clyſmi laudantur. Cathartica blanda, balnea, phlebotomia ſyrupus ſabor, fotus, limatura chalybis, tabellæ triaſantal. cum rheo.

Hinc Aëtius conualeſcentes melanagogo purgandos eſſe dicebat.

Hic dolor à paſtu vel eſt notha colica febres longas ſequi ſolita vel proprius hypochond.

ANNOTATIO.

1. *Huc alludit Ariſtot. dum ait, omne imbecillum natura querulum eſſe. Et Seneca lib. 2. de ira Senes, ait, difficiles ſunt & queruli, vt ægri & conualeſcentes, & quorum, aut laſſitudine, aut detractione ſanguinis exhauſtus eſt calor. In eadem cauſa ſunt ſiti fameque rabidi & quibus exangue corpus eſt maligneque alitur & deficit. Eamque ob cauſam iracundiores ſunt valetudine, aut ætate feſſi. Vetus prouerbium eſt à laſſo rixam quæri. denique quibus quauis ex cauſa corpus infirmum eſt iis animi pathemata valida ſunt.*

Morbi

CONSILIVM LXXXVII.

De tinnitu aurium.

MOrbi cerebri cum magni ſint momenti curatu ſunt difficiles & difficiliores ferè quàm cognitu. Et ideo Hipp. naturam diligentem in conformatione cerebri & eius repurgatione ſtatuit, vt vel ſuprà, vel infrà, vel intra modum repurgetur.

Tribus de cauſis curatu difficiles ſunt, quia princeps pars, quia locus anguſtus, & vt dolor in anguſto maior eſt, ita ægrotandi & dolendi cauſa concluſa eſt : Tertio quia pars facilè inæquali intemperie laborat ob diſſimilem temperaturam parenchymatis cerebri & ardorem arteriarum, cerebri ἀναισθησίαν penè; contrà neruorum, & membranarum ſenſum exactum, hinc ſymptomata cephalalgica, cataphorica, catarrhoica & paraphorica. Iam verò agitur de ſtrepitu ſonituque & tinnitu auris, in quibus eſſentia conſideratur ex cauſâ loci naturâ, facultatis robore. Omnia hæc cruditatis & flatulenti ſunt ſoboles ſpiritus : ſunt ſymptomata læſæ auditionis, quod in oculo cæcitas, hebetudo & error, ideſt ſurditas, tinnitus, ſonitus in aure : differunt tamen, bombus enim exolutionem partis cerebri, vnde vis audiendi manat, ſequitur.

Dolor in Auguſto ait Senec. ideo aurium, dentium, dolores ſunt atrociſſimi.

Bombus vtà tinnitu & ſonitu differat.

Ceterum hæc vel ex acuitate ſenſus, vel vitio inſtrumenti, vel per ſe in cerebro, vel à partibus ſubiectis, primario, vel ſecundario.

Per ſe continuus eſt, tamen affectio quæ initio erat per ſympathiam, tandem per protopathiam fit, cauſa in ægro fuit externa, ſed eam iuuit facilè diſpoſitio partis corporis & humorum: at vero Celſo authore valetudinarij viuunt, qui corporum ſuorum robora inquietâ agitatione & vigilia minuere ſolent, & Hipp. pertinax vigilia cibos crudos & ἀπέπτους facit, quod huic ægro contigit, nam & cacochymus eſt, & pertinaci ſtudio ipſe inquies & aſſiduus inhæret.

Tertiò vlcus fuit in aure ab inflammatione, ab inflammatione autem vel abſceſſu, malum.

Obſeruatione verò dignum eſt facultatem corpus noſtrum diſ-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 237 sur 359

penſantem, ſeu naturam; ita in corpore omnia temperare vt harmonia quædam ſequatur, & omnium actionum integritas: contra fit ſi quid intemperatum, inæquale, anomalum, & maximè ſi partes contratio temperamento præditæ. In hepate & ventriculo id fit, item maximè in cerebro, hinc vertigines, palpitationes cordis tinnitus. Sonitus aurium, & tamen naturâ cerebrum frigidum eſt, imo ab Hippo. frigidi & humidi ſedes, & metropolis dicitur.

Tinnitus in iis ſymptomatis numeratur, quæ in affectione corporum conſiſtunt, vt colorum mutatio ad viſum refertur, ita ad auditum tinnitus: differunt tamen in hoc, nam ſi ad affectum ſimplicem referuntur ab actione læſa ſunt; ſi ad actionem læſam proximè à morbo pendet, vt ſoni, vel ab anguſtia, vel à flatibus, In tinnitu flatus eliditur, & interrumpitur quod facit materiei tenuitas, robur facultatis, anguſtia loci. Bombi cauſa flatus craſſior bombilans more apum, & ferè eſt ab exolutione quadam partis illius cerebri à qua vis audiendi deriuatur, vt ante dictum.

Ad tinnitum præcedentem, in iuuene cacochymo cerebrum ſtudio pertinace fatigante, iam abſceſſum auris paſſo, cum magno iudicio ſeſe gerere oportet, quod impuritas eſt ſanguinis & in toto corpore & in cerebro maximè, præſertim verò quod in ea familia facilè congeritur putre & indomitum ſerum, quod eam valetudinariam efficit. Decreto medicorum, & exacta purgatio, detractio ſanguinis, balnea, & decoctum ſudorificum eſt inſtitutum à quo benè fœliciterque habuit.

CONSILIVM LXXXVIII.

De cachexia pro vxore Gaij.

Et quoniam intemperantia prauuſque victus fœdũ hunc affectũ inducit; ſunt autem morbi ſupplicia luxuriæ & intemperantiæ vide Senecã epiſt. 2. l. 15.

IN hac ægra partim ſe prodidit nobis ægritudo, partim ægrotatio, vt iam languor quidam eſſe videatur: ac ægritudo quidem, quoniam animo ſibi multa finxit, quæ efficiunt vt animus ſit inquies & irrequietus, & cum mulier ſit, ob mollitudinem corporis & animi iudiciique imbecillitatem, altiùs ſe penitiuſque imprimit ægritudo, iuxtà illud Galeni; Quibus vitale robur infirmum

eſt, animi vero pathemata valida, iis animæ eſſentia facilè diſſoluitur, vt paulò annotauimus.

Ægrotatio in hoc quòd febris lenta, dolor capitis hemicranicus, lentitudo corporis, deturpatio coloris, & pro viuido & nitido, penè ſubuiridis, & cum virore pallidus, menſes decolores: denique cacochymia, quam proximè ſequitur cachexia à prauo corruptoque ſanguine, quo tantiſper partes fruuntur, & aliter fit quam in ἀπεπσίᾳ, quia nutritio non fit: hic vitioſa nutritio per labem alimenti, ſiue externi, ſiue interni, vnde Galen. etiam in cachexia ſanguinem ſuam ſeruare συμμετρίαν ait, licet corpus eo grauetur, ſed ſuam ſymmetriam quidem ſeruat, τῷ πλήθει, id quod omittitur in textu Græco. 1. 2. *Com. ad aph. 57. l. 5.*

Hunc morbum & σωφρομὴν horum Hipp. expreſſit miro modo. Quibus colores dum iuuenes ſunt, praui ſunt & longo tempore non admodum icteri, hi ſeu viri ſeu fœminæ capite dolent, lapides & terram comedunt & hæmorrhoidas habent, quæ omnia concurrunt in hanc ægram, prauus color, diuturnus dolor capitis, pica, hæmorrhois; hæmorrhois autem in muliere morbus eſt ex Celſo & Ariſtotele; in viris purgatio eſt naturalis, in muliere non item, & vt ſignum & vt cauſa. *2. Prorrh.* " " " *Hæmorrhois in muliere morbus in viro ſanitas ex Celſ. Ariſt.*

Vnde quæſtio an in humoribus morbus hic conſiſtat, an in diſpoſitione quadam praua & quaſi habituali & hectica affectione: ſi in humoribus, in euacuatione & purgatione ſpes eſt.

Si in habitu & ἐν τῇ ἕξει, vt aiunt, vix arte corrigi emendarique poteſt, vnde Gal. com. in lib. 2. prorrh. in vitiligine & leuce iam diſpoſitio & habitus iam introductus, & licet humores omnes euacuaueris, nihilò magis proficias.

Et Hipp. 4. acutorum ſub finem, pallidos, decolores & ſubtumidos non purgabis, ἀχρώς purgare non conuenit, & in Aphoriſmis. Qui ſalubritatem corporis habent, & qui prauo vtuntur victu ægrè in purgationibus habent. 3. *Lib. de locis in hom.*

Et Aëtius loquens de melancholicis & epilepticis, ait eos iuuari vſu hieræ Archigenis cùm nullam bilem excreuiſſent, ſed quòd malus habitus membranarum cerebri exteritur, datur parua quantitate, vt non fiat euacuatio condigna. *Locus hic admirabilis Aëtij medici ſerm. 2. primæ tetrabibli.*

Quo fit vt Hipp. lib. Epid. pallentibus ad coloris ſuauitatem, calore foras reuocato ὀξυθυμίαν conſulat, lætitiam & in nimia confidentia metum, prout aut lætitia excitandus animus, aut metu, ſi confidentior ſit exanimandus & proiiciundus. 4.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 239 sur 359

In eo maximè laboratum eſt, vt daretur opera & purgationi humorum, propter cacochymiam, & ipſi cachexiæ corrigendæ, quæ leuces, vitiliginis & elephantiaſeos ſæpè eſt anteſignanus, intemperies enim inuſta impreſſaque partibus corruptionis alimenti cauſa exiſtit, & quod facit prauus cibus aſſumptus, idem facit genitus ob intemperiem partium ipſarum. Generatur enim viroſum alimentum quo natura etiamnum fruitur loco melioris alimenti, vnde tandem habitus cachecticus introducitur. & Galenus explicans cur in purgatione exoluantur ij qui prauo vtuntur alimento, per eos intelligit & qui capiunt prauum alimentum & qui iam contentum habent in corpore, & vitioſa dicuntur alimenta per relationem ad prauum ſanguinem, qui ex iis generari debet, nunquid enim quod externus cibus prauus facit, idem non faciat alimentum bonum, corruptum autem propter maleficum calorem & febrilem ſiue à natura datum ſiue introductum.

Quod facit cibus cacochymus id facit genitum alimentum ob partium intemperiem.

Plura in Ballonij comm. in apho. 36 l. 2.

Ad eam intemperiem natiuam dominæ ægrotantis conſulunt aquæ ſpadenſes, item & blandum decoctum ſcynæ ad conſumendum virus, quod prauæ nutritionis cauſa iuuans & inſuauis prauique coloris, cum enim gignitur ſuccus per coctionem, is licet nutriat nutritione largius ſumptâ, tamen is εὐχροίαν non inducit, item excrementa alimenti nocentiora ſunt & faſtidioſiora quam in aliis temperamentis & augent fouentque primam intemperiem primamque mali labem, ideò purgatio valet frequens vt ne malum augeatur peiuſque ſit homini viuenti quidem & prima ſua ſanitate qualicumque vtenti.

Inſtituta enemata hypochondriaca & hyſterica. Apozemata cum ſenna agar. rheo & ſyrupo de pomis, balnea.

Cauteria brachio, fotus chalaſtici ad lienem.

Aquæ ſpadenſes, pilulæ ad prouocandos menſes.

ANNOTATIONES.

1. *Lib. 2. Epid. ſect. 1. Hipp. locus notandus & huc pertinens. Color eſt qui multum pallidus eſt, & ex candicante pallet, quia omnis huiuſmodi ab hepate eſt inde fiunt hepatici in iis morbis, & morbi regij ab hepate, & qui à ſplene ſunt nigriores. &c.*

2. *Nil tam vulgare eſt quam nomen cachexiæ quæ τῇ εὐεξίᾳ contraria eſt: in vtraque moles corporis plena ſatis eſt & vber, ſed in cachexia torpor eſt, & lentor corporis, in habitu autem bono & lauda-*

bili eſt alacritas. Illic carnes ſubtumidæ, quales in facie cadaueroſa Comici, vbi caro, quaſi cadaueroſa liuore, & rubore quodam infuſcata & perſonata tumidula que apparet. Duplex eſt autem cachexia, vniuerſalis & particularis vt ex longa lippitudine oculis euenit: vniuerſalis ferè à iecore eſt quæ triplex cenſetur. Vna pituitoſa quæ in virginibus apparet, in quibus flos nitorque faciei decutitur deperitque. Secunda melancholica quæ vt in elephantem leucem, aut vitiliginem pituitoſa terminatur. Tertiam Galenus Aqueam cachexiam vocat, ſanguine in aquam conuerſo. In cachexia vitioſa nutritio eſt, nutritio tamen quia apponitur alimentum parti, & licet ſanguis ſit vitioſus, eſt tamen ſanguis, ideo ab atrophia differt in qua nutritio non fit, carneſque liquantur & corpus fit exuccum ſenſim, ſtrigoſumque; quanquam autem Fernelius differentiam poſuerit inter καχεξίαν & ἀτροφίαν tamen aliter quibuſdam eſſe videtur, Gorrhæus enim cachexiam in ſolidarum corporis partium deprauatione ſtatuit qua alimentum omne corrũpitur. Tertia enim coctio in habitu fieri ſolita malè perficitur & alimentum corrumpitur inducitur enim cacochymia quam excipit cachexia, & quia corrupto alimento non poteſt bona nutritio contingere, ſequitur vt cachexiæ ἢ ἀτροφία ſuccedat in quo à Fernelio lõgè Gorrhæus diſcrepauit, in cachexia enim moles carnis apparet foueturque qualicumque ſanguine: ſed cachectici habent aliquid faciei cadaueroſæ, in atrophia collabitur moles; Et Celſus definiuit cachexiam per tabis ſpeciem vbi malus corporis habitus eſt, ſic morbum per ſymptoma definit. Tamen longè intereſt partem tabeſcere omnino, aut aliquatenus nutriri aſſimilatione & adhæſione facta ad partes ſolidas, licet deprauatio ſit alimenti, vnde vitiligineſæ virgines & elephantici carnem & molem habent, niſi forte dicas tandem in atrophiam deſinere ipſam cachexiam, ſi diu duret, aut ipſam tumidam carnem & quaſi cadaueroſam cachecticorum impropriè carnem dici & improprie nutriri. Quo pertinet illud Ariſt. Cur qui vitioſo cibo vtuntur & fame diutiua laborant, pedibus intumeſcant: per tabem conſumptionemque, id euenire poſſe putat, tabeſcunt enim qui eſuriunt, & qui vitioſo fruuntur alimento, natura enim abhorret & mauult ſuum fraudare genium, quàm tale capere alimentum: qui fit ergo vt cum prauus ſit ſanguis nutritio fiat in molem & tumorem habitui athletico ſimilem, niſi quod color non eſt genuinus & floridus. An alimentum in ſuis fontibus corruptum eſt, & appellens ad habitum corporis non hic corrigitur, ſed retinens aliquid de vetere inquinamento nutrit etiamnum partes? An in ſuis fontibus

Donatus in Hecyra. Gal.

Lib. 1. de alimentis cap. de lente.

Qua ratione cacochimia tollit εὐεξίαν & καχεξίαν τὴν εὐχυμίαν vide apud Duretũ in append. ſect. 11. l. 3.

Fernel. lib. conſil. & path. c. 7. l. 6.

Virgines fiũt aliquando leucophlegmaticæ, tertia autem eſt hydropis ſpecies de hac leucophlegmatia & cur pituita alba κατ' ἐξοχὴν dicatur accurate vt ſolet omnia Hollerius.

Ariſt. probl. 5. l. 1.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 241 sur 359

bonum, ſed alludens affluenſque ad habitum vitio morboque ipſius habitus talem qualem nutritionem, molem & characterem facit, vnde qui prauo alimento, aut eo facilè corruptibili fruuntur, tument turgentque, ſed praua nutritio vocatur, & qui calida ſiccaque habent viſcera, parteſque ſolidas, & ad melancholicum temperamentum vergentes (nec enim melancholici tantum dicuntur qui humorem melancholicum colligunt, ſed qui tales ſunt τῇ ἕξει & partibus ſolidis) capto etiam euchymo alimento non pingueſcunt, mirabiles enim ſunt naturæ effectus. Vnde in aliis locis mouimus quæſtionem, quì fiat vt in habitu corporis ſit multus adeps, qui à puriore ſanguine eſt item bonitaſque coloris, cum tamen viſcera ipſa, ideſt hepar & lien putria appareant. 1. Epid. Ball.

Imo maior quædam quæſtio, num ipſe habitus peculiarem quandam naturam habeat, vt habeat quoque ſuos morbos non repetita origine à partibus internis. Partes enim extimæ corporis dicuntur à Galeno naturà imbecillæ, vt pote in quas, partes internæ vt primariæ & principes, in quas (inquam) vt depoſitarias ſuum virus amandent & ablegent, quin & habere ſuarum actionum vim, non ab hepate, aut aliunde mendicatam Galenus autor eſt, ſic ſuam quandam naturam habent ſuum miniſterium ſuas vires & genium, ſuam ſanitatem, ſuos morbos. Lib. de locis affect.

Virgines illæ fiunt ſæpè leucophlegmaticæ licet bilioſo ſint temperamento & ſitibundæ tamen Gal. inter eos qui temperamento ſunt frigido leucophlegmaticos recenſet ad part. 70. ſect. 3. lib. 3. Epid.

Cum quis diu ægrotat & non purgatur, ferè carnes liquantur & corrumpuntur, & fit aqua. ſic fit hydrops, ait Hipp. libro περὶ παθῶν, & ſanè in cacochymis id fit, & tandem in cachecticis, ſi corrumpitur caro quà aqua fit: nam lib. de carnibus Hipp. ait per putredinem omnia craſſeſcere.

4. Virgines quarum pallet fœdataque eſt facies, ferè omnes cachecticæ ſunt. Sed inter ſymptomata quæ eas virgines comitantur, eſt greſſus impotentia & difficultas ſpirandi, vt ne minimum arduum poſſint aſcendere, vnde hoc? An ratione febris? cur alij grauiùs febricitantes non ſic habent? an ob flatus? cur qui colico dolore laborant, & omnes hypochondriaci flatuoſi non ſic habeni? an ob obſtructionem? cur iis qui longis morbis à forti obſtructione natis infeſtantur non idem contingit? an quia diaphragma premitur? vnde in aliis idem contingeret, at non videtur ferè quid ſimile in aliis. an quia cor intemperie laborat? idem in febricitantibus non cernitur. An ratione ſple-

nis? ſæpè non tumet, idem in quartanarios & quibus induruit ſplen, caderet. An quia ob prauam nutritionem partium, non auctо , ſed mutato & vitiato ſanguine totius corporis eſt νωθρότης lentitudo, grauitas, ita ipſa viſcera partes quæ internæ ſunt ponderi ipſi naturæ; maximè hepar & pulmo, vnde grauata natura non poteſt molem corporis ſuſtinere, cor non refrigeratur vaſis quaſi collapſis , vt obſtructio ſit & attenuatiua & obſtructiua: cauſa illius δυσπνοίας crebrioriſque ſpiritus, aut in greſſu , aut in aſcenſu mihi videtur cognitu difficilis, ideò meas coniecturas tantum attuli, ſed reuerà in fœdis coloribus magna eſt obſtructio , & quaſi omnium vaſorum στενοχωρία, vnde ſpiritus ſuas non habent ὁδοὺς, motus, & mæandros, vt idem virgunculis contingat, quod iis qui incubo laborant, in iis enim quaſi perpetuus incubus eſt.

Cauſa greſſus difficilis in fœd. color. ob vaſorum angustiam ſpirituumque interceptionē.

Duretus cap. 13. 2. coac. lib. non id tam refert ad neceſsitatem inſpirationis , quam expirationis, ob fuliginoſum multum excrementum, & vaſorum anguſtiam, eſt enim quædam intemperies hectica in ipſis arteriis.

CONSILIVM LXXXIX.

De tuſsicula & ſpirandi difficultate cum ſuffocationis metu.

TVſſicula quædam tanquam paranymphus adeſt, poſtea tanta difficultas ſpirandi , cum febre aliqua eum detinet, vt præſentis ſuffocationis metus adſit. Ea acceſſio iam ſexies eum afflixit, & cum quaſi de funere agitur, ecce oborta ſudatiuncula, dyſpnœa eum relinquit, & primæ ſanitati reſtituitur , quod mirum eſt. I.

Huic malè conformatus thorax , ſternum eſt eminens & gibbum. Vnde quęritur, an à capite hoc, an à materiâ in pulmone, quę eum paroxyſmum committat, an à viſceribus cum ſplenicus ſit, Si à pulmone eſt, quî fiat vt tanto interuallo ſanus degat nil tale expertus; aiunt à viſceribus malum oriri excitato crudo vapore & craſſo qui dyſpnœam eam committit, nec ſinit ægrum quieſcere,

donec diſcuſſus fuerit. Id etiam in pleriſque vidimus ægrotantibus.

An ſit tantum quoddam incendium, fugax tamen in corde, quod καρδιωγμὸν impropriè dictum, id eſt crebrum & celerem motum cordis affert, de quo ante hoc in libro, vt hic idem fiat quod in palpitatione cordis, prout enim vapor, aut in has, aut illas partes ſeſe inſinuat, ita varias edit affectiones idem forte eſt quod in ephialte.

Vide aph.12. l.3.

An ſuffocantis catarrhi ſpecies eſt reſpiratio præparata in qua æger ita eſt affectus, vt ni certam figuram deligat non poſſit animam ducere.

An ſit tantum paroxyſmus febrilis, in quo non eſt nouum oriri quaſdam ἀσφυξίας, conuulſiones, incubum, vertigines, ſpirituum interceptiones, manuum palpitationes, quæ aut diuturnæ febris ſigna ſunt, aut breuis in deterius iudicationis.

Hipp. l. de iudicationibus & Gal. aph.34 l 4. & 12. lib.3. vbi agitur de catarrho ſuffocante.

Victus ratio præſcripta, vena ſecta, bechica inſtituta.

Purgatus eſt ſyrupo magiſtrali, poſt cuius vſum priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus; dum hæc ſcribimus agitur ſeptimus ferè menſis, ex quo malum non recruduit.

ANNOTATIO.

1. *Difficultatem ſpirandi adfert anguſtia pulmonum, compreſſio à peruerſione ſpinæ, pectoris depreſſione, tuberculo, item vaſorum obſtructio, ab humorum copia, conniuentia eorumdem, ex marcore pulmonis, ſubſtantiæ adhæſus pulmonum ad latera. Ad craſſos & obſtruentes humores educendos valent, quæ moderatè humida, ſi viſcoſi, non ſolum opus humiditate, ſed & deterſione, ex acidis: ſic melicratum ad craſſa, oxymeli ad viſcoſa conducit. Deinde ptiſſana, & vinum dulce, ſi & peripneumonia & pleuritis cocta ſit, nullaque adſit inflammatio, ſi ſitim facit vinum non confert, impedit enim expectorationem, quæ autem iuuant nec ſitim adferant, nec ſint diuretica, ideoque aquæ naturales pulmonicis nociuæ, quod ducant vrinas & expectorationem impediant, & acria omnia interdicuntur à Gal. in dyſpnœa, fundunt enim ſanguinem, & liquant & educta tenuiori portione craſſius reàdunt quod relinquitur & 6. Epid. ſect. 4. de filia Ageſij aſthmatica locus præclarus eſt, quo interdicit acribus: at Gal. loco citato dum acria damnat, id temperamenti adhibet, vt pauca quanti-*

Diuretica nocent pulmonicis, quia ſanguinem liquant & impediunt expectorationẽ. 13.l.5.ſimpl.

4. Locus est præclarus com. in partic. 27. l. 3. prorrh. vbi intelligere queas in hysterica affectione conuulsiones esse posse: mulieribus hystericis & quæ strangulatu tenentur fiunt & continuæ totius corporis contractiones conuulsiuæ (græce συνολκὰ σπασμώδεες καὶ συνεχεῖς) Et hæc non sunt periculosæ respectu earum quæ sequuntur ob inflammationem insignem vteri. Et dubitatur maxime an contractiones conuulsiuæ in vterino strangulatu esse possint. Auicennas & Epilepsiam & strangulatum vteri ab eodem esse posse contendit. Quatenus est morbus officialis, id est, quatenus vterus conuellitur vuluæ propriè strangulatus, quatenus est morbus materialis, id est facit procedere vapores ad cerebrum: comitiale malum est.

5. Immo illud apparet in iis qui cum libidinosi sint à Venere abstinent, penem sæpè ac sæpe arrigi, intumescere ac turgere, & sæpe iactant se dormientes, cur non idem potius vtero contingat tanquam parti in intimo corpore calidóque loco reconditæ? Cæterum de subita arrectione & pruritu subito videtur Hipp. audire dũ initio lib. de genitura neruos & venas à capite in pudendũ protendit.

6. Quid declarat illa exacta vteri clausio semine concepto? quid gestatio per nouem menses, & delectatio eius allecto semine? Ventriculi exemplum maxime id docet. In fame videtur obuius esse cibis, immo eos minime præmansos præripere.

7. Hic Fernelius contra sententiam Sorani quam ante explicuimus eandem causã hystericæ passionis & furoris vterini agnoscit. At Soranus furorem vteri quoddam malum esse dicebat sine materia. Sed forte audiendum hoc est κατ' ἧττον καὶ μᾶλλον. Reuera potest furor vteri contingere.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 245 sur 359

ſine materiei communicatione per abſolutam ſympathiam vt loquitur Arculanus: vt cum læſo puncto que in pede neruo abſoluta quâdam ſympathia cerebrum conſentit.

8. magna quæſtion an ſemen in vtero ipſo an in vaſis ſpermaticis corrumpatur. Aiunt in his conſeruari, & ſi plus ſit quàm oporteat, facultas expellit in vterum, ibiq; corrumpitur. At ſanguis in vaſis ſuis putreſcit, cur non & ſemen? quia ſanguis eſt minus coctus & defœcatus. & ſemen benignum excrementum dicitur non ratione ſuæ qualitatis ſed quantitatis. Tamen de hoc poteſt controuerti. Rondeletium vide cap. de ſtrangul. vteri.

9. Reuera ſemen retentum potius eſt cauſa ſtrangulatus quàm menſtruum: Et menſtruã retractionem, recurſumque & inclinationem vteri facit nec non peruerſionem, ſed non ſtatim ſuffocationem. Si æqualiter vterus trahatur, rectà ſurſum aſcendere videtur, ſi inæqualiter, vel ante, vel retro, vel aliorſum trahatur. Et hæc retractio crebriorem reſpirationem facit, ſed eam non tollit, ſic menſtruum διαῤῥοπὴν & διαζοπὰς facit, ſemẽ potius πνίγα ἐργάζεται.

10. Statim initio iuuat prouocare vomitum præſertim ſi mulier plena ſit, nam malum auget. Et hoc ſuadet Aetius cap. de ſtrangul. vteri. Quanquam diſſuadet Auicennas & alii. Arabes quoniam, vt aiunt, ſurſum vomitu retrahitur putris materia quæ ſyncopen adauget.

11. Annotat quidam non eſſe alienum etiam in os immittere cum vrget affectio hyſterica diambr. diamoſchũ mithridatium licet ſint aromata, metu vteri retractus ad ſuperiora, quia hæc ratione ſyncopes dantur, & plus hinc commodi quam incommodi: Item certum eſt quod hæc vt & alkermes ſpiritus recreant ac inſtaurant, at non eſt

verum certumque vterum ascendere.

12. Aetius citat ex quodam in hoc affectu cum nil profecisset acceptos esse duos staminum glomos eosque in oleum anethinum feruens immissos, & in sinum pudoris vicissim positos. Hinc miraculo conualuit.

13. Vel pessi dantur, vel herbæ tunsæ induntur. Si fieri potest, distinguas an sit menstruum suppressum an semen (quanquam in paroxysmo ambigua est curatio) si menstrua subsint Euphorbium suppositum peculiarem dicat operam, si semen, radix satyrij & horminum (quod vtrunque ciet Venerem Dioscor. lib. 3.) imposita proliciunt illud. Item folia vrtic. Item sal & nitrum. At prius fricare corpus conuenit.

14. In muliere grauida hysterica possunt quidem foris adhiberi quæ intemperiem minuunt, clysteres præsertim qualis hic vsurpantur, & sectio ven. vitanda. In vterum aut peros nil infundatur. Nisi forte ad cardiaca confugias, & clysteres ex pauca terebinthina, aut ex theriaca vino, ol. sesamico, & confectione de baccis lauri.

15. De lauro, quæ hîc commendatur hoc scias, folia & bacc. conferunt in hos scopos, sed si conceperit mulier caueatur à radicis lauri cortice, Conceptum enim enecat.

16. Auicennas insessus parat (Si modo vsurpari possunt. ex decocto baccarũ & folior. laur. marrub. artemi. nepe. Conyz. sabin. centaur. dictam. sampsu. fœnugr. aristolo. ireos serpilli. Et insessus tempore caput oxyrhod. rigatur, & in aceto prius ruta, serpil. bacc. laur. & castoreum coquuntur.

17. Atque cum hysterica affectio & grauidas & vacuas prehendat, aliter se gerere oportet in his & illis.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 247 sur 359

Aliquipericulum ingruet. Ac de ſuffocatione quæ adoritur prægnantem Hipp. abunde dixit lib. 1. de morbis mulierum.

18. Semen extinguunt ruta, agnus, contra ſaluia franca, Illa id præſtãt & ſiccandi vi & calore. Tamen eruca, ſatyrium alioqui calida ſemen augent, agnus & ruta quæ calida ſunt extingunt. Vnde? ſatyrium & eruca non tam ſemen augent quàm ad Ven. excitant, & illa multaque alia quod flatuoſa ſint, venerem excitant. Ruta & agnus cum calidiora ſint flatus diſcutiunt, ſemen extingunt, proinde Veneris ardorem extingunt, aut refrænant.

19. Cæterum hyſterica affectio cur non per contractiones quaſdam conuulſiuas tolli poteſt, veluti tranſlata materia, & ſymptomatis per mutationem ſeſe mutuò excipientibus. Ita enim contra multorum opinionem docuimus ex Gal. comment. in particul. 27. lib. 3. prorrhetici τὰς σπωλκὰς in ſtrangulatum vteri cadere poſſe. Et com. in part. 26. lib. 3. prorrh. conuulſiones poſſunt apoplexias ſoluere & paraplegias. Quod notandum. Cur non idem de ſtrangulatu vterino dicatur?

20. Præter commemoratas hoc in capite cauſas ſuffocationis hyſtericæ: ne decipiamur vnum morbum pro alio ſupponẽtes: meminiſſe oportet, ſuffocationem poſſe contingere ob Eryſipelas in vtero contentum, vt Hippoc. lib. de natura mulieb. docet. An tunc non ſecanda vena etiam ſi animo linqui videatur vt ibi docet Hippoc.

21. Flatus qui hyſtericam inducunt affectionem, aut ſunt maligni, vt qui excitantur à ſemine aut non ſunt maligni: vt cum poſt eruptionem menſium immodicam flatus ſuccedunt diſtendentes & hanc affectionem inducentes.

De prolapſu & deſcenſu Vteri.

CAPVT XI.

SAtis ſupérque antè diſputatum eſt an vterus loco moueretur an non; dictúmque vtero, vt & omni parti quæ exquiſitiore ſenſu prædita officiũ in corpore munúſq; publicum habet, inſitum quoddam eſſe deſideriũ, quo res potiùs hæc quam illa ſummo veluti voto expetitur. Sed cum diſtinctionis causâ illud animale ſit, in quo non modo naturalis propenſio, ſed quædam ὁρμὴ incitatióque cum manifeſto ſenſu aut naturale, quod ipſum occultum eſt, & in ipſis naturæ primordiis incluſum, quædam ſunt partes in quibus animalis iſta appetitio viget, vt ſunt vterus, & ventriculus. Hinc cum rerum iucundarum deſiderio prurit vterus tumultuari videtur ac turgeſcere, & ſua ipſius incitatione & entelechia, aut ſuperiora petit, aut quaſi hians & extremam ſitim explere cupiens obuius fit, prouoluitúrque ſeminis tanquam rei iucundiſſimæ appetitione incitatus. Hinc Ariſtotel. ſedulus rerum naturalium indagator ſcripſit quibuſdam coitus deſiderio, aut longiore Veneris abſtinentia vterum excidiſſe, quam prolapſionem vnus coitus curaturus ſit. Itaque vterus quatenus pars eſt organica conſtans ſuis tunicis & ligamentis quibus antè & retro vicinis partibus adnectitur, poteſt cadere, prouolui, ac prolabi. In quo prolapſu nil fere animale eſt, niſi vt ante dictum eſt, id coeundi ardore contigerit, ſed totum hoc aut cauſa externa, aut interna euenire putandum eſt Sed cum impetu quodam incitatus effrenis turget errores quoſdam habet & motus impulſionéſque animales, vnde ἀναῤῥοπὴν, καὶ καταῤῥοπὴν. Itaque hic conſiderare oportet τῆς ἕδρας ἀρτήματα πάσχοντα, appendices affectas, ἀναῤῥοπὰς, καταῤῥοπὰς, ἐντάσεις, ἑλξεις, ἐπεξῤῥοπὰς ſiue διαστροφὰς ſiue παρατροπὰς. 7. Hiſtoria animal.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 249 sur 359

©BIUM

Hinc dicitur ἕλκεσθαι, συνεσπᾶσθαι παρασπᾶσθαι, ἀνεσπᾶσθαι, διαστραπῆναι. Qui omnes motus vel ab vtero sũt, vel à ligamẽtis. Si ab vtero, tanquam à quodam animali id proficiscitur quod rerum expetitarum aut desiderio languet, aut ad easdem obuius rapitur. Et tunc πλανᾶσθαι dicetur opinione Platonis, suósque motus sursum, deorsum habet maximè: & ii motus, errores & inclinationes aliquid ζωτικὸν, id est animale habent, ac si in bruta natura instinctus aculeúsque naturalis insit cum animali quodam appetitu ad ea persequenda quorum desiderio occupatur. Vnde ante diximus plerisque visum esse nunquam hystericã strangulationem contingere sine ista animali perturbatione quæ ἀναῤῥοπίαν faceret, aut καταῤῥοπίαν, vt cum libidine pellectus incandescénsq; vterus superiora capessit, strangulatum afferat, cum inferiora πρόπτωσιν efficiat, nullo in ligamentis appendicibúsque, vteri vitio concepto. Quanquã non negent procidere non posse vterũ sine ligamentorũ vitio. Nam si ligamentis aut non laxatis, aut non mollefactis coitus desiderio vterus prouolueretur prociderétque, id non posset fieri, citra diuulsionem retractionémque appendicum, & difficultas spirandi magna afferretur. Nec aliter fortè contingeret, quàm quod scriptum est à Gal. dum ait hydropicos, dum aqua per paracentesim euacuatur, non solùm impensé lędi ratione confertæ euacuationis, sed quia viscus duriusculum hepar reliquas partes attrahat dyspnœan inducens, vt potè quod non amplius vtatur aqua in abdomine contenta tanquam sustentaculo. Sed sane hoc tribuamus vtero, vt voluptate perfusus hos motus à se habeat: insistendum quoque videtur in opinione Galeni qui vtero ipso non affecto, sed aut appendicibus plenis, aut vasis sanguine seminéque abundantibus has reuulsiones, contorsiones, ascensus, retractiones, prolapsionésque contingere posse asseuerat. Et hoc totum ad solennem aphorismum de conuulsione, quæ aut inanitione, aut repletione contingit, reuocauit. Quemadmodum enim aut pars antica corporis, aut postica, aut totum corpus (vnde Teta-

Com. in aph. 27. l. 6. Aphor.

Lib. 6. de loc. aff.

Conuulsio à repletione aut inanitione.

nus, ideſt Celſo, rigor) conuellitur, ídque aut humorum copia aut eorundem exhauſto, ita accidit vtero. Vel enim deorſum fertur, aut ſurſum, aut in latus. Si deorſum fertur vi impulſúque naturali, ſeminíſque deſiderio, potiùs καταῤῥοπὴν dicetur, ſin vitio ligamentorum πρόπτωσις, præcipitatio, aut retractio ad inferiora, cum vel totus, vel pars procidit peruertitúrque aliquando vt fundus appareat. Cum ἔντασις aut ἕλξις adeſt, ideſt retractio, & contentio aut eſt ἐπιῤῥοπὴ, aut ἰσορροπὴ, aut ἐναῤῥοπὴ. Ἐπιῤῥοπὴ quæ τῷ ὑποδοτέρῳ eſt analoga, eſt cum in hanc aut illam partem vterus proripitur, contorquetúrque, alio modo διάστρεμμα (non διάστρεμμα quanquam ab eodem deriuantur verbo, ſed aliud ſignificat vt docet Gal.) aut παραπασμὸς, quo verbo vtitur paſſim Gal. Fernel. malè conuulſionem vertit, meliùs, contorſionem in latus aut in latus peruerſionem inclinationémque dicemus. Ἰσορροπὴ τῷ τετάρτῳ eſt conſimilis, & fit cum ſuo quaſi loco manet vterus, æqualiter hinc & inde tractus, diſtentúsque. Gal. vocat μετάστασιν ἀπαρέγκλιτον., id eſt recta mutationem omníſque obliquitatis & inflexionis expertem: cum alioqui διάστρεμμα fiat τῆς μήτρας ἐλκομένης ἄλλοτ' ἀλλοχόσε. Et cum ita intorquetur vterus dolores inguinis & coxendicis ſæpè acerbiſſimi oriuntur, crus aliquando obtorpeſcit: vndè ſæpè mulieres claudicant, & ita coxa afficitur, ac ſi iſchiade laboraret. Hoc primus Galenus obſeruauit in pleriſque quibus cum ſuppreſſi menſes eſſẽt in latus detorquetur inclinátque vterus, hinc dolor coxæ & ingrediundi difficultas. Immo & tumores naſcuntur, & vterus ibi putreſcit. De quo audiendus apho. Si vterus vergat incumbátq; in coxam, neceſſe eſt linamentum fieri. Quo loco non vocat μήτραν διεστραμμένην aut διαστραμμένην, ſed ἐγκειμένην, incubantem iſchio, quod temporis diuturnitate ob corruptos menſes ita ſunt affectæ appendices vt non amplius vterus retrahatur. Et τὸ διεστραμμένον & διάστρεμμα motum aliquem & ἔντασιν ſignificãt, ſed τὸ ἰσχιάμενον languorem partis & ἀκινησίαν vt ſic loquar. Nec alienum erit hoc loco vt verbis Galeni maior fides habeatur, narrare hiſtoriam

3. De officina med: 6. loc. aff. cap. 5.

Hipp. l. 2. de morbis mulierum de contorſionibus vteri & ijs quę ſuperueniunt ampliſſimè diſputauit. 6. loc. aff.

Cap. 5. l. 6. de loc. aff.

47. l. 5. & lib. 2. de morb. mulierũ.

de muliere quæ iſchiade laborare putaretur, cum tamen id totum à decubitu vteri in latus naſceretur. Huic ſubſtiterant menſes. Ad coxendicis morbum, vt credebatur, tollendum omnis remediorum ſylua adhibebatur. In malleolo ſecatur vena: nil profectum eſt. Tandem cum eluſam omnium remediorum vim medici conijcerent, fortè quæritur num menſes ſuppreſſi contorſionē vteri attuliſſent. Obſtetricibus id muneris demandatur. Comperiunt vterum in dextram magis partem vergere fluxerunt menſes, in locum priſtinum vterus reſtituitur. Conualeſcit. Ea de re volūt quidam intelligi ſententiam Hippoc. Quædam prius-quam conciperet coxā dolebat, cum concepit non ampliùs doluit. Vbi peperit vtceſima die doluit. Quod repetitum eſt ab eodem libro de ſuperfœtatione. Item eôdem hoc pertinet, cui inteſtinum à dextra parte, articulorum morbo laborauit, morbus erat quietior. Id eſt, illud inteſtinum quod deuergens in coxam, opprimebat, iſchiadicum affectum intulit (impropriè enim articularem morbum appellat) cum in ſcrotum non ampliùs committebat. Atque ita loci illi de diſceſſu partis alicuius à ſede propria ſunt audiendi. Quanquam Auicennas ideo ait eum dolorem coxæ quem mulier ante conceptum ſentit, ideo poſt conceptum finiri, quod concepto ſemine vterus calefiat: vteri autem calfactio partes vicinas attingat vnde dolorum antè impręgnationem vrgentium alienatio, ac ſi illi à perfrictione orti forent. Sed an vera ſit Principis opinio, an non potiùs id ad vteri inclinationem referendum ſit, liberum cuique ſit iudicium. Hoc itaque ratum ſit peruerſionem vteri poſſe dolores coxarios inferre, quos temerè ſolennibus ad arthritin remedijs profligare ſtudueris. Ac fortè ridiculum eſſe debet quod Fernelius ſcribit: cū vterus in latus diuertit ac contorquetur inguinis ac ſæpè coxendicis tum dolor exercet, qui ſi atrociùs excandeſcat, vteri furor appellatur. At nos ante explicuimus, non iſto intolerabili dolore coxendicis vteri furorem definiri, ſed potiùs cerebri læſione, phantaſiæ errore,

2. epid. ſectio. 2. & l. de ſuperfœtatione. Part. 3. ſectio. 4. l. 6. epid. Cap. 11. l. 3. fen. 21. tract. 1.

Peruerſio vteri poteſt dolores coxarios inferre.

Cap. de morb. vteri lib. 6. path.

Cacochymæ, non modo habent menses decolores, sed & inordinatos. In l. 5. aph.

Cur aliis ῥοῦς, & mensis fluit seorsim, aliis confusim, confunduntur laxatis viis, & fatigatâ naturâ. Cum natura valet, retinet, cum infirmatur, confusio fit, & id totum est symptomaticum & motu morbi. In venis mesaraicis & chylus & sanguis continentur diuersa ratione.

Curatio.

Remedia sunt victus ratio legitima, phleb. catharsis blanda, clysteres anodyni, lac asinæ, decoctum brassicæ ad colluendum valet, decoctum prunellæ, plantag. vtriusque ros. betonicæ, veronicæ, geranij, sanamundæ, pimpin. stellariæ.

Serum lactis cum succo aliquo in mortario plumbeo subactum mirifice est profuturum, item vnguenta diampholygos, de plumbo, & de cerusa, tam simplici quam vlcerato cancro conueniunt.

ANNOTATIONES.

1. *Hic decipi non oportet, nec confundendus fluor albus, cum purulenta excretione, vt cum Hipp. 2. epid. narrat de ea quæ gemellos peperit laboriosè, nec purgata est benè & tumor totius corporis euenit, & rubrum mensem ad sextum mensem durauit, dein τὰ λευκὰ omni tempore fluxerunt quæ rubro statim colore inficerentur, sed alba hæc fieri putauit ob mutationem ad albedinem propter suppuratum, putat enim vitio obstetricis relictam carunculam quæ putruit & ora vasorum corrosit exulcerauitque, vnde vlcus & alborum excretio.*

2. *Cum sanguis qua data porta consuetudine fluendi ad vterum fertur sæpè varices (vt in tibiis) in vtero & circum vterum fiunt, loco hæmorrhoidum in ano, mulieribus, vel in vtero hæmorrhoidum, & quibus sanguis qualitate peccat, vel si salaces sunt & non satis, aut subiguntur, aut concipiunt, vnde melancholicæ fiunt, vt constat de muliere salace quæ cum succussione equi ad venerem excitata esset nec ei satisfieret à marito, exijt à potestate mentis tandem ex vtero omnibus pacificatis exijt ingens copia sanguinis picem referentis, balnea naturalia adijt, concepit, ad se rediit.* Historia.

Et notandum quod contigit nobili mulieri, dolor incredibilis ad vterum suspicio fuit humoris melancholici in vtero & hypochondriis tandem morbo cessante carbunculus magnus & ferox obortus est. si ad

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 253 sur 359

partes interiores ad vterum præſertim, ſanguis inclinarit, carcinomatis, aut cancri metus.

CONSILIVM XCVI.

De voce pene deperdita.

D. De Bobigny conqueritur de ſymptomate, nempe de vocis vitio; quæ enim vox clara liberaque eſſe debet, ea obſcura eſt & vix intelligibilis.

Symptoma autem eſt in genere eorum quæ audiuntur; cauſa eſſe videtur in vitio organorum, organa ſunt triplicia, excipientia deducentia, mouentia.

Obſtructio eſſe videtur, morbus ergo eſt in conformatione: ſi obſtructio eſt, cur non adeſt difficultas reſpirationis? obſtructio iſta ſufficit ad vocem corrumpendam, non ad reſpirationem difficilem.

Poſſunt inſtitui tabellæ ex electt. diaireos maſtich. oliba, diarrhod. abb. cinnam. cum ſaccharo ſoluto in aqua infuſionis ſtœch. aut roriſmarini.

Valet hydromeli, coma abſinthij adiecta, & oxymeli vt nonnulla moueatur tuſſis ad expediendos pulmones, venæſectio ex interualli, caſſia, manna diſſol. in iuſculo galli veteris, ſuccus glycy. niger, oleum ex ſaccharo.

Purgatio.

Capillarium decoctum, maxime adianthi, valere creditur, pulmones detergere & animam quaſi dilatare, linctus caſſiæ ſuperbibendo decoctum caulium & cicerum rubrorum.

Apozemata bechica.

Decoctum ficuum & paſſularum cum bipinella.

Linctus mellis aliquando ſolius, aliquando cum optimo butyro.

Pomatium bonum eſt & vinum dulce ſi febris non adſit, idque oligophorum. Eſt enim calidis viſceribus prædita, ideo cauendum ab iis quæ impendio magis calfaciunt & ſiccant.

Πότιμα magis conueniunt; oxymeli autem inter ea cenſetur, vt campana & hyſſopus, magis (inquam) quam quæ dulcia & humida ſunt, ſputum enim effœminant, vt ait Hippocrates, niſi forte

©BIUM

quis dicat emolliendum esse vt id quod emollitum est detergeatur faciliùs τῶν ῥυπτικῶν vsu.

Maximè vero videndum vt contrarium contrario opponatur, an sit obstructio, an induratio, an plenitudo aliqua.

ANNOTATIONES.

1. *Obseruati sunt quibus ob aërem frigidum ambientē neruis recurrentibus refrigeratis vox est imminuta & penè adempta, laryngis vitium obscuram sæpè reddit vocem, dum patitur resolutionem quandā, Aëtius eo in casu vtitur garg. acriusculo spiritus detensione, coaceruata respiratione. & continua vociferatione; glycyriza commanducata valet. fotus ad laryngem ex rosa, cypero, sem. fœniculi.*

Notat Auicennas rarius esse quoque de genere eorum qui vocem emendant.

2. *De singulari fato illius mulieris vnum quoque addemus, cum per annos aliquot sensim, atque paulatim emacruisset, omne alimētorum genus fastidiuisset & vt loquitur Hippocrates* ἀπονεονημένως ἔχεν τιρος τὰς πάσας προσφορὰς *tandem repentè ac inopinato extincta est, ac cum cibum nec appeteret nec caperet (apud Hipp. autem* λαμβάνειν *significat cum aliqua appetētia accipere) quotidie viuēdo moriebatur, & moriendo viuebat, præhensa est paroxysmo febris tertianū typū referentis; tertio post die idē paroxismus, à quo reualuit & fuit* ἀπύρετος, *& habebat more solito iocum & deambulationē cogitans. At accessit rigor* πρόδρομος *tertiani, & tertij paroxysmi, fuit rigor ingens & tantus vt ab eo non potuerit, vt loquitur Hipp.* ἀναθερμαίνεσθαι, *totum erat sanè* λειπυρικόν, *interna conflagrabant incendio, sequenti die fato concessit, conquerebatur maximè de dolore ad hypogastrium, inuenitur aperto cadauere, pulmo aliqua ex parte inflammatus, hepar exuccum & mali coloris, sed vterus erat corruptus, & quasi gangræna affectus, plenus tabo, & sanie, quæ erat* δυσώδης *maritus per tres annos penè abstinuerat à congressu, fortè si ager fundusque cultus fuisset meliùs eum ea actum foret.*

Laborarat olim ῥῷ γυναικείῳ, *qui erat tetri odoris, aliqua ex parte & ferè omnino suppressus erat.*

Interiit fere à veneno interno & genitiuo, hæc cum aliàs fœcunda esset, quod mirum: cum fœmellam conceperat, fluebat ista materia etiam copiosa, cum marem, aut minor erat, aut sistebatur.

Aliam etiam videre contigit mulierem quæ patitur menstrua toto grauiditatis tempore cum mas concipitur, id non euenit cum fœmina

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 255 sur 359

©BIUM

concepta eſt, ſed quærat quis, quomodo febris continua non præceſſit? qui tertiana tam ſimplex eam ſuſtulit. At tertiana periculo vacat, imo & febres quæ quo quo modo intermittunt, nedum tertiana quæ tantam intermiſſionem habet. vide aliquid ſimile contigiſſe apud Gal. In prorrhet. *qui notat cauſas in corporibus noſtris generari quæ potentia & virtute tum virus rabidorum canum, tum lethalia medicamenta repræſentant.*

Sic in morbis nec præcipitanter timidos, nec temere ſecuros eſſe oportebit, & reuera iis qui vitio ſingulari, præſertim vero corruptione partis intereunt parum tutos ſecuroſque eſſe oportet nec prædici exitus poteſt, vt fit in morbis humoralibus, imo febre fere vacare videntur, id quod in cantore Durantel & in præpoſito dicto Hardy & aliis multis à nobis viſum eſt anno 1594. In morbis à partium corruptione non poteſt certò prædici exitus vt in humoral. morbis.

CONSILIVM XCVII.

De tuſsi moleſta & ſputo cruento.

1. Tuſsis moleſta & ſputum eruent. aut à deſtillatione collection. & exoneratione à part. pulm vicinis.

DVo ſunt ſymptomata quæ moleſtiam inferunt, tuſſis ſæpè inanis & cruentum ſputum hæc ſequuntur, aut deſtillationem à capite, aut collectionem veterem materiæ in pulmone contentæ, aut exonerationem quandam à viſceribus & partibus pulmoni vicinis : tribus enim modis, tuſſis moleſtiæ excitantur, & ſputum ſanguineum apparet, vnde fruſtrà ſæpè caput omnium horum authorem creditur, quanquam ab eo iniuriarum eiuſmodi maxima pendet occaſio.

Antiquitas tuſſim quandam a ſplene moleſtum eſſe ſtatuit.

2.

Diſtillatio morbus non eſt, ſed morbi eſt conſequens, maximè vero, vt dictum eſt, affectionem capitis conſequitur. Caput vel vt pars ſimilaris, vel vt organica afficitur: vt ſimilaris, vt cum calidior, aut frigidior pars; organica, vt cum plenior & obſtructionibus ſcatentior.

Vetereu aſſiduam moleſtãque tuſſim Senec. per tuſſim vocat.

Duo verò maximè obſeruari debent facultatis retentricis, aut imbecillitas, aut excretricis ab acriuſcula materia irritatio id quod facit vt perennitas deſcenſus & defluxus materiæ conſequatur: in priore διάχυσις & σύντηξις cernitur, in poſteriore orgaſmus & impetus aliquis, vnde tuſſiendi aſſiduitas; poſterius eſt pe-

culiaris generatio humoris efferi, mali, ſalſuginoſi, qui quoquouerſus ſe inſinuauerit & irruerit, hîc ſæuit, hîc graſſatur, hîc ferociam exercet, vnde videmus eos in quibus eſt eius humoris generatio, diſtillationibus, & febri inde natæ marcorique conſectario obnoxios.

Cæterum catarrhus omnis, authore Hippocrate à carnibus eſt calidis aut frigidis; à calidis per fuſionem & colliquationem: à frigidis per expreſſionem, maximè verò marcor, & extenuatio eos adoritur, qui defluxui à calore acri orto obnoxij videntur.

Ideo plerique peccant qui falſò perſuaſi tuſſim omnem à frigido ortam magnam auxilij vim, in vſu rerum calidarum, aut admouendarum, aut aſſumendarum ſolent collocare, frigus quidem occaſio eſſe poteſt, ſed & febrem & diſtillationem acris & ferini humoris poteſt concitare, ſic falli non oportet. 3.

Imo grauiſſimè peccatur in vſu remediorum topicorum caput calfaciuntium ob tuſſim & defluxiones: contra caput refrigerare oportet aliquando; ita enim Aëtius loquens de vſu oxyrrhodini in diſtillatione ferina, ait ab eo remedio refrigerante diſtillationem ferinam incraſſeſcere, tuſſim ſedari, ſomnum induci, calorem exurentem temperari. *Locus notandus de capite refrigerando in diſtillationibus ferinis ex Aet. vide plura in 2. conſ. Ballonij libro. Curationis capita.*

Purgatio, venæ ſectio, humorum temperatio, materiei acris delabentis inhibitio, correctio, delinitio, & (tempori) à pulmone excluſio valet. accedit partium à quibus humor fluit robur & confirmatio, valent cathartica, aliàs lenientia, aliàs viſcera repurgantia.

Caſſia vel linctu ſumpta, vel bolo, vel iuſculo ſoluta, addita tamarindorum, aut paſſularum pulpa, conferet, ſenna valet.

Quæſtio eſt, an in acribus ſtillicidiis, pilulæ acriuſculaque remedia conferant: rationes vtrinque probabiles afferri poſſunt, eas ſcholaſticis exquirendas relinquamus, audiamus ea de re antiquorum conſilium. Galenus in methodo medendi dat medicamenta ex alto euocantia in phthoe, vbi præſertim teter humor in capite gignitur qui ſtillandi aſſiduitate partes ſubiectas irrigans eas afficit, vnde rarò, ſed tamen interdum danda opera purgationi per fortiora medicamenta, quia mitiorum vis eſt ſæpè ignaua & eluditur, vnde Fracaſtorius ea in parte Galenum æmulatus id genus remediorum violentorum conſuluit in hæmoptoicis κατὰ τὴν διάρρωσιν. & Hippocrates in deſcenſu putris pituitæ à capite validiùs purgandum putat, contra de Phtheiriaſi loquens Celſus me- *In hemoptyſi cauendum ab aloë, ſyrupo roſa. pallid. & aliis quæ vim habent ἀναστομωτικὴν Vide Hipp. l. de internis affect. Gal. 5. meth. c. 14. & 15. Ballonius in lib. 1. conſi. Lib de inter affect. Lib. 6.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 257 sur 359

dicamenta intus lenia danda ſunt ne quid acrioris pituitæ conci-
tent.

Venæ ſectio ex vſu eſto, bis anno, & cum latus ſiniſtrum doli-
tet, paulo crebrius ab ea parte ſanguis eſt demendus.

Lib. de inter. affect. Hipp. hæmoptoicos pingue facit ne tabeant & inopia cibi ſanguis efferetur.

In hæmoptyſi eſt vbi pleniùs cibandum eſt vbi parciùs; ſi copia ſanguinis eſt, parciùs: ſi acrimonia, temperationis ergo pleniùs; nam fames & inedia bilem in nares conciunt.

Fames & mora bilem in nares conciunt. Plaut.

Temperatio humorum iuſculorum vſu, prunis, violis, ſyrup. viol. iuiub. de nenuph. iuleb. alexand. ficubus, hordeo, in iuſculo cocto, opiatis, pilulis bechicis.

Syrupus de lamio ex vrtica, & de ſymphyto deſcriptione Fernelij & iuſculis. pomorum redolentium vngul. caball, berbecorum granatorum, aqua roſarum addito ſemine papaueris rubri & albi.

Balnea, lac aſinæ.

Sed & licet magna ſit vtilitas iuſculorum, in iis tamen temperatos moderatoſque eſſe oportet, nam patet ex Galeno liquidarum rerum frequentiori vſu, pulmonis carnes rariores & putredini obiectas magis fore, immo & ſanguis tenuior ſeroſior que fit & putredini opportunior.

Cap vlt. l. 4. locorũ affect. Omnium iuſculorum vſum & rerũ liquidarum effœminatur ſputum Hipp.

Manna conferet.

Conſerua roſarum, roſa enim priuilegio vim habet ſiſtendi catarrhi vnde roſa ἀπὸ τοῦ ῥέειν dicitur, quod inhibeat fluxiones.

Sed & inhibitio in faucibus fieri debet, gargareonem & pharyngem & laryngem gargariſmis corroborando, id quod pauci animaduerterunt, tamen id genus remedij in primis ex vſu futurum eſt.

℞. Plantag. berbecorum, portul. aã. m. j. ſeminis papaueris albi ʒ ij. hyoſcy. ʒ j. fiat decoctio in aqua hordei, in colatura diſſol. diamaron. ʒ j aquæ roſarum & ſucci granatorum aã. ʒ ſ. ß. gargariſmus ad ℔ j. colluat os frigidè.

Data præſcriptáque eſt opiata ex conſeruis roſarum nenuph. viol. ſymphyti, additis raſuris.

Et in ſanguinis reiectione, conſultum eſt, vt vteretur adderetur que bolus armena, terra ſigillata, mumia.

Vel puluis ex iiſdem concinnaretur aptus formandis, aut cylindris, aut pilulis hypoglottidibus, aut tabellis, ſed videndum ne vſu nimio aſtringentium ἀναχάθαρσις impediatur.

ANNOTATIONES.

1. *Hic æger cui hæc ſunt inſtituta mactlentus eſt & ſatis procerus, de eo audiendum videtur quod ſcripſit Celſus cap. 7. lib. 2. frequens diſtillatio in corpore tenuis & longo tabem timendam eſſe teſtabatur.*

2. *Quid eſt quod tantoperè reformidatur ſputum cruentum vt tabis prodromus, Galenus enim ait, mitiſſimi ſunt morbi in quibus cruenta reijciuntur, loquitur de pleuritidibus ſanguineis ſic pro nomine*, morbi, *lege*, pleuritides.

Hæc autem affectio terrifica eſt, quia ſæpè eſt tabis minax, tamen ſi ſolandus æger eſt, adducetur locus Plinij de Macrino & Saturnino vrbis præfecto vtrique hæmoptyſis erat familiaris & tamen Saturninus annum nonageſimum attigit. Et notauimus alibi, magnas excretiones ſanguinis è pulmone minùs eſſe periculoſas quam paruas. Qui ſanguinem emittunt ait Hipp. ſi ſine febre quidem, ſalutare, ſi verò cum febre malum, curare verò acerbis & refrigerantibus aph. 37 lib. 7.

3. *Nil eſt tam vulgare quam tuſſis, & quo magis tuſsis eſt vulgaris, eò ferè negligitur, & idem dolori dentium contingit, qui quia crebro ſæuit, nullique parcit, aut ætati, aut ſexui, eo minoris æſtimatur & tamen tormentis annumeratur, tuſsis præſertim quæ vetuſtior & moleſtior mala ſæpè, vt ſignum, & vt cauſa: vt ſignum, quia, aut vitium partium à quibus manat fluxio, aut in quas repit, aut humoris malitiam ſignificat: vt cauſa, quia ſuccuſſu & excuſſu pulmonem offendit, & caput: immò caput replet (ait Hipp.) ab agitationem, & pulmonem calfacit, quæ incommoda magnifacit. Tuſsis autem alia eſt humida, alia ſicca. humida ferè à diſtillatione eſt, & plus nocet quantitate quam qualitate humor. arida non ita à diſtillatione eſt, niſi fortè aliquando ab efferi indomitique humoris labentis irritatione, ſæpiùs eſt à refrigeratione, (vnde, cum os aperitur, aut quis loquitur ſtatim tuſsit) à tuberculo, ab exulceratione, & horum materia irritans non facilè exigitur; Teſtatur pleuritis cruda, in qua inanis eſt tuſsis. Fernelius ait eam tuſsim quæ ſemel anno, aut ex interuallis moleſta eſt, à diſtillatione eſſe quæ continenter nullaque, aut minima intermiſsione fatigat, aut vitioſam pulmonis affectionem, aut veterem obſtructionem, aut ſtabilem intus cauſam habet, quod tamen probabile videtur, nam quibuſdam ferina deſtillatio eſt, eaque à capite & aſsiduo vexat, teſtis ſenſus ipſe, namdum fauces tranſit moleſtiam infert irri-*

©BIUM

tando, error autem aliquando in ea tuſsi committitur, quæ à latente in pulmone vitio oritur, dantur enim ſæpè ſtyptica eaque virus in pulmone ſupprimunt, ſi enim ponimus, aut pus, aut ſaniem ſubeſſe; ſicque obſtructionem tuſsis cauſſam agnoſcimus, adſtringendo obſtructio augetur, & materia expectorabilis, ſiſtitur.

CONSILIVM XCVIII.

De Alui fluore, hæmorrhoidibus & aliis affectibus pro vxore Anglorum legati.

Faſuctæ & ſubitæ temporum locorum tempeſtatumque mutationes ſæpe grauium morborum cauſæ ob repentinam corporis humorumque agitationem. Epiſt. ad damagetum.

NObilis domina clariſſimi Angliæ Legati coniux, ex quo Lutetiam appulit (agitur autem annus quintus) dubia & lubrica fuit valetudine, ſiue id loci, aëris, & cœli mutatione contigerit, ſiue potiùs, vt ait Hipp. quod ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων πάμφορος ἐστὶ τῶν πάντων νοσημάτων, & totus homo à natiuitate morbus eſt.

Primùm eius faciem & nonnullas partes ignes ſacri affecerunt, & ea quæ Græcis φλυσάκια ἢ φλυκτάινας dicuntur. Affectus quidem cutanei aliàs lædunt, aliàs non lædunt: lædunt, & mali ſunt, vt ſigna, cum ob vitium internum, aut imbecillitatem expulſulant; proſunt & vt bonum ſignum apparent, ſi criticè, ſi per exonerationem quandam effloreſcant. in nobili domina cacochymiæ effectus & ſoboles fuerunt, neque enim criticè erumpunt.

Celſus.

Cutaneum hoc malum licet ſæpè fugax & innocens fuerit; tamen afflixit, quia faciem maculauit. At fœminis cura, & cultus corporis non facilè eripi poteſt. Aliquo poſt tempore profluuia alui eam exercuerunt, aliàs cœliaca meſenterica, aliàs leienterica: ab his vix ac ne vix liberari potuit.

Sed & inter cætera ſæuiit moleſtus hæmorrhoidum dolor, vbi enim ſemel eminebant ora venarum & tanquam capitulis ſurgebant, oborta inflammatiuncula, dolor mouebatur tormentis penè annumerandus; aliàs immodicus erat fluor, & tamen minus fuit moleſtus, fluxus etiam non mediocris quàm omnimoda ſuppreſſio, verebamur ne inclinata in præcordia & in viſcerum aliquod materiâ graui morbo corriperetur: ideò non ſuppreſſimus quòd

quòd eo ſanguinis profluuio imbecillior non redderetur. habet enim purgationem hanc non morbum, ait Celſus. notabis φεῤσιν purgationem non morbum; tamen fluendi aſſiduitate ſphincter infirmior fuit: hinc ſedes procidua & eius quaſi ἔκπτωσιν. Verum hæc verba in morbis partium naturalium, conſuetudine verecundiùs loquentium accommodata nobis videtur, licet videatur difficilis Celſo earum partium morborum explicatio, homini præſertim pudorem & artis præcepta ſeruanti: quanquam in vulgus eorum curatio præcipuè noſci debet quæ inuitiſſimus quiſque alteri oſtendit. noſtrum autem iudicium de conferta illa menſium & hæmorrhoidon euacuatione, in muliere præſertim, aperiemus. *Sub finem c. 6 de hæmorrh.*

Inter hæc mala & tædia ſæpiſſimè doloribus capitis, maximè verò hemicrania fuit vexata, vnde triſtis caloris ſenſus in fronte & temporibus, fuitque pars anni aliqua, in qua vix ſomnus conciliari potuit, vt etiam ad hypnotica & narcotica neceſſitas nos adduxerit, & verebamur ne intemperies calida ſicca membranas cerebri inuaderet, quæ tandem affectum τῇ σειράσει non diſſimilem procrearet. *Aduſtus humor melancholicus grauiorum capitis dolorum ſæpius cauſa eſſe ſolet.*

Sed ad hæc tot tantàque mala anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, acceſſit calamitas morbillorũ ſeu variolarum vulgo dictarum, & tanta quanta maxima concipi animo, oculiſque videri poteſt, ſed ab ea partim Dei beneficiũ, partim artis medicæ officioſa ſedulitas aſſeruit atque vindicauit, vt nulla, aut perexigua iſtius luis veſtigia reſtitentat. quæ non mirum eſt, ſi antiquitas in hominibus certas proprietates, & ἰδιοσυγκρασίας annotarit, vt corpora à corporibus, & morbi à morbis longo differant interuallo.

Dicam vnum de peculiari natura & temperamento illuſtris dominæ. Omnium malorum cauſa referenda videtur ad perennem generationem ſeri putris, & maligni, quod in cutim erumpens ignes ſacros & phlyctenas excitauit, in ventrem profluuia: remiſtum ſanguini & copioſiora menſtrua ciet, & hæmorrhoidales venas replens effluuium ſanguinis per aluum concitat.

Sanguis quippe à mala hepatis diatheſi ita vitioſus & ἰχωροειδὴς generatur, ſanguis morboſus eſt, & vt vulgo dicitur & κατὰ πλῆθος & κατὰ πάθος: rurſus Ariſtoteles opinione vel τῇ φύσει vel νόσῳ. ſanguis enim humidior morborum eſt parens, ait Ariſt. & Græcè διυρεῖν, dicitur, ideſt liqueſcere, in ſerum alendo ineptum conuerti, quia ſuam πῆξιν & σύϛασιν naturalem amiſit, κατὰ τὴν 3. *Lib. 3. c. 19. de hiſt. animal. Credidit antiquitas quod diù non eſſet ſanguis ſed ἰχὼρ aliquis pro ſanguine.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 261 sur 359

ἀναφειχέωσιν πνα. Nec enim tam ſanguis eſt, quàm ſanioſus ſanguis; & reuera ἰχῶρ. ἰχὼρ autem inter verum ſanguinem & pus medius eſt quodammodo, ait Celſus. Apud Ariſtotelem vero generalius ſumpto nomine, ſanies, ſanguis incoctus eſt αἷμα ἄπεπτον. Ἄπεπτον autem dicitur, aut quia nondum coctus eſt, aut quia in ſerum diluitur, aut quia nondum coctus eſt, aut quia in ſerum diluitur & conuertitur, ſic enim per putredinem amiſſis ſuis fibris ſanguis in putre quoddam ſerum reſoluitur, id quod ſanguini illuſtris dominæ contigit, quoties enim ſanguis detractus eſt, (detractus eſt autem ferè viceſies neceſſitate ad id impellente & vere & autumno, quo tempore morbi eius gliſcunt, & egerminant) impurus fluxit & impurior quàm quis credere poſsit.

Loco ſupra poſito.

4.

5.

Vt mirum non ſit, ſi non ſufficiat menſtrua euacuatio per ſinum pudoris, ſed & alia purgatio ſubſequitur per anum, menſtruam ferè periodum retinens, & ea videtur ſupplere. Id in quo deficit conſueta per menſes euacuatio, quæ alioquì aliis mulieribus minùs valetudinariis ſatis eſſe ſolet.

6.

Ariſt. c. 19. l. 3 de hiſt. animalium.

Hinc Ariſtoteles paucis mulieribus mariſcas fluere ait, aut varices oriri, aut ſanguinem è naribus manare, & ſi quid horum accidit detrimentum in menſtrua decumbit: ſupra enim ſtatuerat ſanguinis è naribus, aut ex ſede profluuium, varicum quoque ortum non contingere ſolere, niſi iis quibus ſanguis morboſior eſſe ſolet, aut quibus viſcus aliquod malè habet, vt credam quidem mulieribus menſtrualibus fluxum hemorrhoidum morbum eſſe, viris non morbum, ſed ſanitatis tutelam, ſed de his fortaſsis plura quam par ſit præſertim apud artis peritum.

Curatio.

Intra verò hæc remedia conſiſtendum putauimus.

Vere & autumno, & ſæpiùs aliquando ſanguis detractus eſt, ni detrahebatur graui aliquo ſymptomate premebatur.

Caſsia iuſculo diſſoluta magno profectu vſa eſt, temperabatur enim pulmonum & hepatis intemperies quædam.

Balnea in vſu frequenti fuerunt, æſtus hypochondriorum moderandi ergo.

Ad pathemata melancholica opiatæ contulerunt, hedricis medicamentis vſa eſt, ad demulcendos dolores.

Hæc porro à me non tam docendi quam communicandi ſtudio dictata ſunt, nulla enim non opera dari debet, vt illuſtriſsimæ dominæ ſaluti conſulatur, hæc eius valetudo, & incommoda & imbecilla ad id nos inuitat, & tanto citiùs quantò promptiùs in mor-

bos ruit, in multa enim imprudens caderet niſi ab amico medico moneatur. Offenſis enim infirmitas eſt maximè obnoxia, ſed & ad hoc efficium & obſequium accendere debet illius candor, & ſuauitas, Medici enim fuit amici notare peculiarem naturam quo faciliùs imminentes morbi arceantur & præſentes abigantur, facilius quippe morbus excluditur, quam introductus expellitur, hoc autem operæ pretium magis faciat amicus medicus quam extraneus, vtilior enim eſt amicus, licet par ſit ſcientia, ideo in ſuo medico non ſolum ſcientiam, ſed & fidelitatem, & beneuolentiam Tullius requiſiuit.

Celſus. Raro quiſquã non aliquam partem imbecillam habet.

Ægrius eĳcitur quam non admittitur hoſpes.

7. Hipp. Tull.

ANNOTATIONES.

1. *Hæc domina in Franciam venit cum ſuo coniuge Legato, quod nouum & inſolens erat Auguſti Cæſaris temporibus, hic enim Legatorum nemini permiſit, niſi grauate & hybernis menſibus vxorem interuiſere. Apud Tacitum eſt diſceptatio arguta Seueri Cæcinnæ & Valerĳ Meſſalini, an mulieres debeant eſſe comites ſuorum maritorum ſiue in bello, ſeu in legationibus.*

Suetonius, Lib 3.

2. *Nota loquendi formam Cornelĳ Celſi in iis quibus vitium non eſt internum, ſed tantum* συναθροισμὸς *hæmorrhoidum fluor purgatio eſt, non morbus, in aliis contrà, ſi vitium internum, ſi ſymptomaticè, omnino fluit ſanguis, eſt morbus. Eſtque quod dicimus, vi morbi fit, & vi naturæ.*

Quod autem ad fluxum earum immodicum pertinet, duo animaduerſione, & prouiſione digna ſunt, prius, quòd, qui ſunt cacochymi, & laborant hepatis intemperie, quique vitioſum ſanguinem congerunt, ij fluxus immodicos patiuntur, atque ſanguis peccat duobus modis & κατὰ τὸ πλῆθος & κατὰ τὸ πάθος. maximè vero in mulieribus, ſi enim fluxus muliebris à Gale. comm. ad part. epidemiorum σύγγενες βούθυμα, vocatus, & qui menſe velut vectigal redditur, non ſufficit naturæ ad expurgandum & fluxus hæmorrhoidum requiritur, malum id eſt, & vt ſignum & vt cauſa. Et reuera quotquot mulieres fluori hæmorrhoidum obnoxias vidi, eæ valetudinariæ vixerunt. Notatque Hollerius viduis aliquando loco menſium fluere hæmorrhoidas, item quibuſdam grauidis quatuor menſes; poſterius quod obſeruandum eſt, ad therapiam pertinet, nempe quòd diligenter & exactè purgari debent ij quibus immodicè fluunt hæmorrhoides, corpore enim legitimè repurgato promptiùs & tutiùs & deſinunt & ſuppriimuntur

Hæmorrhoidibus mulieres obnoxiæ ſere ſunt valetudinariæ.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 263 sur 359

©BIUM

Desinunt hæmorrh. corpore legitimis purgationibus vacuato.

hæmorrhoides purgationibus; cacochymia, quæ extra vasa est foras exigitur, corpus temperatur & refrigeratur, hinc sanguis gignitur temperatior, ideóque minùs ad naturam irritandam idoneus, quæ non potest fieri sanguine feruidiore, & naturam μελαγχολικωτέραν sapiente.

3. Aristoteles ait pro ætatum ratione sanguinem distingui, ἐν τῷ πλήθει καὶ τῷ εἴδει, ad finem cap. decimi noni lib. tertij de historia animalium: In sanguine autem cernitur, substantia, qualitas, color, caliditas, frigiditas, consistentia, quæ σύγκρασις dicitur, & cum serum fit istam σύγκρασιν vitiatam dicimus. Idem Aristoteles viam paraturus ad tractatum de hæmorrhoidibus diuidit sanguinem in sanum & morbosum νοσώδεα. Et hinc occasio ducitur & canon secandæ venæ, fit autem malus & φύσει & νόσῳ. omnis πῆξιν habeat necessum est, nisi fibris sit cassus vt sanguis damarum: Hipp. lib. de natura pueri laudat sanguinem fluentem à partu si grumescat.

Quæ in sanguine considerada veniunt.

4. Hunc locum de sanie & sanguine putri illustrat Aristoteles reddens rationem, cur soli homini hæmorrhagia è naribus contingat, probl. 2. lib. 10. admonet inter cætera hoc quòd quisque sanguis vitiatus integro tenuior existit. Talis autem est qui se excrementis miscuit & quasi in saniem degenerat.

Autumno generantur sanguinis ichores πικροὶ.

Ichor autem in malam ferè partem capitur apud Hip. & est quædam anni pars ichorum procreatrix & singuli humores suas quasdam habent humiditates ὑγρασίας, ὀρρούς, ἰχῶρας, qui quidem retinent naturam humoris proprij & συγγενοῦς. vnde apud Paulum sub æquinoctium vernum sunt γλυκεῖς ichores sanguinis. At vero circà virgiliarum ortum sunt & generantur, maximè ἰχῶρες πικροὶ & quemadmodum cuique humori suum est serum naturale, ita humori præter naturam suum quodammodo est serum malum.

Cuique humori natur. & præter naturam suum serum.

Est & aliud excrementum quod propriè λιγνυώδης dicitur, & maximè iis succrescit qui prauis alimentis vtuntur, vt sunt cœpæ, allia, &c.

5. Alij audentius sanguinem demunt cum impurus est, quod impurum sanguinem noxam afferre corpori asserant: alij contrà: Gal. restrictior est in sanguine mittendo cum impurus, vtrisque suæ rationes patrocinantur.

Hæmorrhagiæ familiares iis quibus viscera sunt imbecilla.

6. Citauimus ante ex Aristotele soli homini inter animantia hæmorrhagiam contingere, id quod Plinius docet cap. 38. lib. 11. sed maximè notandum est iis partem aliquam in vitio esse quibus familiaris est hæmorrhagia, quamquam id distinctione opus habet, videndum

enim num ſanguis fluat, κατὰ τὴν ἀτονίαν an per plethorã, & conatum naturæ. verum ex hoc Ariſtotelis loco multa notatione digna eruentur, & maximè quod pertinet ad ſanguinem ἰχωροειδῆ, & ad hæmorrhoidum fluxum, an ſit morbus in mulieribus, an ſimplex purgatio. Celſus ſubtiliter & medicè loquens de iis quibus parum tutò ſupprimuntur hæmorrhoides, præſertim cum tali profluuio imbecilliores non reddantur, ait hanc purgationem non morbum eſſe: in varice enim, hæmorrhoide τὸ αἷμα θᾶττον νοσηκόν, at ἐν ῥῷ ſanguis eſt morboſus, menſtrua autem mulieres à cæteris morbis ſanguinis vindicant. Et τῶν ἄλλων νοσηματικῶν ἐ μετέχουσι αἱ γυναῖκες: non dicit νοσημάτων, ac ſi velit & menſtruam purgationem eſſe aliquid νοσηματικόν, id eſt morboſum, quòd ſi mulieribus contingant varices hæmorrhoides, κατὰ μῆνα fiunt χεῖρω, id eſt pauciora, detrimentum in menſtrua incumbit, ait Gaza, non quòd in viris fiant à laudabili ſanguine: loquens enim generaliter, ait, νοσηκότος τοῦ αἵματος eſt, varix, hæmorrhagia, hæmorrhois.

7. Nil magis ægris prodeſt, quàm ab eo curari à quo volunt. Senec. lib. 4. declamat. 5. decl.

CONSILIVM XCIX.

De hepatis & pulmonum calida intemperie cum totius corporis extenuatione.

Pro D. Iudith Memmæa.

CVm morbus eſt incognitus etiamnum remedia ſunt tentanda, hæc ſi minùs iuuent, modo alleuetur æger ſæpius repetantur; communibus autem vtendum remediis donec res patuerit, id maximè in longis, quia res vrget in acutis. Hipp. lib. de loc. in homi.

In deliberando aliquid ponere quod non eſt, magni refert; exactè etiam nimis quærere, nec aliquid ſtatuere donec ἀποδεικτικῶς res innoteſcat, non vacat periculo, id enim affectatum nimis.

Puella habet cerebrum καταῤῥοικόν & nares humidiores Hipp.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 265 sur 359

©BIUM

Sanguis humidior, vel natura, vel morbo.

opponit τὸ ὑγρὸν τῇ φύσει, τῷ ὑγρῷ ἐκ τῆς νόσου. Aristoteles autem loquens de sanguine humidiore & morbosiore, ait, ita esse vel natura, vel morbo. Seu τῇ φύσει vel νόσῳ qui natura nares habent humidiores morbosis sani sunt, qui ἐκ νόσου vice versa.

1.

6. epid. hic locus legitur. Cap. 4. l. 3. de sympto. caus.

Catarrhosus eo se habet modo, quo is qui diarrhoea laborat, quod diarrhoea in ventre, id est in cerebro catarrhus, ait Galen.

Quæ sicciora humid. primigenia: humidiora humid. excrementitia.

Plærique sunt sicci, humiditatem tamen plurimam habent, quo enim quidque est siccius humiditate primigenia, eò humidius est humiditate excrementitia, id senes declarant, sed & in aliis ætatibus id fit; maximè verò humiditatem excrementitiam habent, qui calorem habent fugacem, qualis in palea accenditur, contrà qui calorem stabilem habent & carnes solidas, minus sunt excrementosi, nisi peccent in ratione victus.

Puellæ huic multa est humiditas excrementitia, quòd imbecillæ naturæ est argumentum, & caloris instabilis, tussiculosa est, cerebroque est amplo & humidissimo, sic tabescit defectu boni roris, & alimenti fixi, & glutinosi, & excrementis scatet cerebrum enim ferè liquescit.

Hipp. lib. de carnib.

Cerebrum est metropolis humidi & glutinosi, & facilè colliquationem patitur à calido præsertim, facilè enim fit à calore σύντηξις vel διάχυσις, σύντηξις, enim tristius nomen est, tristioris causæ argumentum.

Rubor est genarum fugax, pulsus frequens cum mollitudine, macies, sputa subuiridia guttulis sanguinis aspersa, quæ non tam à vasis, quàm à pulmonis substantia delicata aliquantum excoriata, Ichor enim sanguineus manat: hæmorrhagiæ frequentes, hæ sunt calidiorum pulmonum notæ: quibus verò imbecillior & calidior est pulmo, iis hæmorrhagiæ è naribus sunt frequentes, vnde Hipp. attractio, pulmonis incendium. At vero puellas hæmorrhagicas esse ferè contra naturam est, melius enim per vterum repurgarentur, ideo

Cap. 19. l. 3. de hist. animal.

Aristoteles damnat mariscas & fluxum è naribus in mulieribus menstrualibus, rationes explicatæ sunt paulo antè, quanquam Hipp. vult menstruo deficiente bono esse si fluat è nare sanguis, fluor enim succedaneus est.

Plin. c. 38. l. 11 Arist. probl. 2. l. 10.

De hæmorrhagia vnum notandum, quòd hæc soli homini contingat ex Plinio, Aristoteles id belle explicat in problematis, docetque quòd omnis sanguis vitiosus ipso sanguine integro serosior est, & tenuior.

D.Fernelius annotat eos è naribus ſanguinis fluxum pati, quibus viſcera ſunt imbecilla, & iecur maximè, id quod hydropicis contingit, itaque eſt potius robur addendum iecori, quam captanda occaſio mittendi ſæpè ſanguinis, quia ſtillat ſanguis, qui è nare fluit. hinc illud Hippocratis, Quibus è naribus fluit ſanguis, iis, vel ſperes ſplenem in tumorem eleuatum, vel caput dolere, vel habituros ante oculos. μαρμαρυγάς. *Cap. 4. l. 2. meth. med. Contra eos qui ſecant venam quia vident è nare ſanguinem fluere lib. 2. prorrh.*

Extenuatur puellæ corpus in dies. omnis extenuatio, aut alimenti penuria, aut corruptione, aut exercitio validiore, aut dolore, aut morbo colliquante, præſertim euacuatione, aut creſcendi opportunitate. Coloris tamen bonitas, ſæpè fallax eſt, vt quæ ſæpè ſit potius index intemperiei viſcerum quam humorum bonitatis.

Marcoris cauſa aliàs latet, aliàs non; tabeſcunt quidam ob morbum, τῆς ὅλης ὑσίης, quod ipſe Gal. docet exemplo Auruginoſorum quibus hepar vitioſum eſt, cùm nil manus tactu deprehendat. *Lib. de loc. aff.*

Videtur ferè ob noxia pemphingodi, febris inflatiua & ſcintillans vocatur, præbet enim opinionem exilientium, & manui occurrentium ſcintillarum.

Si in hepate ἀποσία foret aliis ſignis id pateret.

Videbatur ipſius iecoris σύγκρισις mala vt mollior & laxior, ſic facultas retentrix imbecillior & quia quia humores non ſatis retinentur, effluunt.

Contra θέρμη ξις oculorum, ophthalmiæ frequentes pulmonem potius calidum accuſabant, ſic & hepati & pulmoni conſulendum fuit.

Laudatur caſſia cum roſacea conſerua: immo conſerua iſta in vſu, iuſcula glutinoſa, ſantalorum in aqua maceratio, maſtiche, cruſta panis, lac aſinæ, litus iecoris ex ſantalino, elect. triaſant. ſyrupus de lamio. *Curatio.*

Dubitatur de lacte quia fumidum eſt, & caput opplet. volebant lapidem iaſpidem collo appendi. Gal. iaſpidis viridis meminit, nec tantum tribuendum authoritati eorum qui proprietates occultas laudant, quin ad manifeſtas concurratur, hæmatites lapis ſi foſſilis reperietur, non autem factitius, probatur, non indormiat puluinari ex pluma molliori facto, non obuertat faciem igni, omnis exceſſus & grauitas aëris vitetur. De vſu frigidæ quatenus vtendum ſit vide apud Hipp. de liquidorum vſu.

ANNOTATIONES.

1. *Seroſior ſanguis & qui in aquam citrinam reſolutus eſt, non caret vitio: vel enim ob putredinem fit talis ſanguis, reſolutis à putredine fibris, vel ſereſcit, quia crudior eſt nondùmque coctus, vel ob potum liberaliorem, vel iecoris imbecillitatem. vniuerſus ſanguis fit ſeroſior, vt in hydropicis apparet, vel etiam ob imbecilliores renes, vt qui nequeant, illud attrahere, vel eorumdem obſtructionem, quò pertinet locus Gal. ad partic. 28. 2. prog. loquens de vrinis ſubrubris, eas ad diuturnitatem, ſed ſecuritatem morbi ait apparere, fiunt autem cùm ſanguinis ſerum cum vrina excernitur: indicat autem id exuperantiam ſanguinis non exquiſitè cocti & confecti, & quia èſt exuperantia humoris integerrimi, abeſt periculum, quia humidior, & ſeroſior quàm eſſe debet coctione opus habet, idem docet Gal. ad hiſt. 2. de Hermocr. ſect. 1. lib. 3. epid.*

Sed obſeruatione dignum quod ait Gal. primùm quod ſuis temporibus ferè expers erat ſeri ſanguis, nunc autem & pueris, & natu maioribus in putre ſerum reſolutus eſt, quò fit vt vini albi vſus ſit ſalubrior, quia tenuitate partium & ſubeundi facilitate ſanguinis ſerum ſecernit & expurgat: poſterius, quòd non detrahebatur ſanguis niſi male affectis.

2. *Menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens bonum, ait Hipp. aph. 33. lib. 3. rationem reddit Galenus in com. nam ſi ob aliquam diſpoſitionem lædit mulierem retentus, ſi per aliam partem vacuetur, omnem tollit læſionem.*

CONSILIVM C.

De *Aphthis in ore & calida viſcerum intemperie.*

CVm olim fœcundiſſima foret domina des Mareſts, vtcumque per ætatem geſtare deſineret, eſſet tamen reſtibilis fœcunditatis, deſiit eſſe menſtrua, vnde aphthæ in ore, ſiccitas, calor thoracis &c. hæc autem temperamento ſanguineo erat.

Conſultum

Conſultum eſt, vt bis terue anno vena incideretur, eoque frequentiùs ex Hipp. quò fœcundior fuit, natura enim ſolita erat multum ſanguinis abſumere in nutritione, & formatione fœtus, nam moleſtior & periculoſior erit ei menſium ſuppreſsio (licet naturalis) quam ſi ſterilis fuiſſet, ob conſuetudinem, & generandi multi ſanguinis, & foras in enixu emittendi, & niſi de demenſo ſolitoque cibo detrahatur, ægrotabit, vt ij quibus crus eſt mutilatum, & dyſenteriæ cruentæ ſunt obnoxij: par enim eſt propemodum ratio. Solus namque ſanguis temporarium ſumit incrementum (ait Plin.) & citiſsimè generatur, ſi quidem hoſtiæ abundantiorem fundunt ſanguinem ſi biberint, id etiam & nutrices docēt, in quibus tam facilè, & lac euaneſcit, & exuberat. Victus ratio ad vnguem ſeruanda, iuſcula refrigerantia non multùm nutrientia, ouis & carnibus vtendum parciùs, ſtricta tamen victus lex non placet, vt ne defectu pabuli accendantur humores, ſub finem Paſtus aqua frigida, cydoniatum, fruſtum pomi, epithemata ad cor & hepar, vinum dilutiſsimum, pomaceum, piratium, ptiſſana pro vino, hordeata non plena, ſed cremor ſolius hordei, additis ſem. frigidis, vinum diluatur aqua hordei. 1.

Lotio pedum, balnea, lac aſinæ domi hordeo nutritæ, ſyrupus iuſpiſſans ſanguinem, iulep. roſat. gargariſmi refrigerantes, caſsia. clyſt. refrig. apertio venæ malleoli.

Lib. de ſuper fœtat.

Cap. 38. lib. 11

ANNOTATIO.

1. *Hipp. loco laudato ſic habet.* γυνὴ ἥτις ἀεικύμων ἐοῦσα πίπτουσα κυισκομένη φλεβοτομείσθω δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἄπο τῶν χειρῶν καὶ σκελέων. *Mulier quæ facilè concipiebat, ſi concipere deſinat, illi bis in anno tum è manibus, tum cruribus vena tundenda eſt. Rationes ſunt in contextu.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 269 sur 359

©BIUM

CONSILIVM CI.

De *vertigine*.

HIc morbus quò maioris eſt momenti, eò maiori ſtudio curáque profligandus eſt. Et cum multæ ſint vertiginis cauſæ, vel indigenæ, id eſt à cerebro natæ, vel alienigenæ, tentanda ſunt remedia communia donec peculiaris affectionis notitia maior fuerit, tunc enim in eam partem cura dirigetur, itaque in communioribus remediis erit conſiſtendum.

Ratio victus in cibo, potu, rebus non naturalibus ſeruanda eſt, maximè vero animi pathemata moderanda ſunt, quæ hîc plurimum virium habent.

Pulueres corroborantes à paſtu. cydoniatum.

℞. Sem. aniſi, fœniculi & coriandri cond. añ. ʒ ſ. ſem. pæoniæ ℈ j. conſeruæ roſarum ſiccæ ℈ iiij. diaireos ʒ ſ. oſsis è corde cerui, & diamarg. frigid. añ. ℈ ſ. cum ſacch. roſat. ʒ iiij. fiat puluis.

Pilulæ in frequenti vſu minores, maiores.

℞. Pilul. imper. aſſaiereth. añ. ʒ ij. viſci quer. vngulæ Alces & rad. pæoniæ añ. gran. vj. fiant pilulæ minores.

℞. Maſſ. pillul. de hiera dupla aloë, ſine quibus & aggreg. Meſuæi, cocciarum añ. ʒ j. ſalis gemmæ, cranij hum. ſem. pæon. añ. ℈ j. puluer. ſennæ ʒ ſ. cum aqua beton. infuſ. cinn. & ligni aloës fiat maſſa, de qua cap. ſemel hebdomada.

℞. Conſeruæ roſar. ʒ ſ. bugloſſ. borrag. meliſſæ, tunicis altilis, calendulæ, florum pæoniæ añ. ʒ j. ſ. corticis citrij ʒ j. ſem. pæon. ℈. ſ. cranij hum. mithrid. añ. ℈ j. cum pauco pul. diamarg. frig. fiat opiata ad vſum. Ptarmica, aut vitanda, aut moderatè vtenda, ptyaliſmus vtilis eſt, cucurbitulæ, clyſteres, lotiones pedum tempore conuenienti. Phlebotomia, vere, & autumno, aliquando è malleolo. Non vtendum vino, niſi præſumpto cibo, aut præhauſto iuſculo.

Non dormiendum ſtatim à cibo. Nimia actio cerebri, & vigiliæ obſunt. Mutationes aëris fugiendæ.

©BIUM

Frictiones capitis fortes præsertim & circumductæ.

CONSILIVM CII.

Ad impediendum aborsum, pro filia D. *de Monglat.*

RAtio victus est præscripta, nec est quod grauida perpetuò se se cõtineat in lecto metu maioris mali nisi, forte ad octauum mensem, aut principium noni.

Applicabitur emplastrum ex vnguento comitissæ, tragacanth. mastich. cera & bolo armena.

Conserua rosarum liquida valet, & bolo & potu sumpta.

Quoniam ῥοῦν quendam patitur, is omnino prohibendus non est, sed vtendum infuso rhei cum santalo citrino, aut aqua rhabarb. sola, vel tabellis rhei ex elect. triasant, aut pilulis ex eodem rheo concinnatis.

Conuenient tabellæ cum coralliis rasur. ebor. corn. ceru. succino, rosa, lapide hæmatite, cum saccharo in aqua ros. soluto, vtendum, & pul. ex fœniculo dulci, coriandro, rosa, corallio, mica panis tosti puluerata, cum saccharo rosato, aut pane biscocto.

Phlebotomia confert. scutum ad regionem ventriculi ex lapide aquilæ, absinthio, rosa, cypero, nuce moschata, caryoph. cum tantillo croci, vel madeant flores bugloss. in vino. clysteres (qui per se in grauidis reformidantur) ratione torminum subiicientur anodyni. subodoretur gratos odores, ingratos refugiat.

CONSILIVM CIII.

Ad fluorem muliebrem.

ANte omnia, moderata vitæ lex vtilissima & pernecessaria est, tantique momenti, vt ea sola tam molesti morbi vindex

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 271 sur 359

©BIUM

& liberatrix esse possit, alioqui licet salus ipsa ægram seruare cupiat, ea non possit.

Detractio sanguinis frequens vtilis, clysmatum vsus, & tabellarum triasantali triplo rheo, aut sumitur ex ouo sorbili puluis paratus ex osse sæpiæ, diatrag. frig. pane tosto, & siccato elect. diair. anthera, rasura eboris multa, cornu ceruino, coralliis.

Decoctum sudorificum ex scyna & sarcaparilla.

Suffitus per infundibulum decocti. rad. symph. enul. camp. rosar. rad. pentaphylli, sem. lini, pæoniæ, cyperi, calam. arom. flor. cham. arthemisiæ.

Vsus aquarum Niuernensium potu, deinde plombarium balneo, post sequentis syrupi vsum.

Syrupus. ℞. Rad. enul. camp. symph. vtriusque sanamondæ seu caryophyll. pentaph. dictamni añ. ʒ vj. cichorij totius, hepat. eupat. frag. buglæ, saniculæ, primulæ veris, veronicæ, scabiosæ, melissæ añ. m. j. seminis cardui ʒ ij. rosar. prouinc. & transmarin. añ. m. j. halicacabi fructus x. fiat decoctio in qua leuiter bull. fol. orient. ℥ iiij. succi pomorum & bugloss. añ. ℥ ij. colaturæ ℔ j. adde infus. ℥ j. rhei infusi in parte decoct. cum ligno rhodio, sant. citr. & cinnam. sacchar. q. s. fiet syrupus mediocriter coctus, exhib. cum aqua bugloss. & bipinellæ ad ℥ ij.

Agaricus quidem confert, sed quia mulier fluori sanguinis immodico obnoxia est, eo abstinendum fuit.

CONSILIVM CIV.

Ad molestos herpetas & serpiginem, cum furfure & squammis.

SErpigini, psoræ, scabiei, & cæt. à bile vsta, aut succo melancholico pituitaue salsa cutis vitiis, aqua salsa, sulphur, lithargyrus, testæ oui in aceto maceratæ donec molleſcant consumanturque, conferunt. An ea lex est contrariorum vt contrariis elidantur & oppugnentur, an non potiùs θπικρατικὰ conueniunt, vt acribus mitigantia aptentur? Temperantia conueniunt per se & mixta de-

tergentibus & acriuſculis,& nocent aliquando. Id belliſsimè explicauit Gal. acria,ait,medentur mordacibus humoribus,quia educunt ſuccum mordacem abluendo, & abſtergendo non ſtatim ſanant,ſed exaſperant potiùs,ſanitatem enim efficiunt ratione euacuationis,non ratione τῆς ὑπικράσεως: immò contemperantia aliquando maiorem mordicationem efficiunt ex accidente, vt ſi corrumpuntur, & vnà alunt fouentque cacochymiam:ſi humoribus acribus ſunt ſuperiora iuuant, ſi humorum maiores ſunt vires, lædunt: immò alitur foueturque cacochymia & acrimonia. Quo fit vt medici ea miſceant temperentque, ideo vt valetudini Nob. viri conſulatur, hæc ex vſu erunt remedia. Victus ratio refrig. & humectans in primis conueniet, vtatur ptiſſana loco vini, aut pomatio limpidiſsimo & probè defœcato. vſus caſsiæ in potu vel bolo,aut diſſol. in iuſculis vitellinæ carnis, in quibus folia ſennæ certa quantitate macerata prius fuerint. balneum ni vires dehortentur conferet. Item lac aſinæ, & abluere partes impetiginoſas eodem lacte. hordeata clariuſcula, & ſyrupus violatus recens, cum ſyrupo de lupulo cum aqua cichorij & paſſularum.

Cap 12 l. 2. de ſimpl. med. facult.

Victus ratio.

Purgatio. 1.

Fouendæ ſunt partes ſero lactis,in quo coquatur hordeum,furfur,ſcabioſa,anagallis,morſus gallinæ,rad. biſmal. fol. helxines, vel ex ſacculo,aut potius ſpongiâ.

Fiſſuræ linantur vng. aureo, addito vitello oui, mucore ſem. cydon. extract. in aqua roſar. aut deſiccat. rubro ob metallica. mica panis macerata in decoct. auenæ valet ad lauandum; ſi malum rebellet aqua aluminoſa (inflamm. mitigata)aut argenti viui. ſulphur cum axungia: enulatum cum mercurio pauco,citrij ſucco,addito vng. roſ. Meſuæi,aut pomata ſequens.

Fœtus.

Litus.

℞. Fruſtum laridi ſalſi, in talleolas incidatur, eas per noctem dies in aqua frigida tempera,quotidie mutando,quibus exactis in aqua plantag. & roſ. denuò macera. & vas cineribus calidis impone vt liquentur & tabeſcant talleolæ,additis deinde ℥ ij. ſucci limonum,niue candidiorem pomatam efficies, maculis faciei, & furfuribus extergendis maximè idoneam: quidam præſcripſit quod ſequitur.

℞. Axung. ſuillæ ℔ j. infunde & laua in aceto ex vino albo & in eodem coque,adde ſulphuris & mercurij aã. ℥ ij. f. vng. ad vſum.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 273 sur 359

ANNOTATIO.

1. Notat Plin.cap.12. lib.28. Poppæam Neronis vxorem ad faciei nitorem asinino lacte vti solere. Item Dion Nicæus in vita Neronis narrat Sabinam quingentas asinas habere, quæ proximè peperissent. hæ quotidie mulgebantur, vt ipsa earum lacte lauaretur, formam enim & nitorem corporis magno studio curabat.

CONSILIVM CV.

Ad tumorem genæ lupiam minitantem.

INstitutum medicamentum cum decoct. primulæ veris, beton. lupul. scabios. rad. dictam. torment. helenij, florum stœch. geniſtæ, anthos, incocta senna agar. infus. syrup. de stœch. additus & diaphœnicum.

Si respuat medicamentum præscriptum, vti poterit sequentibus pilulis.

℞. Mass. pilul. sine quibus ʒ iij. imp. ℈ iiij. rhei electi ʒ j. mass. pilul. de agar. & cocciarum añ. ʒ j. s. cum syrupo de stœch. & ℈ j. visci. quer. fiat massa de qua cap. ℈ iiij. pro dosi semel, aut bis mense.

Interea teneatur in ore & manducetur hoc masticatorium, ad pituitam è toto cerebri corpore, maximè ex eius ventriculis per infundibulum in os & palatum attrahendam.

℞. Pul. nucis moschatæ gran. x. mastich. olib. añ. ʒ j. staphid. agriæ & rad. gentianæ añ. ℈ s. ireos gran. x. sacch. candi. ʒ j. s. cum gummi tragacanth. temperato in aqua beton. fiat massa de qua fiant formulæ ore tenendæ & versandæ.

℞. Ligni sancti ℥ j. macer. in aqua tepida per horas decem. incoque post agrim. m. s. hyssopi, parum glycyrr. ʒ ij. ex hac aqua accip. ℔ j. s. in qua incoque mellis Narbonens. ℥ j. s. despumetur & cum aceto ad gustum fiat oxymeli aromatiz. cinnam. pro gargarismate & collutione oris.

Fotus instituti ex remoll. & digerentibus, addita radice bryon. parua quantitate & scabiosa multa.

Litus ex chamæm.axungiis lautis in vino,aut decoct.chamæm. mucoribus pariter extractis, addito aceto ſub finem & pauco gumm.ammon.cataplaſ.ex farinis orobi,erui,lupinorum coctis in oxymelite.

Sudorificum non erit inutile, emplaſt. de Vigo cum mercur. diachyl.ireato empl. de meliloto, vel cum empl. de ceruſa cum mercurio.

Rebellante malo pilulæ ex hydrarg.conuenient & ſyrupus paratus ex rad.ſymph.torment.ſanam.perſon.herb. pipinell. meliſſ. vtraque veronica ſucciſa, eupatorio. iua arthr.ſem. card. acetoſ. paſſul. corinth incoque ℥ iij.fol. orient.agar.℥ j.diſſol.expreſſ. ℥ j. rhei in aqua vlmar.inf. cum cinn.& caryophyllis aliquot,add. ℥ iij. ſucci pomorum de carpend. ℥ iiij. ſyrup. roſ. pallid. ſacch. ad ſufficientiam cap.℥ j. ſ. pro doſi cum aqua bugloſſi. ſyrupi prædicta ſimpl.coqu.in aqua fluuiali in qua macer. per horas xij. ſarcæpar. ℥ ij.

Huius ſyrupi loco poterit vſui eſſe ſequens opiata ad ℥ j. exhibenda 8.quoque die.

℞ Pul. ſarcæp.ʒ x. pul. fol.ſenn.℥ ij rhei ʒ iij. pul. trium tabell. diacarth.℥ ſ.cõſer.meliſſæ ʒ vj. conf. hamech.℥ ſ.cum mellis deſp. quart. iij. fiat opiata. Conueniens victus ratio præſcripta, ad vnguem ſeruanda eſt.

CONSILIVM CVI.

De intemperie omnium viſcerum calida ad elephantiaſim accedente.

MOnachus quidam intemperie calida viſcerum omnium, quanta maxima dici poteſt laborat,vt elephantiaſeos metus ſit à cibo (licet in vſu vini moderatus) oculorum & faciei ardor & quaſi deflagratio.

Conſultum eſt vt caſſia vteretur & in bolo, & diſſoluta cum ſero lactis,aut decocto hordei, vel decocto foliorum ſennæ in decocto vitulinæ carnis cum herbis refrigerantibus & ſem. frigidis.

©BIUM

Phlebotomia ſemel menſe & ex brachio dextro & ſiniſtro, ſeri lactis vſus & nenupharini ſyrupi.hordeata : lotio pedum. balnea temperata, poſtea corniculorum applicatio : litus ex hydrargyro pauco cum vnguen.roſato Meſuęi ad lumbos, & plantas pedum. Litus ex populeone aliquando ad lumbos cum trochiſcis de camphora, epithemata ad cor & hepar, vel ex oxycrato & aqua roſar. & plantag. poma, pruna. circumcidatur vinum omnino metu incrementi ipſius intemperiei, quæ elephantem dirum minetur, vel vtatur diluto ex aqua hordei præſumpto cibo multo, & aqua præbibita, vel mica panis in vino ſic diluto maceretur, vt animam vini hauriat.

1. De Zytho dubitatur, quia craſſum generat ſuccum, acrimoniam habet per hordei putrefactionem, vt niſi lupulus adderetur, vix ſtatim ab acore vindicaretur : immò aiunt quidam medicinæ proceres hordeum putrefactum lolij vires æmulari. Lolium autem quàm officiat, nemo dubitat, imò & lolium & zythũ grauat caput & inebriat, ideò dubitatur, an huic ægro conueniat ad dirum elephantem procliui, niſi forte zythum aquatum & minus, præferunt pomaceum lympidum defœcatum nec acidum, nec prædulce.

Neque vero abs re de pomaceo & piraceo quæruntur dotes & conditiones. Nam Hipp. ait vina tenuia dulcia vrinam mouere, & aluum humectare, corpus & ſanguinem debilem facere, aduerſariumque in corpore ſanguinem augere.

2. de diæta. Nunquid hæ qualitates dulce, tenue, facilè incidunt in pomaceum, & piraceum? ſi id fit, non poſſunt non infenſa eſſe corpori, præſertim eas qualitates adepta. de iis videbit prudens medicus.

Item ad eundem ægrum pilulæ ex hydrargyro præſcriptæ ſunt cum temperantibus paratæ.

Sed abfuit parum, quin caſtratio imperaretur, quod citrà hanc corrigi non poſſe videretur tanta phlogoſis, hectica ferè adeò prouecta erat.

ANNOTATIO.

1. *Quanquam bona habitudo, corporis & roboris firmitas, ſuauitas coloris, eorum qui verſus ſeptentrionem cereuiſia vtuntur ; ſatis ipſi cereuiſiæ videantur patrocinari, tamen eius vtilitates vna maceratione putredinis matre & corruptionis obſcurantur & abolentur, cum, ſicut in aceto fieri ſolet, quod acidum eſt parte ſeroſa & liquida, ſuperſtite*

ſuperſtite pauco calore natiuo, at parte terreſtri acriuſculum, ob caloris putredinalis impreſſionem, calor natiuus hordei penè exulet & ſuccedat putredinalis, hinc elephas, hinc carinariæ, hinc impetigo. Lolij enim naturam hordeum maceratione, putrilagine, & fermentatione acquirit at lolium vi malefica inſigne. Zithum autem damnat Dioſcorides, damnat Gal. damnant & hi verſus ab Eobano ſcitè ſcripti.

Qui docuit craſſo Cererem confundere ſucco.
Hinc iratus erat, Bacchus & ipſa Ceres
Nam peluſiaci qui laudat pocula Zithi
Illi nec cerebrum nec caput eſſe puto
Renibus, & neruis cerebroque hic noxius humor
Sæpè etiam lepræ ſemina fœda iacit.

CONSILIVM CVII.

De *hydrope.*

TVmor ventris erat inſignis & ſcroti vt facilè fit confluxus & transfluxus. his remediis vti oportuit adacto ſcalpello ipſi ſcroto, ad educendas aquas & ichorem & flatum.

Veternoſi pro hydropicis ſumuntur apud terentium veternoſus autem dicitur vetere morbo detentus & affectus cuius generis eſt vetus hydrops.

Victus ratio præſcripta exſiccans, vtatur aſſis potiùs quam elixis carnibus, illæ ſolidiorem carnem efficiunt, potus ſit vinum album, cum decocto eryngij & ſcynæ, puluis digeſtiuus cum aniſo, fœniculo, coriandro, diarrh. abbat. decoctum filicis maris cum paſſulis corinthiacis.

Vſus clyſteris ſemel hebdomada, ſequenti die purgatio ex ſenna, manna, ſyrupo roſarum cum agarico addita particula elect. de citro, de ſucco roſarum, aut diacarth. ex decocto rad. enul. eryng. bruſci &c. granor. halicacabi, cicer. rubrorum; vel parabitur ſyrupus cum foliculis, agar; puluere ſennæ, caſſia, addito diapruno ſolut. & trochiſcis halicacabi. Manè cùm non purgabitur, vtetur decocto bruſci, eryngij, campanæ, addita ſcyna, vel per ſe, vel cum vino poſt ſumptam tabellam triaſ. cum martis croco.

Purgatio.

Dilutum rhei cum aqua praſſij ordinatum, vel accipitur ℥j. ſ. rad. ebuli, vinum album & aqua hordei, & fit bis expreſſio ad

Potus.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 277 sur 359

vſum: vſus ialap, aut mechoacan, ligni nephritici, ſaſſafras eryng. & lithoſpermi.

Tabellæ. ℞. Cort. citrij cond. ʒ j. ſ. raſ. ebor. corn. cerui, frag. lapidum pretioſ. añ. ϑ j. rad. ſaſſaf. & ſcynæ. añ ϑ iiij. croci martis parum, kermes ʒ ſ. diamarg. frig. & roſat. añ. ϑ ij. fœniculi florent. parum, cum ſaccharo in aqua vngul. caball. ſolut. fiant tabellæ vel triplo ſaccharo conditum ad vſum, loco tabellarum triaſantal.

℞. Rad. ſcynæ & ſarcæp. añ. ℥ ij. macer. in ℔. vj. aquæ per horas 8. dein fiat conſumptio tertiæ partis & aromatiz. cinnamomo.

Fotus. Fotus matutinus ex rad. camp. alth. ſcyllæ chamæm. pariet. beton. ſtœchade, abſinth. addito cypero & ſcœnæ anth. coctis in aqua & vino albo, addito aceto.

Litus. Litus ex Chalacticis vel emplaſt. de baccis lauri, vel.

℞. Mucor. ſem. leni extracti in decoct. fotus ſuper. ℔ ſ. ſigilli beatæ mariæ crudæ ℥ iiij. butyr. recent. lauti in vino albo & aceto ℥ viij. puluer. dauci, cumini, ireos, añ. ʒ ſ. fiat litus.

Cataplaſma. Cataplaſma fiat ex farina hord. fabar. orobi, cum mica panis ſecalini, adde parum terebinth. & olei chamæm. efficacius erit quod ſequitur, paratum ex farinis lini fabar. orobi, lupin. coct. in oxymelite addit. rad. bryoniæ crudæ, dialtheas, terebinthina, puluis ireos, & hæ farinæ aliàs coquuntur in oxymelite parato cum chamæpity. beton. veron. ſcab. ad ℥ j. ſ. ſigill. beatæ Mariæ crudi pul. chamæm. ʒ j. ſ. ireos ʒ j. terebinth. addi poteſt magno profectu. fiat cataplaſma aliquando cum vino, aliàs cum ſapa. Puluis datus ex ſaccharo cando, nucleis meſpilorum, & milio ſolis, probatur ſoldanella ad ʒ j. cum vino albo cæteris nil proficientibus.

Aquæ naturales. Nouo vere ſi ſuperſit adeat aquas plumbares vel Niuernenſes, & vt aluus facile fluat vtatur ſyrupo paſſularum purgante ſequenti.

Syrupus paſſ. purgans. ℞. Fol. ſenn. ℥ ij. coqu. in decocto pector. in colaturæ ſuffic. quant. coque paſſul. ℥ iiij. & cum ſacchar. fiat in formam opiatæ liquidæ capiantur paſſulæ aliquæ cum prædicto ſyrupo.

CONSILIVM CVIII.

De *fluoribus albis & aliis affectibus.*

NObilis domina cacochyma labem contraxit in vtero & vitium ſiue ex marito impuro, ſiue labe interna: illa cum abhorreat medicamenta, conſuluimus vt in ouo rhabarbari puluis includatur ſumendus, antè decoctum rad. eryng. trifolij, cum paſſulis corinth. & damaſcenis, vtatur ſyrupo de pomis, & de ceraſis.

Fluores albi non ſunt negligendi, ſiue à toto corpore ſiue ab interno vtero fluant, vtrumque non negligendum.

Decoctum interioris guaiaci & ſcynæ plurimùm conferet, ſit gratum, vtatur manè & ante cœnam.

Cum occaſio aduenerit, valebit decoct. rad. conſolidæ, ſanamundæ, fragariæ, yvæ arthriticæ, trifolij, taraxaci, veronicæ, roris ſolis, piloſellæ minoris (quæ pes cati dicitur) florum tunicis, coronariæ hortenſis, prunellæ, pimpinellæ, buglæ, ſaniculæ, ſiue herbæ roberti.

Diamarg. frig. aromat. roſat. diatrag. frig. ex interualli exhibeb. item id quod ſequitur.

℞. Corticis citrij cond. ʒ j. ſ. raſ. ebor. cornu cerui fragment. lapidum pretioſ. aã. ϑ j. rad. ſaſſafras & ſcynæ aã. ϑ iiij. croci martis ʒ ſ. kermes ʒ ſ. diamarg. frig. & roſati aã. ϑ ij. fœniculi florent. parum, fiant tabellæ. *Tabellæ.*

Pro matrice balani ex roſis rad. ireos, florentiæ, zibetho, ambra, betonica, dictamno &c. *Balani.*

Si partes inferiores paulo ſint calidiores poſt purgationem, peſſuli ex aqua roſarum granis duobus zibethi, mucore pſyllij extracto in aqua roſarum conuenienti.

Semicupium aut balneum cum herbis conuenientibus conueniet, lignum nephriticum vtile.

Cylindri ex ligno aloës diamarg. frig. arom. roſ. diambræ; humor qui ab vtero fluit non ſtatim reprimendus, aut ſupprimendus ſi fieri poſſit ipſa ægra habitior reddatur, iuſculis cum carne vitu-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 279 sur 359

©BIUM

lina, volatilibus, cum farina panis albi, vitello oui, ſaccharo, inſtar panatellæ.

Diaſpermaton Fernelij valebit, item aquarum naturalium vſus; Mentionem fecimus decocti ſudores prouocantis accip. ℔.vj

Iniectio. in quib. macer. ſarcæpar. & ſcynæ puluer. hor. x. dein fiat, ebull. & conſumptio tertiæ partis, aromatiz. cinnamomo addatur parum pulueris ſaſſafras, fiat iniectio in matricem cum ſyringua ordinaria, vel

Puluis albus fit ex vitriolo albo infuſo, & liquefacto ad ʒ.i.ſ. ℞. Agrimo. hord. añ. m. j. poſt temperationem bull. in aqua in ℔ ij. diſſol. ʒ j. ſ. pulueris albi, fiat iniectio in matricem ter aut quater in die.

CONSILIVM CIX.

De doloribus capitis, & ad hepar & ventrem.

MVlier annos nata 40. iam dudum de doloribus capitis, & ad hepar & ventrem conqueritur, multa horum compeſcendorum gratia vſurpata fuere à multis remedia, ſed fruſtrà quærit à nobis vt malum doloremque leniamus.

Purgatio. Conſuluimus vſum mannæ calabrini cum iure prunorum & paſſul. aut cum iuſculo parato ex carnibus.

Apozemata parentur ex decoct. rad. fragar. cichorij, eryng. taraxaci. Ariſtol. tamaricis herb. veron. potentillæ, bipinellę, milij ſolis, cuſcutæ chamæd. chamæp. acetos, trifol. quinquefol. cum ſyrupo de limonibus capill. veneris, aut de pomis, vel

Iuſculum purgans. ℞. Polyp. quer. glycyr. añ. ʒ vj. agrim. ceterach. añ. p. ij. cremoris tartari albi ʒ ij. coque in aqua meliſſæ, diſſolue ſyrup. roſar. pallid. cum agar. ℥ j. ſ.

Aperiatur baſilica ſequenti die.

℞. Rad. petroſ. fœnicul. gram. añ. ℥ j. raſ. ebor. cornu cerui añ. ʒ iij. rad. cich. ſectæ in partes ℥ ſ. ſem. melonum. ʒ j. include ventre pulli conſuto, dein elixetur cum carne vituli, ſub finem adde fol. agrim. meliſſ. ceterach. añ. p. ij. in iuſcul. colati ℥ vj. diſſol. cremorem tartari albi ad ʒ j. ſucci pomorum ℥ j. adde ſuccum limonum cap. per decem dies manè.

℞. Fol.ſenn.ʒ iij.irrigentur ſucco limonum,infunde per horas 12. in vino albo,admiſceatur iuſculo,alternis diebus.

℞. Croci martis ℥ ij. pul. diambræ aromat. roſat. añ. ʒ j. ſ.pul. cort.citrij & aurantiorum añ.ʒ ii.cinnam. ʒ i. ſ. macis ʒ i. cremoris tartari cryſtallini ʒ ii.ſ.fiat vt alkool. excipe ſyrupo parato ex vino maluatico & ſacch.cap.ʒ i. mane ſuperbibendo parum vini albi, aut iuſculi cum aqua borrag. deambulando manè.

Deglutiat pilulas ſtomachicas cum gummis ad ʒ ſ. vel cap. pilulas præſcriptas cum croco per 20.dies.

℞. Confect.alkermes ʒ i.magiſt.perlar.& coralli añ. ʒ ſ. corticis aurantiorum,& citrii conditi ſicci añ.ʒ iii. cinnam. ℈ i.ſant. citr. ℈ ii.ſacch.q.ſ.cum mucore ſem.cydon.extracto in aquæ naſlæ, fiant tabellæ pondere ʒ ii.capiat vnam in ingreſſu lecti. *Tabellæ.*

Puluis digeſtiuus valet, & ſcutum circà orificium ventriculi applicatum.

Vtatur aquis,aut ſpadenſibus, aut forgenſibus: ſpadenſes ſunt meliores habent vitriolum admixtum ferro. *Naſla herba eſt,paulo calidior,ex qua detrahitur calidiuſcula.*

CONSILIVM CX.

Ad luem veneream incipientem.

IN nobili viro multa luis venereæ indicia apparent,vt euaderet tutus hæc remedia ſunt inſtituta,quæ dum vſurpabuntur hanc ſeruabit victus legem. *Victus ratio.*

Abſtineat ab eſu fructuum & eorum omnium quæ cruditatem generant.

Aluus molliatur ʒ. quoque die clyſmatis conuenientibus;cibis vtatur potius aſſis quam elixis, pane vtatur biſcocto & pro bellatiis vuis damaſcenis, aut corinthiacis, aut prunis turonenſibus.

Purgetur æger,ſectâ priùs baſilicâ dextrâ & dein malleoli. *Venæ ſectio.*

℞. Sarcæpar. ℥ ii. ſ. rad. ſcynæ ℥ i. medullæ Guaiaci ℥ ii. temperentur in ℔ x.aquæ puriſſ. per hor. xvi. bull. leuiter ad conſumptionem tertiæ partis additis ad gratiam glycyrr. & cinnamomi tantillo in ſuo magmate diu ſatis quieſcant,antequam in phialis *Sudorificum.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 281 sur 359

ponatur, cap. ʒ vi. mane & tantumdem veſpertinis horis, dein contectus ſudet.

Dum bulliet hoc decoctum accipiatur ſpuma eius in ſumma vaſis parte apparens imponatur vaſculo & ea parte vlcera lauentur cum decoctum erit colatum ſuper magma ponantur ℔ x. aquæ pro ſecundario decocto quod in paſtu ſumet.

Vnguento vtatur ſuper partem vlceratam dum ſudabit, vel de morbo, vel ſequenti.

2. Vng. apoſt. ʒ vi. vng. de morbo. ʒ i. miſce & pone in parua pixyde terrea & imponatur hoc vnguentum linteo, vt vlcera cooperiantur & ſuprà imponatur vng. de mercurio ſimplici, parabitur maſſa pilularum addito mercurio benè parato & ſæpè per linteum tranſcolato, deinde melle, aut butyro recenti extincto maſſæ pilularum, poſtea addatur, vt ſæpè tres pilulas paruas accipiat, ſecundo quoque die, cum decocto ſudorifico, in tribus pilulis ponantur tantum grana nouem mercurii.

1.

ANNOTATIO.

1. Luis venereæ alexiterium eſt hydrargyrus, hanc hydram ſolus vincit & opprimit. Quod tamen quibuſdam recentioribus non placet, qui tutum huius vſum eſſe non putant. Nam, aiunt, non oppugnat venenum, ſed diffiatu prohibet. verum vſu hydrargyri proliciuntur ſudores, tenuitaſque eius id facit attenuata materia ſibi quaquauerſum exitum quærente. Nec obſtat quod quidam aſſerunt frigidum eſſe quoad partes extimas, ſed in imo calorem ſummum habet & tenuitatem partium, quo vtroque tantam habet energiam; quod autem ſemini corrupto bellum indicat tanquam alexipharmacum, hanc reddunt rationem nonnulli, aſſeruntque id fieri, quod magna ſit analogia inter ſemen, & hydrargyrum omnium metallorum velut ſemen quoddam. Et quatenus ſemen eius author corruptum quid eſt, eatenus quàdam antipathia argentum viuum illud perſequitur.

CONSILIVM CXI.

De vermibus.

NE quid deterius contingat his remediis occurri debet puellæ sæuis torminibus à vermibus diuexatæ.

℞. Decoctoinis rad.eryng.cichorii.asparag.herbar.acetos.adianth. cichorii,bipinellæ ℔ i. in qua infunde rhei minutim incisi ʒ i. ſ. cinnamomi ϑ i. cap. de colatura ʒ iii. manè, & tantumdem antè cœnam. *Purgatio.*

Iniiciantur clysteres ex lacte,vitello oui,saccharo, melle violato,dulcia per inferiora,acida,aut paulum amara per superiora iuuant,assis vtatur potiùs quam elixis. *Enemata.*

A dulcibus & lacte & cruditatem generantibus abstineat; cibi condiantur, omphacio, caryophyllis nuce moschata, succo citrii, aut aurantiorum,item caro citrii inter pastus.

Cortice vtatur citrii liquidioris confecti,& tabellis ante pastus diamarg.frig.diarrh.abb.addito puluere lumbr.præparatorum. *Litus.*

Vmbilicus fricetur vngaturque oleo amygdal. amar. succo rutæ, absinth.mali aurei, felle ouillo addita cera alba, aut tincta. aliquando accipientur folia bipinellæ,talleolæ citrii, vt fiat aqua addatur rasura eboris, corallina, cornu ceruinum ad vsum frequentem, addatur sacchari parum: mala aurea sunt gratissima, vel

℞. Aquæ morsus ʒ vi.pul. Corallinæ parum syrup. de limon.ʒ i. bis cap.in die.

Triasantalum cum rheo duplo, aut triplo valet item pomum cum tantillo croci. *Tabellæ.*

Coriandrum conditum cum vino vtile;item decoct. eryngii addito coriandro & cinnamomo,vel

℞. Ligni nephritici ʒ i. maceretur in aquæ coctæ ʒ viii. extra ignem positæ.

Rellante malo concinnabuntur pilulæ paruæ ex hydrarg. dulcific.gran.viii.& scamm.præparati,gran.6.cum syrupo de limonibus, aut horum puluis miscebitur cum pomo cocto. *I.*

ANNOTATIO.

1. *Mathiolus cap. 70. lib. 5. argentum viuum commendat; quod dragmæ vnius pondere exhibet, quod licet in casibus desperatis contulisse, atque aliquando vtile fuisse dicat: tamen vbi necessitas non vrget, & aliis mitioribus medicamentis res peragi potest, hoc præsidio non est vtendum, cum prauam corpori diathesim imprimere, contraque stuporem & paralysim inducere possit. Sed multo tutius alij, si quid grauiter vrget dulcificatum mercurium exhibent, ex quo cum aloë acrheo sicco & cinnamomo pilulas formant, lumbricis enecandis apprimè vtiles.*

CONSILIVM CXII.

De *Arthritide.*

VIr egregius circà Februarium laborauit vniuerso corpore & singulis membris, quidam putabant esse rheumatismum, cum tamen esset arthritis, ille bis, aut ter in vita prehendit; hæc relabitur, & sæpè reuiresçit, quia est diathesis partibus impressa. Nos iudicium nostrum afferimus, non vt curemus omninò morbum, sed frequentem relapsum vitemus illi ferè sexies sanguinem misimus, hic impurus erat, putamus hepatis maximè habendam esse rationem. Bis anno, vere & autumno, mittendus sanguis, aut paulò frequentiùs. Parandus syrupus magistralis ex rad. pentaphylli, sanamundæ, cichor. person. fol. eupat. pilosellæ, lichenis yuæ arthr. asplen. saluiæ vitæ, capill. ven. sem. bardanæ melon. flor. genist. gram. halicac. pass. corinth. ficubus incoctis fol. sennæ cum sem. fœn. flor. addita suff. quant. sacch. post colat. & express. ℥ i. s. rhei ad partem cum cinnam. & ligno aloes infusi.

Syrupus magistralis.

Vtatur aliquando blando potu ex decocto sarcæp. & scynæ, aliquando manè ad proliciendos sudores blandos, aliquanto initio pastus.

Grauia medicamenta obsunt, prouidendum vt mitior sit morbus, non validis medicamentis excutere sit studium, quia inutile foret, nam genitiuum.

Conueniet

Conueniet blandum decoctum addita ʒ i. ſ. rhei & tantillo cinnam. de quo capiat ℥ iiii. aut ℥ vi. lac aſinæ, aut ſerum lactis, quod parari poteſt calore ignis, additis ouorum albuminibus.

Blandi fotus, cum dolor repetit, & litus conferent, & ſudorifica blanda in lecto, ad eliciendum virus. *Fotus.*

Manna calabrino vtetur ex interuallis, ex decocto carnium vitulinarum: item conſeruâ ex floribus caryophyllorum noſtrorum: pro potu parabitur decoctum ex ʒ i. ligni nephritici in ℥ viii. aquæ macerat. extrà ignem. Aut ex magno cyatho aquæ, octaua parte vini tribus talleolis citrii cum cortice ſant. citr. & ſaccharo grata concinnabitur potio. cataplaſma valet ex farina hordei, fabarum, orobi, lini cum mica panis ſecalini, terebinth. tantillo & oleo chamæmelino. *Potus diuinus vulgo dictus gratus, gratior addito vino & ſantalo citrino.*

Horâ ſomni ſæpè conciliandus ſomnus, hordeatis cum decocto pull.

Ante paſtus ſumat tabellam, vel elect. diamarg. frig. vel aromatici roſati, in fine paſtus puluerem conuenientem ad roborandas partes.

In vehementi dolore cerotum ex pſyllio conferet.

℞. Mucor. ſem. pſyll. lini cydon. conquaſſ. ℔ ſ. vitellos ouorum duorum, amyli ℥ ii. caphuræ parum, fiat linimentum; Si diamarg. & aromat. roſat. tabellas reſpuat, harum loco conueniet opiata ſequens. *Litus.*

℞. Cortic. citrii conditi ʒ ii. raſ. ebor. cornu cerui, frag. lapidum pretioſ. añ. ℈ i. ſaffafras ſcinæ añ. ʒ i. ſ. granor. ʞermes. ʒ ſ. diamarg. frig. ℈ ii. fœnicul. florent. & triaſant. añ. ℈ ſ. cum ſacch. in aqua bugloſſ. ſoluto fiant tabellæ, quibus à paſtu, & ante paſtus vtetur. *Tabellæ.*

Si malum rebelle, pyrotica conferent.

CONSILIVM CXIII.

De calculoſa affectione.

IVuenis quidam annos natus 25. ſpecie quadam calculoſæ affectionis laborat, & circà renum regionem dolorem grauem ſæpè perſentiſcit, hinc quæ ſequuntur remedia ſunt inſtituta, clyſteres

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 285 sur 359

©BIUM

ex remoll. ciceribus rubris capill. chamæm. coct. in ſero lactis diſſol. cath. bened. laxat. terebinth. oleum liliorum.

Purgatio. Manna, caſſia, conueniet ex decoct. Galli veteris, ſem. bardanæ, melonum, milij ſolis, ſaxifragæ & bipinellæ, cicerum rubrorum: dein vtetur bolis ſequentibus.

Bolus. ℞. Terebinth. lautæ in aqua. pariet. ℥ ſ. rhei ℈ j. lapidis iudaici ℈ ſ. cum diatrag. frig. fiant Boli.

Datæ tabellæ diatrag. frig. bechicæ, diaireos.

Puluis. Puluis inſtitutus ex milio ſolis, puluere burgæ ſpinæ, lapide iudaico, elect. ducis cum aqua terebinthinæ.

Datus ſuccus amygdal. dulc. cum aqua ſtillat. terebinthinæ, item cum ſucco mali aurei, & vino albo.

℞. 4. ſem frig. maior. añ. ʒ ſ. aſparag. lithoſper. añ. ℈ ij. puluer. lapidum cancrorum, & lap. iudaici añ. ℈ ſ. puluer. burgæ ſpinæ & ſem. bardanæ añ. ℈ ſ. ſyrupi de raphano parum, dianthos ʒ j. fiat puluis vtendus cum iulep. ſequenti.

℞. Syrupi de althæa & limonum añ. ℥ j. ſyrupi de raphano ℥ ſ. aquæ decoct. fabarum. ℥ iiij. fiat iulep.

Syrupus magiſtralis tandem concinnabitur, de quo capiat circà vltimas lunæ quadras, ſuperbibendo decoct. galli veteris, milij ſolis, ſaxifragæ, & cicerum rubrorum.

syrupus. ℞. Rad. eryng. petroſ. aſparag. cichor. frag. añ. ℥ ſ. capillar. omnium, bipinell. ſaxifrag. areſtæ bouis, violar. biſmal. añ. m. j. borag. bugloſſ. end. & ſummitatum lupuli, ſeſeleos añ. ʒ j. ficuum, paſſul. mundat. iuiub. ſebeth añ. ℥ j. grana halicacabi x. folior. orienta. ℥ ij. agar. nodulo incluſi ℥ j. fiat decoctio in colat. ℔ j. diſſolue ſacchari q. ſ. coqu. in ſyrupi conſiſtentiam addendo extra ignem ℥ ſ. rhei electi, in parte decoct. præd. infuſ. cum tantillo cinnam. & ligni aloes fiat ſyrupus.

Iuſcula frequentia cum decocto carnis vitulinæ hordei. add. ſuccum citrij.

Litus. Litus ad regionem renum ex temperatis.

Cœlo clementiore, ſemicupium incoctis fol. vitis maluæ, biſmal. & violariæ rad. alth. flor. nymp. capitibus aliquot papauer. albi ſæuiente dolore.

Emulſ. ℞. Medull. ſem. melon. recent. ℥ j. amygd. dulc. ʒ vj. ſem. lact. & papau. alb. añ. ℥ ſ. grana alkekengi 4. tere dilig. in mortario affunde ℔ j. ſ. decoct. rad. althææ, glycyrr. hordei & florum nymph. fiat Emulſio in qua diſſol. gummi Arabici in aqua nenupharis lique-

facti ʒ ij. cap. magnum hauſtum poſt moram quadrantis horæ in ſemicupio. capiat item hora ſomni.

CONSILIVM CXIV.

De *Cachexia, Ictero, & aliis affectibus.*

NObilis mulier cachectica erat, macra, icterica, nauſeabunda, colicis doloribus obnoxia, intra hæc breuia capita conſtitimus.

Vſus ſit aquæ rhei cum decocto ſplenico hepatico additis lichene chamæp. & ſantalis.

Syrupus magiſt. cum paſſulis, flor. tunicis altilis, taraxaco, rubia tinctorum, hepatica, ciceribus rub. gran. kermes, eupat. caſſutha, cortice tamaricis, capparum, rad. ſanamundæ, tormentillæ, ſc. bioſa, bellide additis fol. ſennæ, & rheo ſucco citrij, pomorum, bugloſſ. ceraſ. & ſaccharo, vſus ad ℥ j. cum aqua. bugloſ. oxytriphylli. conuenient tabellæ cum ſimplice rheo, & croco martis vel ſequentes. *Syrupus.*

℞. Cortic. citrij. cond. ʒ i. ſ. raſ. ebor. cornu cerui, fragment. lapidum pretioſ. añ. ℈ i. rad. taſſafras & ſcynæ añ. ʒ i. croci martis ʒ vi. gran. kermes ʒ ſ. puluer. lumbr. terræ præparat. ʒ i. diamarg. f ig. & roſati añ. ℈ ii fœnic. florent. tantillum, cum ſaccharo in aqua roſar. & bugloſſ. ſoluto, fiant tabellæ pond. ʒ ii. valebit conſerua ex flor. tunicis altilis, bugloſſ. & borrag. *Tabellæ.*

Vtatur iuſculo cum pullo & harmo vitulino cum hordeo & paſſulis.

Syrupus pomorum, iulep. roſat. de cichorio ſimplex & byzantinus erit ex vſu.

Phlebotomia aliquando parcâ manu.

Balnea aquæ dulcis, ſed diu in iis non eſt immorandum.

Pro vtero, primas tenet ſyrupus ex ceraſis, de agreſta exactè paratus.

Litus ad hepar, ex cerato ſantalino.

℞. Hordei m. ii. coriand. parati ʒ ii. apii, adianthi añ. p. i. fiat decoct.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 287 sur 359

vtatur cum vino albo manè ſi febris non adſit, aut paretur cum ſaccharo & melle.

Vtatur hordeatis paratis cum iure pulli, & carnium vitulinarum, cap. manè & ſerò.

Lac aſinæ, ſerum lactis, cum ſyrupo violarum percolatum diligenter, conuenit, & panis in lacte ſubactus, item aqua nephritica.

CONSILIVM CXV.

De pulmonis calida intemperie.

AD prophylaxim affectus pulmonis, cum caloris ſenſu, & ſaliua ſalſuginoſa, ac ſi ſputum foret piperatum, nobili viro hæc præſcripta fuerunt.

Opiata. Caſſiæ frequens vſus, vel opiatæ laxatiuæ, ex decocto pectorali refrigerante, cum tamarindis, paſſulis corinth. flor. nympheæ, intybaceis, cum foliculis, addita caſſia, pulpa ſebeſthen, conſer. violarum.

Caſſia non colata magis lenit, temperat, humectat bilem & pituitam ducit. Caſſia diſſoluatur in iuſculo, vel refrigerante decocto, modò coletur, modò non, ſed non colata eſt meliùs profectura, medulla enim potentiorem habet effectum. Baculus glycyrr. temperetur in ptiſſana vulgari, facta cum hordeo, additis ſem. 4. frigid. deligenda eſt glycyrr. ſic temperata, frequens vſus conueniet pilul. hypoglottidon, vel tabellarum paratarum ex bechicis, addito addito papauere albo.

Iulep. roſar. cum æqua portione ſyrupi de nymph. vtrumque diſſol. aqua decoct. hordei: fruſtula pomorum ſucculentorum & ſuaueolentium, addita aqua roſacea.

Hordeata. Hordeata frequentia, cum aqua parata, in qua temperabis ſem. cucurb. lactucæ & aliquando papaueris albi.

Somnifera. Somnifera valebunt blanda, præſertim ſi tuſſis moleſtet, vſus frequens pomorum non minus coctorum additis iuiubis, floribus nympheæ.

Lac aſinæ. Lac aſininum tempore commodo.

Non attrahere aërem nimis calidum, ex luculento igni, iuſcula refrigerantia, epithemata, reſerare baſilicam ſiniſtram.

Balneorum creberrimus vſus, nam licet, quorumdam opinione, pulmonicis non conferat, quòd liquet & humores fundat, vnde aut febris, aut inflammatio: tamen ad eos affectus Hipp. commendat, Peripneumoniæ (ait) magis quàm ardenti febri confert balneum, nam lateris & pectoris mulcet dolorem, ſputum educit, maturat, &c. quidam nomine peripneumoniæ communiter intelligi voluit omnem pectoris dolorem. Nam peripneumonia vera non habet coniunctum lateris dolorem, & tamen Hipp. loquens de peripneumonia meminit lateris doloris, quem balneum diſcutit. *Balnea.* *3. acut.* " "

CONSILIVM CXVI.

In hydropis metu, & pulmonis, hepatiſque latente vitio.

PRudenter ſe gerere oportet, ne vſu hydroticorum calidiorum augeatur intemperies hepatis & pulmonum poſt intemperiem impenſe calidam. ſequitur aliquando hydrops dum ſerum putre gignitur, loco laudabilis ſanguinis, aut tympanites ſequitur. *Hipp. de int. affect. per 10. dies initio quaſi à cibo abſtinendum putat, dat lac caprillum ad 4. heminas addit 4. partē mulſæ.*

Purgationes ex interuallis, à calfacientibus multum abſtinendo.

Phlebotomia ſi hepatis & pulmonum phlogoſis ſeſe prodat. radix filicis maris confert, manna calabrinum profuit.

Si tument partes imæ, maximeque ſcrotum, cauterio locus eſſe poteſt. *Hipp. ibid. ſi tumor, ait, cōſtitutus ſit in ſcroto, & femoribus ac tibiis, acuto ſcalpello multa & frequentia vulnuſcula incutito.*

Vſus mechoacan, aut ialap erit vtilis, aut herbæ nephriticæ.

Iuſculorum rarus vſus, aut in forma panatellæ.

Fotus blandi ad ventrem.

Cataplaſmata ex farinis qualia ſunt alio loco ante præſcripta vinum album cum radice campanæ & eryngii, ſcyna, ſaſſaffras: tabellarum de citro vſus eſto cum vino albo.

Syrupus ex floribus perſicæ arboris.

Electarium triaſantalinum triplo rheo, cum croco Martis, fœniculum florentinum, aut aniſum.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 289 sur 359

Puluis conueniens à paſtu.

Hæc decreta conſulibus D.M. Ellenio & Petræo clariſſ. collegis. die 12. Ian. 1609.

CONSILIVM CXVII.

De *Calculo renum.*

DOlor de quo iamdudum conqueritur, vel à rene originem ducit, ratione cuiuſdam calculi, qui in eo iam rudimentum quoddam accepit, qui ſi talis exiſtit qualem vrinæ demonſtrant, haud dubiè bona victus lege ab huius moleſtiis vindicari poterit. Quod autem ad hypogaſtrii & teſticuli dolorem attinet; is excitatur cum ab obſtructione vreteris à calculo, tum ob conſenſum teſticulorum cum vaſis ſpermaticis quæ ab emulgente oriuntur. Ad doloris moleſtias demulcendas paroxyſmi tempore, & præcautionem eiuſdem præſentis, aut imminentis, phlebotomia, ſi plethora ſubeſt, & purgationibus corpus vacuandum eſt, quæ non modo humores in partem affectam influentes, ſed & iam ipſi reni impactos vacuent & eliminent. At verò præſidia quibus ea præſtari poſſunt, ſunt leues purgationes, clyſteres, pilulæ, apozemata, demum, fotus, litus, balnea, vnguenta, & alia de quibus in ſequentibus dicetur ſi dolor recrudeſcat & παλιγκοτα ίνει. Et quia nil magis vrget, & medici ſolicitudinem ad ſe conuertit, quàm dolor grauis maximè in paroxyſmo, dicemus in primis, quibus artibus is quàm primum leniri poſſit & demulceri: dein quid ſit alio curationis tempore peragendum. Cum redibit paroxyſmus iniicienda erunt enemata conſueta, addita terebinthina veneta, fouendàque erit pars dolore obſeſſa ſaccu lis, quibus ſi dolor non ſedetur & conquieſcat, demergendus erit in balneum aquæ tepentis fumo & dolore carentis, in quo diu morabitur, modo nulla virium dehortetur imbecillitas: dein illinienda erit renum regio vnguento ad id acommodato quibus præſidiis ſi non miteſcat dolor, ea demum iteranda erunt & denuo æger in balneum demittendus erit, vt relaxatis balnei tepore partibus, longè facilius calculus à rene per vreteres in veſicam, ab hacque foras protrudatur & eli-

Hipp.

minetur. In doloris acerbitate vtile erit olei amygd. dulc ſine igne extracti ʒ j. ſ. & ſucci limonum ʒ ſ. propinare; demum dolore ſedato, bolum caſſ. cum rheo, addita interdum benedictæ laxat. portiuncula exhibere, vel potionem ſequentem, ſi bolum reſpuat, cum rheo concinnatam; dein interpoſitis aliquot diebus terebinthinam: ſi verò in multos dies producatur dolor, vtile etiam erit haurire apozemata, aut decoct. cicerum rubr. cum rad. petroſ. altheæ, bipinell. &c. diebus ſcilicet iis quibus non purgabitur: ſi nauſea, vomitio, aut ventriculi imbecillicitas fatiget ob conſenſum quem habet cum renibus, is roborandus erit vnctione ex oleo maſtichino, aut emplaſtro ex maſtiche cera & oleo cydon. Quin & ad huius morbi præcautionem magna eſt purgationis efficacia ex caſſia cum rheo, benedicta lax. interdum; caputque deplendum quod graue perſentitur. Interim vero 15. quoque die repetenda erit, maximè ſi de renum aliqua grauitate conqueratur, catharſis, aut ex pilulis ſtomachicis 8. quoque die deuorandis; diebus vero intermediis conuenient tabellæ triaſant. quadr. rheo.

Sed & ad præcauendum hunc affectum inſignes & certas vires habet quod ſequitur iuſculum.

℞. Hord. integ. p. j. rad. petroſ. acetoſ. fœn. cich. bruſci aã. ʒ. j. 4. ſem. frig. maior. conquaſſ. aã. ʒ ſ. fol. acetoſ. portul. lactucæ, pimpinellæ, ſummitatum mal. & viol. aã. m. ſ. bull. in aqua fluuiatili cum gallo gallinaceo & crure vitulino, ſeruetur decoctum, de quo cap. ʒ vi. per 4 dies manè hor. 2. antè cibum cum ſucci mali citrii ʒ ſ. antè cum eodem iuſculo, ſub ipſum ſumptionis, feruefacta: ſic enim mox vrinæ funduntur multæ ſubſidentia multa arenoſa, & humore craſſo ac viſcido præditæ, & alui libertas procurabitur; adſtrictio enim alui vna eſt ex cauſis cur dolor ita frequenter redeat.

Interim diæta inſtituenda eſt, quæ conuenienti vſu rerum ſex non naturalium minimum in corpore craſſorum lentorum & viſcidorum humorum coaceruet. Ergo piſcibus abſtinendum, carne bubula, ſuilla, auium paluſtrium caſeo, leguminibus, lacticiniis, ouis frixis, duris, placentis piſtoriiſque omnibus operibus, acetariis, fructibus crudis, pane azymo: denique omni alimentorum obſtruentium genere. fugienda in cibo & potu ſatietas, vt quæ ſit cruditatis parens, item ſomnus diurnus, aut ſtatim à cibo.

Vitandæ aquæ paluſtres & limoſæ, vina craſſa, zythum &c. potulenta, fugienda.

©BIUM

Vinum ſit album, aut rubrum tenue, aqua multa decoct. gram. aut alth. dilutum.

Acetariorum loco ſint cappares, criſta marina, talleolæ citrij ſaccharatæ, aut bipinella condita.

Licebit etiam vtiliter hyberno tempore, 4. aut 5. dierum ſpatio, vacuato corpore hydromelite vti antè paſtus, demum per 10. aut 12. dies, quieſcet; tumque ſi grauitas in rene percipiatur, purgato deinceps corpore, repetendus erit hydromelitis vſus.

Sequuntur formulæ remediorum ſupra commemoratorum.

℞. Caſſ. rec. extr. ℥ j. rhei electi ʒ j. cum pauco cinnam. & diatrag. f. bolus cap. vt dictum eſt. Interdum vero loco rhei puluer. ʒ j. ſ. bened. laxat. addenda. Si bolum reſpuat vti poterit potione ſequenti.

℞. Rad. petroſ. aſparag. fœnic. gram. ſem. carth. añ. ʒ iij. beton. viol. pariet. adianth. ſaxifrag. bipinell. end. bugloſſ. totius añ. m. ſ. pruna damaſc. n. vj. ſem. melon. cucum. alth. citrij, cardui añ. ʒ ſ. glycyr. raſæ ʒ j. cicer. rub. ʒ iij. flor. cord. añ. p. j. f. decoct. ad j. doſ. in colatura inf. rhei elect. ʒ ij. cinn. ϑ j. in expreſſ. diſſ. cathol. & ſyrup. capill. ven. añ. ℥ ſ. f. doſis cap. vt dictum eſt. In paroxyſmo caſſia primas tenet.

℞. Terebinth. venetæ lotæ in aqua pariet. ʒ iij. rhei electi tenuiſſ. pul. ʒ ſ. cum ϑ ij. diatrag. frig. f. parui boli, inuoluantur obeliis vino albo madefactis, cap. ex cochleari cum ſyrupo capill. veneris, poſt purgationem.

℞. 5. rad. aper. añ. ℥ ſ. oxylap. gram. añ. ʒ vj. cich. totius, agrim. cuſcutæ, capill. omn. bipinellæ, ſaxifr. beton. viol. pariet. bugloſſ. totius añ. m. ſ. 4. ſem. frig. maior. ſem. alth. milij ſolis añ. ʒ j. glycyrr. raſæ ʒ ij. cicer. rubr. ℥ ſ. flor. cord. añ. p. j f. decoct. ad quart. ʒ. in colatura diſſ. ſyrup. de alth. capill. & de limonibus añ. ℥ i. f. f. apoz. clarũ aromat. cinn. ʒ i. capiat ʒ. ſequent. matutinis per horam antè cibum; ſed prius capiat tabellam vnam elect triaſant. vt dictum eſt, idque intermediis temporibus purgationis.

Sequentibus pilulis vtetur, ſemel in hebdomade antè paſtus hyberno tempore, vt aluus libera maneat.

℞. Aloës non lotæ ʒ iii. rhei elect. pulu. agar. trochiſc. añ. ʒ i. ſ. pulu. elect. ducis ʒ ſ. excipiantur diaphœnico, f. parua maſſa cap. ϑ ij. ſ. aut ʒ i. pro doſi.

Sequenti die clyſtere aluum proluere, ante acceſſionem multum proderit.

℞ Mal.

℞ Mal.biſm.pariet.viol.betæ añ.m.j.cicerum rubr.ℨj.ſem. lini, fœnic.fœnug.añ.ʒ iij.flor.chamæm.melil.añ.p.j.f. decoct. in hydrom.ad ℔ j.in colatura diff.cathol.& diaph. añ.ℨ ſ.mellis roſ. & terebinth.venetæ añ.ʒ vj.olei amygd.dulc.ℨ iij.f. clyſter. iniic. vt dictum eſt. ſi reiecto primo dolor permanſerit, alter iniiciatur.

℞ Mal. biſm.totius viol.pariet.añ.m.1.cham.melil.añ.m.ſ.alth. lini añ.ʒ iij.f. ſacculi duo, bulliant in aqua & vino albo, pro fotu partis dolentis alternatim applicabuntur,ſi dolor renum grauis ſit bull.in lacte.

Ex eadem materia parabitur balneum in quo æger vrgente dolore inſidebit.

A fotu ſ.litus pro renibus ſæuiente dolore.

℞ Mucag.ſem.alth.lini extr.in aqua pariet.añ.ℨj.ſ.adipis cuniculi ʒ vj. olei amygd.dulc. & deſcorp.lot.in aqu. ſaxifr.añ.q.ſ.f. linimentum;addetur ceratum ſantalinum in ſummo æſtu.

℞ Pulu.diatr.frig.ℨ ſ.pul.nucl.meſp.ʒ ſ.ſem.millij ſolis,lapid.iudaici añ.ϑ j.ſem.alth.petroſ.maced.añ. ϑ ſ. cum ſacch.ℨj.f. puluis, capiat manè poſt purgatum corpus , & vſum apozematum præſcriptorum ex cochleari , ſuperbibendo parum vini albi per 3. aut 4. dies continuos , poſtea abſtinebit , quoad iterum purgatus fuerit.

Hæc decreta conſulibus Clariſſ.Med. D.Gorræo, Petræo,& Riolano.

CONSILIVM CXVIII.

Pro Muliere ad conuulſiones epilepticas prona.

SYmptomata commemorata vt terroris plena ſunt, ita à mala cauſa ortum ducunt , quæcumque & vndecunque illa ſit. Et quòd periodis quibuſdam malum reuertitur , id diatheſim iam inductam declarat,quæ vt cauſa generatrix,ita & reducis paroxyſmi auctor exiſtit. Malum eſt , quòd frequenter rediuiuus affectus redeat,peius,quod partes principes cor & cerebrum impetat, peſſimum,quòd non ſolùm per conſenſum cerebrum laboret,ſed etiam per ſe , & quòd morbus ipſa obſidione caput deterius afficiat,quàm affectum fuerit. Quod palpitationes præcedant,dein- 1. 2.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 293 sur 359

©BIUM

de Vertigines, Epilepſiæ, Paranymphi, deinde aliquid cõuulſiuum id ab inferioribus partibus teter vapor facilè conſurgens facilè committit. An vera ſit Epilepſia in incerto eſt, cum à Medico ſit additum, *Et velut quædam Epilepſia*; Hipp. more qui cum dicit ἀπασμῶδές τι, aut ἀπασμόν τινα abſolutam conuulſionem non putat, vt ſingultus fidem quoque facit.

Idæa affectionis iſtius & vertig. & conuulſ. à Gal. explicatur. ad part. 27. 4. acut.

Cæterum cum dicimus partes inferiores, & parentes & fontes vaporis iſtius tot grauium ſymptomatum authoris, in ambiguo etiam verſamur. Nam & viſcera ſub hoc nomine intelligi poſſunt, & vterus ipſe grauium morborum, & generi muliebri καθ' ἰδέαν propriorum author & fundus. Poſſunt intelligi partes externæ crura, tibiæ, pedes, à quibus ſolis aliquando tanta labes manat, quatenus à principe Auicenna morbus in habitu corporis nominatur. Hæc autem cognoſcere. Ideam morbi cognoſcere eſt, Aliis atque aliis ſignis res diſtinguenda eſt, cum magni interſit ad remedia vſurpanda, ſi ab vtero, ſi à præcordiis, ſi ab habitu ipſo & cruribus (vt hiſtoria morbi ſubindicat) malum eſt repetendum: Nam & tremor tibiarum, & extenuatio, quid, niſi malum portendit.

Senſus frigoris in ventriculo, ventris adſtrictio, contrariam quandam temperiem ventriculi & hepatis declarant, id quum adeſt, magnorum morborum fons & ſuſcitabulum exiſtit, plura ipſa ἀνατομία docere poteſt.

Concinnetur elect. lenitiuum quo facilitas aluo concilietur, hanc blandiùs ducere optabilius eſt.

Clyſterum frequens vſus.

Detractio ſanguinis vere & autumno, maximè ſi ſanguis peccet & κατὰ τὸ πλῆθος, & κατὰ τὸ πάθος. Item catharſis. ſed autumno blandior, & frequentior, ob contumaciam humorum, & neſcio quod Empyreuma à prægreſſa æſtate, & aduſtionem, quam vnam natura abhorret quæ duo morbos autumnales, aut funeſtos, aut longos reddunt, (vnde καθ' ἑξοχὴν autumnus peſtifer dicitur, & funebris:) funeſtos, cum tabum malignum cito vitæ ſtamen abrumpit, alterato aut diſſipato ſpiritu: longos ob humorum contumaciam, obſtructionem à praua diæta; addo partium latens & inteſtinum vitium vix explicandum. Hinc virium infirmitas. At ſolæ vires, aut præſentes morbos abigunt, aut futuros arcent. Ventriculo robur concilietur, par ſtudium eſto in cerebro roborando, vitando quæ ſanguinem & ſpiritus inflammant.

Maior animi impetus reprimendus; iræ frænos iniicere: nam animi motus malum prouocant.

Pyrotica tibiis.

Vngulæ Alces vſus ad inſultus epilepticos apprimè conferens, geſtanda quoque. 3.

Aquarum naturalium vſus, maximè Niuernenſium, vt né maiore ſumptu Spadenſes affectentur. Sed hæc Medicus domeſticus expendet, examinabit.

ANNOTATIONES.

1. *Morbi longi ob craſſos humores fiunt coctu difficiles, & qui partibus impinguntur, diſpoſitiones morborum & humorum magis tumoribus præduris, quàm inflammationibus aſſimilantur. Pauci fiunt morbi longi per compaſſionem, & abſque loco patiente, in quo venæ omnes habent æqualiter humores putrentes. Gal. ad aph. lib. 2. acutorum.*

2. *Quæſtio fuit an balneum conferret. Aliàs conferre poteſt, aliàs obeſſe. Ita Gal. dum loquitur de Vertigine: Capitis ſolius caliditatem quouis alio modo habentis balneum iuuat. Cum verò ſpiritus flatulentus ob humorum prauitatem ad caput fertur, hos lauare non conuenit. Ac ſi dicat, ſi malum in cerebro locale eſt, balneum confert, ſin minùs, nequaquam.*

3. *Quidam affirmant ſe hanc medendi rationem præſertim ad Epilepticos à quibuſdam accepiſſe. Antimonij præparati ʒſ. accipitur maceraturque in ℔ij. vini albi optimi; Paroxyſmi tempore cochlear vnum iſtius vini in os infunditur,*

CONSILIVM CXIX.

De inordinatis menſibus, & veteri quodam Rheumatiſmo, & aliis affectibus.

MVlier hæc partim diuino fauore, partim artis ope liberata eſt periculo, omnino tamen reſtituta non videtur; nam ſuperſtes cacochymia ſuccreſcentem cacochymiam induxit, atque

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 295 sur 359

ad eo in cachexiam quandam adduxit: omnis enim coloris ſuauitas nitorque decuſſus eſt, inde totius corporis affectio indicatur, quanquam aliarum partium vernacula quædam affectio quæ κατὰ τὴν ἰδέαν. id ex ſymptomatum ſyndrome apparet, quorum ὑπαγώγεσιν facit propagatio cauſæ morbificæ. Corporis coloratio ſimilis eſt humoribus ſubiectis: id quod declarat aliquid intus malè geri, ſiue id ſplenicum ſit, ſiue inſignis obſtructionis ſoboles. Magna ſunt argumenta hypochondriacæ affectionis, non minora vteri laborantis: quanquam Gal. totum corpus vtero ſimile eſt omnino, gr. τὸ πίπαν, quidam (ferè) interpretantur.

Somnus turbulentus, deiecta appetentia, à ſumpto cibo oppreſſio, malacia quædam, denique ſenſus quidam caloris excitati à quodam ſuſcitabulo, ac ſi calx irrigata foret; vbi primum benignitate alimenti æſtuantia viſcera madeſcunt & irrorantur: id autem declarat maximè dioclæam, phlogoſim, obſtructionemque lactium, vnde hypochondriacum πάθος maximè originem ducit, opinione principis.

At affectio vteri partim eius propria eſt, partim aliunde. declarant laborioſi menſes, decolores, nec per idem tempus venientes, parciores. Inde quoque deteriùs habet, quòd omnis humor motus & non promotus oppreſſionem faciat. Decolorationem autem non ſolum pituita, ſed & vtraque bilis facit Galeno. Proprium autem eſt mulierum cacochymarum, vt earum menſes ſtatam periodum non ſeruent, natiuoque careant colore. Si craſſiores humores difficiliùs fluunt, moràmque trahunt; ſi humidiores & tenuiores anteuertunt, diutiúſque perſeuerant. Muliebria enim aqua laborantibus diuturniora. Ac calamitatem morboſi menſis auget vteri ῥευματισμὸς, vt mirum non ſit, ſi concipiendi opportunitas ſublata, ſpem prolis ademerit. vnde irriguus vterus, humore aduena, & fortè indigena, proindeque indignabundus τὴν μίξιν reformidat. At tellus niſi benè culta annuo puerperio læta eſſe non ſolet. ſic totius corporis, maximéque vteri cura habenda eſt.

Adaph. 36. l. 5

ibid.

Hipp. 6. epid.

Cum menſes decolores ſint, habeat frequentem ſyrupum ſolennem ex Rheo. Agar. foliculis.

Maximè probo in vſu quotidiano aquam macerationis Rhei; parato decocto ex capillaribus, primula veris, chamæpit. & oxylapatho.

Puluis ſit ἁδρόν, maximè: quæ obſtructa liberant, & ῥυπτικὰ, calidiora vitentur.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 296 sur 359

Detractio ſanguinis, cum is ægrotet, & κατὰ τὸ πλῆθος, & κατὰ πάθος.

Vterus aliàs moroſus & τῆς μίξεως indignans repurgetur, purior factus excitetur, ſtimulis iſtis concitus cum olim κυφότερος fuerit, fiat εὐήκοος (vt eleganter loquitur Ariſtoteles) vt culto fundo fructus ſuauis egerminet. 10. de hiſt. anim.

CONSILIVM CXX.

Pro Conſule iam rudimenta Apoplexiæ experto.

CErebri læſiones vt magni momenti ſunt, ita paruæ non mediocrem etiamnum curam, magnæ maximam requirunt. ſi quando aliàs, hîc nil negligi debet, primas tenent Apoplexiæ, harum initia & rudimenta tanti eſſe debent, vt vel leuiſſima ſymptomata non negligantur. Nedum illud quod in ægro pathognomonicum eſt quodammodo, id genus linguæ ἀκράτεια & incautè prehendens ἀφωνία. Hæc in clariſſ. virum inciderunt. ſic enim ex fide hiſtoriæ à magiſtris artis medicè & elegãter conſcriptæ cõſtat. *Paruæ cauſæ medullæ exoluitur niſi quid circa partem principem ſit. Hip. de præcept.*

Quoniam vero & tempus, & ætas, & temperamentum, & vitæ inſtitutum (cuius vis cæteris non eſt inferior) & cerebri neſcio quæ contracta labes, & infirmitas malum reuocare poſſent; hîc danda opera, hîc vigilandum, hîc anteuertendum. Sed non multa apud artis magiſtros ediſſerenda. Purgetur frequenter Apoz. recipiente ſennam, agar. & ſyrup. roſ. pallid. addito rheo. Bis menſe purgetur per ſyrupum ex eadem materia, vel cœlo frigid. catapotiis cephalicis addito rheo. *Quantum libera aluus capiti conferat. Hipp. 2 de diæt. Aluus euacuata ex reliquo corpore & capite humiditatem ad ſe attrahit, euacuato capite & auditus, & viſus repurgantur, & homines agiles fiunt. Et plen. Gal. ex Hipp. de Aëre & loc. qui natura aluum liberam habent, minime pleuritide &c. morbis corrip. ad apho. 33. lib. 6.*

Opiata concinnanda ex puluer. ſplen. hepaticis conſeruis, cephalicis non admodum calfacientibus adiecta confect. Alkermes.

Linatur ceruix ex oleo ſaluiæ, caſtorei cum pauco ol. nucis moſchatæ adiecta mucag. ſem. alth. extractæ in aqua ſaluiæ & cera.

Gargar. ex ſalu. beton. hyſſop. coctis in hydromelite teneat nucem moſchatam in ore. Detractiones ſanguinis pro re nata.

Cauterium ad collum. Vena frontis aperienda ſi plethorici cerebri argumenta adſint, ſi fieri poſſit prouocandæ & aper. hæmorrhoides. Abſtineat à vino quoad eius fieri poteſt. vtatur ſcynæ decocto addendo hyemis tempore ſaluiæ parum. Non prouocentur ſudores eo decocto, vel eius loco ſit hydroſaccharum. Res vene-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 297 sur 359

reas prudenter exerceat. quod enim ad venerea, quæ ſunt λυσιμελέα καὶ λυσιγῆπα καὶ ἄνοιαν ſæpe accerſunt & ad animi pathemata hîc præclarè facit aurea mediocritas. Magnarum cogitationum curſus reprimendus, vt enim laboranti pedine ſedendum, nec ambulandum, ſic nec cerebro infirmo laborandum.

CONSILIVM CXXI.

De *Vlcere inguinis & Tumore.*

PRoponis nobis quæſtionem perdifficilem de vlcere, & tumore inguinis dextri, ad cuius diiudicationem cuperemus rem paulò altius repetitam: nam cum tumor is multis de cauſis oriri poſſet, vel in ipſis inguinum glandulis, vel ab inteſtini aut omenti prolapſu, vel ab vtero in eam partem inclinato, non poſſumus intelligere quæ ſigna ſingulorum præceſſerint. an ſcilicet ſuppreſſi menſes, vel ſanies è pudendo manarit, an dolores coxarum, femorum, lumborum præceſſerint aut etiam pubis, quæ omnia vtero malè affecto eueniunt. Præterea dubij ſumus an tormina aliqua, alui profluuia, vomitiones, & reliqua quæ ſolent inteſtinis laborantibus excitari, apparuerint. Nam quod de ſtercore reiecto narras, dubium & ambiguum ſignum videtur, quod fœtore carere ſcripſeris. Similiter & vermis tam ab vtero quam ab inteſtinis reiici potuit; ſed plerumque in omnibus vlceribus putridis & malè curatis & deterſis gignitur, nec tamen intelligimus quanta fuerit eius longitudo.

His de cauſis non eſt facilè tibi perſatisfacere, quodque reſcribimus coniectura magis quàm certa ratione dictum accipies. Itaque nullis apparentibus ſignis malè affecti vteri, aut inteſtini maioris, vt Ilei, veriſimile putamus in inguen dextrum prolapſam fuiſſe apophyſim quandam cæci inteſtini, quæ referta ſordibus tandem computruit, & ſinum effecit. ex ea apophyſi ita affecta non eſt neceſſe ſymptomata ea conſequi, quæ maiore inteſtino eoque toto ſequi conſueuerunt, cuiuſmodi ſunt voluulus, vomitiones, alui profluuia & reliqua commemorata.

Hic affectus curari possit necne primum videndum est, deinde quibus remediis. Verum curationem sperare partis affectæ natura impedit, quæ regigni nequit, & coalescere si diuisa fuerit.

Remedia autem non alia adhibenda existimamus, quam quæ detergendis vlceribus dicata sunt, eóque magis quò pars affecta perpetuis sordibus magis inquinatur.

Fiant autem frequentes, quibus non tantum leuabitur malum, sed etiam innotescere poterit an vlcus penetret in intestinum, an in vterum, si diligenter attenderis vtriusque partis reiectiones.

Præter topica remedia, censemus etiam purgandum corpus frequenter remediis ægræ acommodatis, clysteres etiam crebro iniiciendos, prouidendumque ventriculi actioni eupeptis & euchymis alimentis.

His accedere poterit & schinæ vsus eo modo quo expedire iudicabis. lactis asinini vsus præsertim per æstatem vlceribus acommodatus est, quòd vehementer detergeat.

Quòd si malè affecti vteri signa appareant, vtero consulendum erit, si Ilei eodem modo Ileo & eius affectionibus incumbendum. Hæc decreta Consulibus D. M.I. Gorræo. & I. Contæo.

CONSILIVM CXXII.

De *Vrinæ incontinentia.*

VIrgo nobilis vrinæ incontinentia iamdudum laborabat, sequentibus remediis illi consultum fuit.

Primum abstineat ab omni iure, præsertim ab eo quod vrinam prouocet, vt quod fit ex rad. fœn. petros. & asparagi, item ab omnibus herbis viridibus: sequenti autem syrupo 10. quoque die manè vtatur.

℞. Rad. polyp. cichor. cyp. añ. ℥ ſ. plantag. totius bugloss. borrag. maior. ceterach, fumar. primulæ veris, absinth. romani añ. m. j. sem. citrij, pass. mund. añ. ʒ ſ. sem. acetos. plant. coriand. gran. berber. añ. ʒ ij. sem. fœnic. ℈ iiij. folior. senn. mund. ℥ ſ. myrobal. citr. & embl. añ. ʒ ſ. fiat decoct. in colat. ad ℔ ſ. dissol. rhei electi infus. in parte decoct. antecedentis express. factam ad ℥ ſ. syrup. ros. laxati-

©BIUM

cum ℥ ij.ſ.ſacch.q.ſ.f.ſyrup. vtatur ℥ ij. pro doſi vt dictum eſt,cum aqua hordei quæ poſtea augebitur pro effectu primæ doſeos.

Fouebitur extrema pars ſpinæ propè os ſacrum hoc decocto.

℞. Salu.maior.orig.calam. primulæ veris,lauend. rutæ añ. m. j. rad.acor.cyp.añ. ʒ j.flor.cham.mel.anethi abſinth.rom.añ. p. j. medij cort.quercus & balauſt.añ.p.j. f. ſacculus qui bull.in æquis partibus vini ſtyptici & aquæ fabrorum pro fotu partis nominatæ, poſt fotum illinatur.

℞. Olei coſti & ol.ſamb.flor.añ.℥ j.ſ.de hyper.ʒ vj.pul.cyp.ireos flor.añ ℈ ij.pul.balauſt. ʒ ſ.cum cera f.linim. pro parte dicta & oſſe ſacro.Si non leuetur hoc remedio,applicabitur. emplaſt. contra rupt.oſſi ſacro miſta maſtiche.

Singulis diebus vtetur hoc puluere.

℞. Mirobal. omn. aſſatorum & extinct. in aceto añ. ℥ j. ſem. naſturt.coriand.præp.conqu. extinct. in ſucco omphacij añ.ʒ j. ſ. ambr. citr. cupulorum glandium, nucis cupr. añ. ℈ iiij. cinnam. electi ʒ j. corall. ℈ j. pelliculæ ſtomachi gallinarum præpar. ℈ iiij. cum ſacch.ſuff. f.puluis; vtatur ex cochleari bis in die longè antè paſtum.

Vtatur aqua bullita ferrata, abſtineat à vino albo : cuius loco paulo adſtringens vinum bibat aqua prædicta dilutum. Vitabit ſalſa,acria & aromata.Iure lentium coct.vtetur aliquando.

His remediis ſanitatem recuperabit.

Si medicamenta per os aſſumenda abhorreat,vtendum erit clyſteribus.

℞. Hydrom. coct. cum ſem. carminat. & cyp. ſal. maior. flor. cham.& anethi quart.ʒ. in colat. diſſ. conf. hieræ ſimpl. ℥ ſ. mellis anth.ſacch. rub.añ. ℥ j. olei de hyp.& irini añ.℥ j.ſ.f.enema;vtatur ſæpè.

Hæc decreta Conſul.D.M.Petræo.& Contæo.

De dolore

CONSILIVM CXXIII.

De dolore Thoracis & Ceruicis.

VIr nobilis varias aëris incommoditates perpeſſus cœpit conqueri de dolore Thoracis, ad medullam ſpinalem. Item de ceruicis graui dolore. Mala victus ratio, animi excandeſcentia, irarum ardor, habendi ardens deſiderium, famis & inediæ tolerantia fecit vt ad ventriculum affluxerint varij humores æruginoſi præſertim, qui eum grauiſſimè torſerint afflixerintue: videbatur penè opprimi & ſuffocari præ congeſtis in ventriculo, partibuſque vicinis humoribus. Vocatus D. Palmarius medicamentum præſcribit purgans, Apozemata celebria, malum quieuit. Lata eſt aluus excrementis bilioſis, æruginoſis, perſeuerabat tuſſis ſiccior, nullus capitis dolor, viſus eſt reſtitutus, in morbum recidit, conqueſtus eſt de difficili reſpiratione, cuius cauſam referebat ad oppreſſionem diaphragmatis à liene. Miſſus ſanguis ad 3. vaſcula, corruptus erat, alleuatus, paucis poſt diebus ex interuallis malè habebat. His omnibus ſucceſſit inappetentia, tumor pedum ædematoſus, dolor ad regionem ventriculi, ſcrotum intumebat præſertim ſerò & mane, cœptũ eſt quæri de cauſa eorũ ſymptomatũ. Medici accuſabant hepar, idemque ab intemperie calida laborare dicebant, & humores ſeroſos gignere, huc & illuc relegare, accuſatus quoque lien eſt. Non ita pridem fuerant præſcriptæ tabellæ elect. triaſ. quadr. rheo, ſuperbibito tantillo vini abſinth. & aquæ decoct. cichorij. Rebus diligenter examinatis hæc ab iis præſcripta ſunt purgetur bis in hebdomade cum ℥ j. ſ. ſyr. de cich. compoſ. cum rheo in quo diſſ. expreſſ. ʒ ij. rhei elect. inf. in aqua agrimonij cum ʒ ſ. ſant. citrini.

Item 2. diebus interiectis vtatur ſuo elect. triaſ. cum quadr. rheo. poſt 15. dies foueatur vtrumque hypoch. fotu ſequenti.

℞. Fol. mal. biſm. viol. cich. totius & agrim. añ. m. 1. abſint. ſcolop. capill. ven. ceterach, chamæm. añ. m. ſ. roſar. rub. & menthæ. añ. p. ii. ſem. aniſi fœniculi añ. ℥ j. rad. cyp. ſcœnanth. calam. arom. añ. ʒ j. f. 2 ſacculi interſuti, qui bulliant in aqua & 3. parte vini albi pro fotu cum philtris.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 301 sur 359

℞. Olei de absinth. de capp. & ros. añ. ℥ j. f. litus post fotum, præscripta est diæta hæc vt primum cibis euchymis carnibus potius tostis quam dixis, vino albo & rubro dilutissimo iusculis ferè abstineret.

FINIS.

PARADIGMATA
ET
HISTORIÆ MORBORVM
OB RARITATEM OBSERVATIONE DIGNISSIMÆ,

Quarum lectio non minùs rei ipsius grauitate, & admiratione, quàm vtilitatis vbertate est ad medendum & præsentiendum profutura.

Authore M. GVILLIELMO BALLONIO
D. Medico Paris. Celeberrimo.
ET
Editore M. IACOBO THEVART D. Medico Parisiensi.

PARISIIS.

M. D C. XLVIII.

©BIUM

LECTORIBVS BENEVOLIS

GVILLIELMVS DE BAILLOV MEDICVS εὐπραγίαν.

SÆpè illud vſu-venit vt quæ nobis obuia ſunt, & ſub ſenſum cadunt, ea nobis in nihilo habeantur: contrà ea mirari ſoleamus ac amplecti quæ à noſtris ſenſibus ſunt remota. Et tamen in iis quæ ob oculos, aut ponuntur, aut forté incidunt, vis magna poni debet: quòd eorũ obſeruatio ad communem rerũ eximiarum effigiem animo imprimendam plurimùm ſit profutura. Relinquamus externa, in domeſticis diligentiam noſtram acuamus. Cum hoc opuſculum rei medicæ ſit accommodatum, è communi foro res eſt à nobis repetenda. Quoties noui morbi incognitique in dies ſurgunt ac naſcuntur, qui à pleriſque negliguntur? Sed id malè, magnóque ægrotantium incommodo. Quod eò ab illis prætermittitur, aut quod omnium morborum vt eſt nomen idem, ita & rationem, & ideam, & indolem eandem eſſe falsò crediderunt: aut quod ignorant quorſum rerum ſingularum obſeruatio pertineat, & quantum adiumenti ſit allatura: aut, cum ſibi perſuadeant inde nonnihil & ad laudem, & ad cognoſcendum opis contingere poſſe; hoc tamen flocci faciunt, & turpi otio languère malunt. Quorum vt ſiniſtra leuetur opinio, ignorantia adiuuetur, & ignauus in re fructuoſa animus ſtimuletur addito minimo calcari, vno id verbo res poteſt explicari. Nemo ignorat ex ſingulorum in quoque corpore cognitione vniuerſam ac generalem rerum in arte medica comprehenſionem fluxiſſe: in qua communium theorematon omnis ratio vertitur, & tota vis poſita iacet. Et cum admirabilis iſte curſus ac progreſſio ceperit inde, minimo exiſto principio in tantam copiam & rerum vbertatem ſenſim increſcens: ne mirum ſit ſi quæ rara ſunt & communem aliorum opinionem ſuperant, ea neceſſe ſit proponi & ad communem vſum accommodari. Vt enim fructuoſa fuit eorum quæ vt plurimùm contigère cognitio, ita minorem non eſt habitura

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 305 sur 359

©BIUM

apud cruditos homines qui otio non abutuntur, autoritatem eorum quæ rarò eueniunt operosa obseruatio. Aut si illa in loco aliquo ponitur, cur hac exulabit? Quanquam, nisi nos in nostra opera industriaque excitanda cœcutiamus, pluris faciendum putamus id quod rarò venit, quàm quod sæpè sese iactat in populo, vt nullus sit qui etiam in quadrimo eius notitiam non profiteatur. Nam vt rariorum rerum obseruatio eruditorum ferit sensus, ac eis adblanditur: ita in tritis vulgaribusque rebus imperitæ multitudinis dissoluta industria versari solet. Qui in theatris laudem quærunt aliquam, dum mores hominum ficto simulatoque sermone, aut persequuntur, aut informatur, non quod omnibus notum proponunt, sed reconditum aliquid & inauditum vulgo exponunt, vt ex adumbrata simulataque fabulæ serie aliquid expressum verúmque eliciatur: Eodem modo in arte medica, cuius non vbique non adest vsus sæpè ea quæ præclara minusque sub sensum cadunt, notari debent, vt in iis quæ euentura sunt aliquid sit quod meminerimus, ac ne frustra res admiremur, ac si nullo tale vnquã contigisset. Quod multis qui popularem gratiam venantur ex vsu fuit, qui vt suam ignorantiam occultent, aut rei occultæ & à communi sensu remotæ nonnullam explicationem venditent, tum demum gloriantur cum quid nouum euenisse vulgo persuadent. Nam si ex animo res processerit, nec opinionem rei euentus fefellerit, publicandæ suæ industriæ inde occasionem quærunt, cum tamen potius fortunæ talis euentus sit ascribendus; sin quid aduersum euenerit, ad rei difficultatem nunquã antea à quoquam perceptæ confugiunt. Ac dum eorum quæ rarò eueniunt (eueniunt tamen, sed hoc fugiunt non aduertentes) ignari de populo malè mereantur, iustam se satis occasionem prætexere putant, si se rei difficultate & insolentia defenderint. Quod vt effugiamus, ex propriis obseruationibus, & veterum Neotericorumque scriptis nonnulla morborum rarò in vulgus sæuientium παραδείγματα elicere voluimus, vt hæc animis nostris retenta impressaque proficiant. Nam & ita admirationis in morbis (quæ admiratio artem obscurat) occasio omnis tolletur, & similibus exemplis eruditi quod erit muneris, procum exemplorum prolatio summa cum delectatione autoritatem & sequemur, fidem orationi afferre soleat. Valete.

©BIUM



GVILLIELMI BALLONII MEDICI PARISIENSIS CLARISSIMI PARADIGMATA, ET

HISTORIÆ MORBORVM OB RARITATEM obſeruatione dignſsimæ, quarum lectio, non minùs rei ipſius grauitate, & admiratione, quàm vtilitatis vbertate eſt ad medendum & preſentiendum profutura.

HISTORIA PRIMA.

DOminus de Montgeron in multa apud Henricum III. gratia inter 4. & 5. coſtam vulneratus fuit, & pugio rectà quidem adactus erat, & mediaſtinum penetrauerat, deinde paulùm inflectendo oppoſitam penè partem attigerat. Et minima etiam ſectione ſedes ipſius pugionis indagari potuerat, & fluenti ſanguini, deinde ſupreſſo exitus parari, ac ſi contraria & oppoſita fuiſſet apertio. Sed vt ſæpè ſummorum virorum, & fiduciam rerum magnarum habentium cæcitas eſt maxima etiam in rebus minimis, quod ratio, quod tactus, quod tumor quidam eminens principio dictitabat, nimirum fieri debere eo loco apertionem id differtur, negligitur, tandem necis occaſionem allaturum. Ingens fuit hæmorrhagia, inſignis alicuius rami venæ ἀζύγου cæſi argumen-

©BIUM

tum. Iuſſus omnino quieſcere. Nulla tuſſis penè toto morbi tempore, Difficultas ſpirandi exigua, Poterat in vtrumque latus dormire. Quidam ex Medicis volebat experiri, num alacer eſſet in ſe erigendo, iubebat vt ſeſe æger paulum erigeret; maximè vt detegeretur, num aliquid in capacitate eſſet, quod motu ipſo deprehenderetur. Sed, vt inter pares inuidia facilè ſe iactat, aliis id non placuit; maximè vero quòd eius opinionis autores primi non eſſent, & tamen id ad explorandum maximè fuerat opportunum, poſt 4. diem initum conſilium (quoniam vulnus ad cicatricem tendebat) ſuper iis quæ ad vulnus attinent, num tuto ſineretur claudi, an vero dilatandum foret, an omnino claudendum, diuiſæ fuerunt ſententiæ. Alij omnino debere claudi cenſuerunt, quòd multum ſanguinis & ſpiritus effluxiſſet, quòd nil alienum videretur in capacitate contentum, quòd Gal. & Guidonis conſilio vulnera thoracis primo quoque tempore eſſent ad cicatricem ducenda, alioqui fiſtulæ metum eſſe, & ſphaceli alicuius, aut ſyderationis in pulmone, qui alioqui alieno aëri & externo aſſuetu, facilè affici alterarique poſſet. Naturæ negotium dandum, viam eſſe ad os, ad vrinas, aut inteſtina. Pleuritides beneficio naturæ transſumpta exuctaque materia curari. Alij contra nitebantur ſuſpecta eſſe ægri bona & præter rationem alleuationem. Inſigne vas inciſum, ſic non eſſe probabile, vt intra quatriduum clauderetur. Formidabilem eſſe cicatricem externam, quòd cum pars interna ſit mẽbranoſa, propterea{que} amplius vulnere diducatur quàm carnoſa, & tardius coaleſcat quàm ipſa carnoſa, metus ſit ne falſa opinionè internæ membranæ ad cicatricem perductæ, præter opinionem vulnus refricetur & refringatur. Ac tum fortè non amplius locus erit pyulco, aut euacuationi ſuppreſſæ ſaniei. Dicebant nil referre, ſi benè habere videretur primis diebus, ſed expectandos alios dies criticos, & quid ſerus veſper veheret. In his vulneribus tuta omnia timẽda eſſe. Non metum eſſe debere fiſtulæ, niſi vulnus conſenuiſſet. Non ita metuendum eſſe ab externo aëre, quòd plus detrimenti eſſet affuturum à ſuppreſſa ſanie, aut pure, quàm ab externo ambiente. Et qui dictum eſt naturæ opus committi debere, & aliàs tutiores vias confinxiſſe naturam: contrà dictum nouercam & brutam eſſe naturam, & aliquando veluti conſultò, pus & ſaniem ad tempus ſeruare; quod cum cõmodè excerni non poteſt, repentina mors obtingit. Sic ſatius eſſe cum vulnus hiet & pateat, ſi quid alienum ſit, illac expurgare, quàm aut nouas vias comminiſci,

comminiſci, aut occluſum obſeratumque vulnus denuò aperire, magna enim eſſet ignorantiæ ſuſpicio, & iuncta crudelitatis opinio; immò & tutiſſimè fieri illo loco, & vulnus patere affirmabant & locum eſſe idoneum ſectioni in purulentis. Qui præerat omnia ſic moderari voluit, vt vtrique parti adblandiretur: at iſtæ blanditiæ & temperamenta ægrum perdiderunt, deſitum eſt vulnus cicatricem contrahere. Triumphus antè victoriam canebatur. Iam ſatagentium quorumdam Chirurgorum auaritia, ſibi loculos ampliſſimos acquirebat ad emungendam regiam liberalitatem, attentiores ad rem erant, non ægri rem, ſed ſuam. Regis qui frequenter aderat (æger enim erat amicus Cæſaris) beneuolentiam aucupari volebant, & in hoc omnis eorum ratio, animus, induſtria, & negotium otioſum verſabatur. Iam libellos ſupplices vulgo placets, ad demerendam Regis liberalitatem porrigebant. At Regis nimia diligentia & amor ad præcipitandum ægrum nimius fuit: omnes enim id vnum ſtudebant, vt Regi placerent, vt aliquid agere & dicere viderentur; ſic ſalus ægri negligebatur, & ſi quid aliàs malè geſtum fuit, hîc malè geſtum eſt. Itaque Regis ſpes fallitur, ægri ſalus deſeritur, foro & ſcænæ ſeruitur, auaritiæ loculus quæritur, mons parturit, naſcitur ridiculus mus, & his artibus in opprobrium & artis Medicæ & Chirurgiæ omnia conuertuntur: minùs enim benè tractatur quàm aliquis de plebe homuncio, aut ſcrutorum venditor. Porro ſupprimitur ſanies in thorace multa, febris perſeuerat, alui profluuium, macies, tandem de repente difficultas ſpirandi, ῥέγχος, & inde mors, hæc contigit circà 33. diem à vulnere. Apertum cadauer, 3. aut 4. libræ ſanguinis ſanioſi in capacitate thoracis inuentæ ſunt, corpus ipſius pulmonis non erat vulneratum, ſed tamen per ichoris contagionem erat velut tabo infectum, & membrana ſuccingens erat ſyderata. Mirum quòd toto morbi tempore nulla pene tuſſis fuit. Si tantula pars humoris pleuritim facientis tuſſiculas adfert, cur non tanta ſaniei pars in thorace & circùm mediaſtinum ſuppreſſa? nullus dolor lateris, nullum ſputum cruentum.

Nobilis vir in bello ciuili per fugam multa tulit incommoda; in tot tantiſque diſcriminibus cœpit laborare deſtillatione à capite poſtico, præſertim in humeros & ceruicem, hinc colli ac ceruicis contorſio quædam. Et cum tempore occurſum non fuiſſet remediis ad id inſtitutis, ita malum increuit, vt facies in poſteriora detorqueretur, & non niſi magno conatu in anteriora reflecteretur.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 309 sur 359

©BIUM

At ſiue bibere, ſiue edere, ſiue loqui vellet, funiculo in eam rem comparato retrahebatur caput aliorſum inclinans. Nunquam Lutetianis Medicis quidquam tale videre contigerat. At laborandum fuit in ſpecie morbi inquirenda, & remediis accommodatis. videbatur nonnullis vnius partis eſſe reſolutio, quæ alteri conuulſionem attuliſſet, quod non erat credibile, nam in eodem ſtatu pars perpetuo permanſiſſet. At reducta facies in ſuum locum niſi magno conatu & magno cum dolore ſiſteretur, conuulſiuo quodam modo ſtatim reuellebatur in poſtica, magnâ omnium qui aderant admiratione. Conuulſio erat reuera, & omnes muſculi erant affecti & viſcoſo frigidoque humore imbuti, qui diſcuſſus vſu rerum calidarum affectum ſuſtulit.

3. Mirum & inauditum quod contigit D. Colino Scabino Caletenſi Synocho febre putrida laboranti. illi multoties educitur ſanguis, febrilis incendij reſtinguendi gratia, vnâ horâ, aut alterâ poſt celebratam phlebotomiam, ſanguis vaſculis exceptus vermiculis plenus conſpicitur, vt in putri & verminoſo caſeo obſeruari ſolet. Nihilominus conualuit. Cauſam tantæ putredinis referebant Medici ad grauem malignamque exhalationem in aëra ſublatam ex vacuata cloaca ciuitatis inquinamenta, & purgamenta excipiente, quæ ambientem permixtione labefactauerat, & exitiali labe conſpurcauerat.

4. Cuidam mulieri quinquagenariæ obortus in ventre tumor, hydropis opinionem faciebat. Ante morbo graui afflicta fuerat, victa ars malo graue ſymptoma non arcuit. Has tumentis aqualiculi moleſtias menſes aliquot tulit, donec in hydropem cõfirmentur. Fœditas coloris, carnis ac molis collapſus, marcor & eminens abdominis tumor aſciten ſignificabant. Affligta annos aliquot morbo ac ſymptomate victa exceſſit. Apertum cadauera, qua intercus copioſè erupit, lien ac iecur vitium fecerat. Inteſtina velut tabo infecta conſpiciuntur. Nec alia occultior diuturnæ calamitatis & mortis occaſio quæſita eſt, donec in latrocinantis & penitus ſcrutantis Chirurgi conſpectum ſe meſenterium dedit. Occurrit aliquid inſolens cuius nouitas non tam admirationem peperit, quàm admiratio expectationem ſuperauit, omnibus ſtupor fuit; inuentum eſt meſenterium ab inteſtinis ſeparatum & abſolutum. Pondere, qualitate, abſceſſuum inſolentium, tanquam latentium ſcaturiginum vbertate, ſuprà quam credi poteſt fuit prodigioſum. Dena pondo pependit, denſum, corpulentum, ſucculentum

plus iuſto. Longius, latius & altius quam natura ferret. Sed abſceſſuum perennitas maiori admirationi fuit. Nam & melicerides, & ſteatomata pullularant. Tumores ex iis quidam adeo increuerant & ſatiati fuerant, vt exigua punctione ingens humoris mellei copia æſtu quodam exundaret. Multiplices tumores & lacunas humoris varietate, aut prudens, aut inconſulta natura quaſi cellulis diſtinxerat. Aliàs coacta ac conglobata materies atheroma potiùs exprimebat, aliàs ob ſolutum, ſed aliquantulum viſcoſum quem continebat humorem in meliceridon familiam tumor erat potiùs natus cooptari. Chœrades non apparebãt, ſed hic humor in natutam ſtrumoſam fortè degeneraturus erat. Sic omnia monſtroſa. Digladiabantur etiam anatomes gnari & ancipites erant, an eſſet meſenterium id quod apparebat, an quid aliud. Stupore quodam, nutu, renutu, hæſitatione potiùs rem definiebant ac diiudicabant (aut ſe fingebant diiudicare) quam graui aliqua ratione. Ex mutuo ore alij mutuo pudibundi ac dubitabundi pendebant. Ita herclè hæc pars tanquam deformata & in aliam naturam μεταπλαϑεῖσα naturam propriam ac formam exuerat.

Nobilis phreniticus per nouem dies decubuerat. Nulla arte conciliatur ſomnus, circà nonam noctem omnia exacerbata. Exiliebat, & medico aſſidenti manum afferre volebat. A miniſtris in lectum coniectus eſt, fingit ſe dormire. Inopinatò è lecto ſurgit, & è ſublimi feneſtra, in medicum qui in area ſtabat incidit præceps. Miraculo ſanitati reſtituitur. Putant caſu diſcuſſam materiam, copioſæ vrinæ fluxerunt, ſimile quid apud Hipp. lib. 5. epidemiorum. Cuidam crurum rigor erat, & diuturnus: fortè in lapidem cecidit. læſum caput eſt, vertigo oborta eſt. deſiit malum vetus. 5.

Mulier paupercula ſe vtero geſtare opinabatur, venter intumuerat valdè. Exacti ſunt perfecti fœtus menſes, nil producitur, tumor perſeuerat. Alij eam hydropicam exiſtimant, alij molam geſtare autumant. Poſteriorum opinionem euentus meliorem detexit. Nam cum annos ſedecim has tumoris moleſtias tuliſſet, emaciata interiit. Aperto cadauere apparuit vterus, vndiquaque diſtentus. Magnam cucurbitam & profunditate denſitatéque, & amplitudinem referebat. Adeo induruerat vt apprimi digiti non poſſent. Craſſities digitorum quinque penè erat, pendebat pondere libras nouem cum dimidio. In capacitate interna, maſſa quædam carnea concreuerat, quæ pertinaciter interno corpori vterorum adhæſerat, immo in eius naturam penè coaluerat. Molam 6.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 311 sur 359

eſſe putabant, quæ flexu temporis diuturnioris ita vteris ipſis magno adhæſu & pertinaci coniuncta, in ſimilem naturam vna ſui parte coiuerat. In colo vteri abſceſſus erat ſteatomatis naturam referens, cornua manifeſtò apparebant, teſticulus tantùm vnus erat. Miraculò multis diſſecta hæc pars exhibita eſt ad ſpectandum.

7. Ioannes Hualdus annos natus viginti & duo, de dolore capitis queritur, humiditate cerebri effuſa in opticos neruos occæcatur. Aduerſus id omni præſidiorum genere oppugnatur, nil proficitur, immo & empiricorum præſidia aduocantur. Audio tãdem viſum aliquatenus recuperaſſe, dolores perſeuerant capitis intolerabiles, omnium remediorum vim malum ſuperauit. Præ mali diuturnitate & vehementia interiit. Aperto cadauere abſceſſus reperti ſunt in proceſſibus (quibus vires & munia certa à natura tribuuntur) mammillaribus. Illos abſceſſus melicerides vocare poſſis, quamquam ad ſcirrhum proximè accedant. Os frontis eroſum erat & perforatum vi humoris acrimoniaque; foramen erat inſtar quadrantis qui tres denariolos pendet. Circum foramen obſita erat caries multa quæ tempore exediſſet. Oſſa autem ethmoidea parte interna magis cariem contraxerant, & paulò antequam interiiſſet necvidebat, nec odorabatur. Conuulſus interiit. Vno ante quam interiiſſet anno pedes incuruos retractoſque habebat, adhibitis particularibus frictionibus ex hydrargyro, iſta contractio ſublata eſt. Sed antequam fatis concedit, præ conuulſione & manus & pedes incuruantur, & ſic miſerrimè ſuum diem obit. Putabant venefico poculo imbutum, ſed male. Sed tanta fundi calamitas non aliunde orta erat peritiorum conſilio & opinione, quàm à latente luis venereæ veneno. Atque reuera ſigna aliquot paruerant: ſed in primariis iſtis liberis, ſi quid peccatum ſit, omnia ſolent leuiora æſtimari. Contendebant quidam eum ad luis venereæ curationem adigi debere, vndelibet hoc malum natum foret: ſed metu pecuniæ amittendæ ex venditione magiſtratus in quo erat conſtitutus, aut ne ea de re eliminaret quiddam, curatione ſuperſeſſum eſt. Nec dubium eſt quin ſpes aliqua curationis ſupereſſet, ſi plus valuiſſet virorum bonorum ſiniſtrum aduerſumque rerum exitum metuentium autoritas certa ratione roborata, quàm aut amittendæ pecuniæ metus, aut fucata nonnullorum opinio malo adblandiri ſolitorum.

Tamen & abſceſſus illi & oſſium caries poteſt ab alia cauſa quam à venere aut veneno oriri vide quod ſcripſit Hipp. lib. 2. de morbis cap. de carie oſſis capitis.

Claudius Prior cum ſumptuum metu medicos conſulere ne-

glexiſſet intolerabili ſiti cruciabatur. Hanc mero ſoluere nitebatur. Adaugebat magis. Viſcera habebat calidiſſima, intemperantiſſimè vixerat, & malè affectos pulmones maléque affectum iecur elephantica facies demonſtrabat. Malo vires quærente raptis ſurſum humoribus & aluo aſtricta penè ſuffocatur. Stertit, lingua denſatur, apoplecticus quodammodo fit. In ore denſitas iſta linguæ remanet, circum venas ranales batrachion naſcitur, in gargareone quoddam φλόγωμα, ac ſi angina eſſet ἐρυσιπελατώδης, loquendi magna difficultas, omnia ex arte fiunt: tamen cum non febriret multum, inopinatò ſeptimo die natura irritata moliri vult aliquid. Neſcio quæ materies in pulmone concluſa mouetur, ac ſi abſceſſus aliquis eſſet. Iactatur, reſurgit ſæpè, ſtertor, mors. illa ſitis ingens à pulmone calfacto ob pituitam putrem nata erat. Erat vel eryſipelas in pulmone impropriè dictum ab Hipp. denique hoc fuit pleripneumonicon. Simile paſſus eſt piæ memoriæ Doctor Therſophus Galterus: cum enim inextinguibilem vnius menſis ſitim ſuſtinuiſſet, oborto leni dolore lateris, intra quatriduum interiit. 2. de morbis.

Mirum quod obſeruatum in aperto cadauere cuiusdam virginis: ea cum per menſes aliquot laborauiſſet, & iam de hydrope metus eſſet, vi morbi interiit. Internum corpus obſitum erat exiguis admodum abſceſſibus, quorum infinitus erat numerus. Sebum contentum in iis videbatur: ſpeciem internarum chæradon putabant. 9.

Nobilis mulier frequenter animo deficiebatur, omnibus remediis magnam & malignam vim morbi oppugnantibus conſulebatur. Aperto cadauere in ſiniſtro cordis ventriculo repertus eſt exiguus quidam grumus ſanguinis qui ibi concreuerat, hinc repetinæ mortis occaſio. 10.

In obſidione Rupellæ cuidam nobili globulo ſclopetario transfoditur pectus à coſtis mammæ ſiniſtræ ſubiectis ad infimas nothas coſtas lateris dextri; præſertim quà parte ſita eſt cartilago xiphoides: hoc tamen vulnus curabile fuit. At anno poſt obortus dolor eſt intolerabilis colico ſimillimus qui nulli ceſſit remedio. Eo extincto apertum cadauer. Inuentum eſt diaphragma parte ſua carnoſa perforatum ſuperiore ictu. Atque foramen illud aliqua ex parte obductum erat caruncula quæ circum accreuerat: Tamen per reliquam rimulam colon inteſtinum ſenſim ſubiuerat thoracis regionem, deinde per attractionem quandam maiore 11.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 313 sur 359

©BIUM

ſui parte ingreſſum fuit: idemque contigit quod tenui vulpeculæ apud Horatium, cum enim intumuit egredi non potuit. Denique vt fit enterocele in ſcroto, ita enterocele facta eſt in pulmonis capacitate.

12. Alteri à ſimili ferè in diaphragmate vulnere, ventriculus ſubiuit pulmonis capacitatem ſenſim, & intra breue tempus interiit.

13. Mercatori dolor ſummus ad ſpinam dorſi, annum integrum laborabat. Quòd aliquando lue venerea infectus eſſet, id attribuebant veteri morbo. Ter aut quater litus eſt. Nihil malum quieuit. Tandem ſurſum deorſum ingens ſanguinis copia excreta eſt. Aperto cadauere Aneuriſma compertum eſt in diuiſione magnæ arteriæ ad ilia, quà parte ſpinæ incumberet.

14. Ioanni Formaget dolores ad vtrumque hypochondrium ac præſertim ad ſiniſtrum. Solo manus apulſu dolebat, manifeſtus erat pulſus in liene. Nos aneuriſma eſſe ſuſpicabamur. Eodem die quo ſecta vena exolutus eſt diffuſo affatim ſanguine. Putruerat lien, & grumoſi ſanguinis ſiniſtro in hypochondrio magna copia reperta eſt.

15. Cuidam omnes arteriæ micabant manifeſto. Mirum id fuit. Inſtituta diæta curatus eſt.

16. Mulier præpinguis macreſcere volebat. Creta & aceto ſæpè mulierc ularum & empiricorum conſilio vſa eſt. Hinc pylori conſtrictio inſecuta eſt tanta, vt inde mors euenerit.

17. Cuidam lien ſua mole iecur ſuperabat. Crediderunt medici illud iecur à tanto liene in coctionis munere perficiendo adiuuari.

Fernel. c. 7. l. 1. phyſio.

18. Cuidam vnus tantùm ren erat, ſed mira magnitudinis mole alterius defectum compenſabat.

ibid.

19. Cuidam dolor capitis implacabilis circum ſuturam coronariam. Irrita medicamenta. Qua parte dolor deſignabatur, eadem facta ſcalpello ſectio. Non profuit. Aperto capite repertus eſt vermis inter caluariam & piam matrem ſitus. Si terebrata caluaria fuiſſet, ſpes vitæ aliqua fuiſſet.

20. Filius familiâs cladem gallicam patiebatur. Dum id clam eſſe vult, imperito barbitonſori rem credit. Hic rem paruifaciens nil intereſſe putat quo modo morbus curetur. Nam æger toto die ad prima munia redibat, deinde ſero benè cœnatus duabus horis poſt illinebatur hydrargyro: nox ita tranſigebatur. Mane circiter deci-

mam patris menſæ accumbebat. Et ita morbo defunctum ſe putabat. Sed de repente centum penè locis tubercula apparuerunt atheromatis ſimillima, & paruarum lupiarum inſtar. Elephantiaſis metuebatur. Remedia ad elephantiaſin vſurpantur: media curationis via obiit.

21. Hieronymus Sabucimus.

Inueni cuidam magna in ventriculo cruditas erat, febris quotidiana ſucceſſit. initio paroxyſmorum ſyncope: deinde epilepticæ conuulſiones. Quid hoc rei?

22. idem.

Magdalenæ ad ædes diui Marci habitanti pes palpitare vehementer ex pollice dextro cœpit. Hæc palpitatio hinc rectà aſcendebat per crus, femur & lumbos, donec ad caput perueniret, quo contacto deſipiebat, poſtea ſtatim conuellebatur ſpuma ad os facta.

23. idem.

Mulier quædam ſtrangulatui matricis erat obnoxia. Sæpè in comitialeis conuulſiones incidebat ac ſyncopas. Hoc malum cum ſæpiùs tuliſſet, nec vllo remedio liberaretur, excreto tandem è vulua nigro quodam humore & craſſo, miraculo euaſit.

24. idem.

Philoſophus quidam intolerabili capitis dolore tenebatur, pars dolens in ſyncipite magnitudine digitum non ſuperabat. Aperto capite craſſior membrana ea parte in qua dolor excitabatur caluariæ adhærebat pauculo humore putri interiecto. Annotauit quoque autor idem quoſdam comitiales factos fuiſſe quod pars vnguenti ex hydrargyro in aurem incidiſſet. An hoc veriſimile eſt.

25.

Cuidam familiaris erat prolapſio inteſtini in inguen, fortè illi bubo venereus oboritur, ſuppuratur. Aperitur ſcalpello pars. Ita dum cicatrix obducitur, ita firma fit pars vt via præcluſa ſit deſcenſuro inteſtino.

26.

Coquus quidam difficultate meiendi tenebatur, aliquando ſuppreſſio erat vrinæ. Calculum in veſica, aut aliquid ſimile ſuſpicabantur. Per quædam interualla malum repetebat. De repente interiit, ſubitæ cladis cauſa reperta eſt aneuryſma ruptum, valdè enim erat dilatata arteria quæ vaſis vrinariis ſubiacebat. Ac credibile dilatationem iſtam arteriæ difficilis mictionis cauſam fuiſſe.

27. Fer. c. 11. l. 1. de morb caus. Hip. 5 epid.

Grauidæ mulieri octauo menſe abſceſſus ex aure erupit, filius eius hoc partu editus perpetuò purulentas aures habuit.

28.

Quidam opimo corporis habitu, bibax, diebus octo ex ingenti corporis mole in magnam gracilitatem, citra vim morbi collapſus

©BIUM

Idem de vrinis c.11.

est. Et magnam vrinæ copiam profuderat, repentini collapsus & extenuationis causam.

29. *Idem c.10. de febrib. forte idem D. Sangermano contigit cui erat familiaris vomitus.*

Quidam ætate florente epulans liberaliter, quotidie bilem vomebat. Hæc cessat vomitio; hinc ventriculi dolor immanis cum nausea & tussi inani. Vicies die rigebat citra febrem. Exactis diebus XV. tertiana corripitur; hac soluta resoluuntur omnes partes quæ sub capite sunt. Aperto corpore bilis prasſina syncera reperitur in cauo iecoris pondo libræ membranis coercita, & huius portio in neruos spinæ iam irrepserat.

30. Quidam in cymeterio sancti Ioannis à lithotomis sectus, detracti quinque lapides. Mirum quod illi per totam penè vitam contigerat. Aluus nil penè reddebat nisi liquidum, aut solicitata pharmacis. Nesciebatur quò id esset referendum. Aperto cadauere repertum est in medio vnius crassi intestini annulus crassus & durus qui mediam penè intestini partem occupabat. Sic crassiora excrementa non poterant transmitti.

31. *c.9. pathol.* D. du Peron per 15. menses aluus liquidiuscula deiiciebat. Tandem excretus ingens lapis qui continebatur in intestinis. Fernelius multos recenset quibus ab intestinis lapides deturbati sunt etiam sine dolore.

32. Rassius obseruauit detracto pilo vno eorum qui in cauitate nasi nascuntur, cancrum teterrimum contigisse. Quod notandum, nè quid hîc temerè fiat.

33. Filia Bartholomæi Roland ventris tormina questa est, vomitiones assiduæ. Dolor nulli cessit remedio, dolore victa mortua est. Stylo abdomini immisso exiguo admodum foramine flatus erupit, & totum abdomen resedit. An non viuenti metu repentinæ mortis ista punctio fieri & potuit, & debuit. Audendum hercle desperatis maximè rebus.

34. Dolebat sartor quidam, & suppressionem quandam vrinæ patiebatur. Erat autem pituita obstruens vrethram quæ id faciebat. Ille dum niteretur, acu pituitam aut inducere, aut educere, ea fortè impacta isti pituitæ introducta est; tribus post annis eductus est ex lithotomo lapis. Hic sta acu erat transfossus. Nunquid id miraculi instar est?

35. Puero cuidam in pupillam oculi stilus acutus adigitur: aqueo autem humore effuso qua ictus fuerat oculus, minor aliquantò reddita pupilla est, corneaque in rugas contracta est. Sed qui effusus humor erat, collectus est, & in locum suum refusus, vlcere ad cicatricem

cicatricem perducto ſanitati æger reſtituitur. Rara hæc ſunt: nam cum vlcus pupillam attingit & aqueus humor funditur cæcitatis certiſſimæ metus eſt; id tamen Galenus obſeruauit cap. 2. lib. 1. de ſympto. cauſis.

Cuidam Chirurgo cum per dies aliquot cum ſumma cutis ſiccitate & ſqualore febris aſſidua, periculum mortis crearet, ac iam de funere ageretur: audacioris medici conſilio propinata aqua quantum ebibere poſſet: deinde veſtimentis circumtectum corpus: ſudores manauerunt: aluus liberior fuit, conualuit. Ab eo tempore familiaris fuit ob refrigeratas impendio partes alui fluor ex interuallis repetens. Iam annos 24. perſeuerauit. Mirum cur maior offenſio non contigerit. In methodi medendi lib. 9. vetat Galenus ne ſiccis calidiſque corporibus aqua exhibeatur, quòd partes ſolidas lædat, verba Galeni hęc ferè ſunt: Intempeſtiuè aqua præſcripta imbecillas corporis partes concutit, vnde nonnullis ilico ſpirandi difficultatem, conuulſionem ac tremorem conciliat. Minus iis tuta qui paucum ſanguinis habent. Nam celeriter ad partes ſolidas venit. Tamen alio in loco in febribus hecticis in quibus carnium eſt conſumptio aquam mirificentiſſimè laudat. Aquæ potus, vt ita duo illi loci concilientur, initio hecticarum & intemperiei calidæ ſiccæ confert, & dum vires vigent. Sed ſi contrà eueniat, quia nil in corpore eſt quod vim occurrentis aquæ debilitet & frangat, damnis augetur ægrum corpus.

36. 10 *method.*

Atiſto. Mitilnienſis corpore erat gracili, macro, & ſuperius os ventriculi vt potè frigidius aquæ frigidæ aſſueſcere nõ poſſe ſæpè animaduerterat. Morbo præhenſus eſt, cui profligando aquæ potum ex vſu eſſe medici colligebant. Ille verò contrà inſiſtebat ne frigida propinaretur, alioqui, aut grauis ſingultus, aut conuulſionis metum adeſſe. Medici opinionis ſuæ defenſores pertinaces frigidæ poculum propinant. Contigit vt æger prædixerat. Nam conuulſus inde interiit. Quod diligenter notandum eſt vt aliquid conſuetudini tribuatur.

37. *Gal. c. 1. l. de cõſuetud.*

Inexhauſtâ ſiti cruciatos & ab ea nonnullos intereuntes vidit Galenus. Primum eum qui viperam (dipſadem eſſe ſuſpicatur) comederat: item qui vinum in quod fortè inciderat hoc animal, tum qui vetus vinum ad ebrietatem hauſerat. Nec non qui in naui ſiti diuexati temperare ſibi non potuêre quin marinam aquam biberent, ij celeriùs interierunt, quam qui ab ea temperarint.

39. *Gal. c. 7. l. 1. de cauſ. ſympto.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 317 sur 359

39. Vomitus cruenti & munctionis cruentæ ac hæmorrhagiæ causa esse potest hirudo, aut bibita, aut inter natandum naribus ducta. Et Galenus ita de homine integrè sano sensit qui cruentum euomeret. Nam fortè ille in fonte paruam hirudinem hauserat quæ tempore increuerat: alius cruentum eodem in nare adducto animali emunxit.

Gal. c. 5. l. 4. de loc. affectis

40. Fernelio occurrerunt qui cum nonnulla respirandi difficultate laborarent, ab exercitatione incalescentes lapillos tussiendo è pulmonibus extunderent. Alij pilulas erui, aut pisi magnitudine. Ac idem obseruasse se fatetur Galenus in libris περὶ τόπων παθῶν.

Fer. c. 10. l. 5. patho.
Gal. c. vlt l. 4. de locis affect.

41. Antipatri medici notanda historia, & cuius morbus nonnihil dedit negotij Galeno, & sex mensium tempus exigeretur antequam notitiam causæ pulsus inæqualitatis haberet. Antipater omnem in multis pulsibus, immo & in vna pulsatione inæqualitatem querebatur. Causam ad vitium pulmonum, nempè ad obstructionem Gal. referebat: obstructio autem & angustia, aut cum febre est, aut necessario cum orthopnœa, neutrum aderat, quod mirum. Causam autem cur orthopnœa non esset Galenus sensit quod humor viscosus nō asperas sed lęues arterias tantum occuparet. Inde notandum non omnem arteriarum pulmonis obstructionem difficilem anhelitum afferre, sed quæ in asperis non autem læuioribus est arteriis. Sed quæ in læuibus est, tandem malo increscente repentinum affert interitum, vt Antipatro quoque contigit.

Cæs. vlt. l. 4. de locis affect

42. Septennis puella diarrhœa correpta plures dies grauidam olidamque materiam aluo reddit. Consilium cum mulieribus ceptū est, in eam rem largè cytoniatum exhibetur. Aluus inde omnino restitit. Eâ suppressâ sæua tormina excitantur, adeóque intumescit venter vt repentè hydropica facta videretur. Inualescunt dolores, stercus per os reiicitur. Aperto cadauere cæcum intestinum adeo cytoniato obturatum deprehenditur, vt illac nil pertranfire posset. Immo accidere potest vt illa putris acrisque materia peresо perforatoque intestino aliam sibi viam quærat. Hinc patet nocere plurimum si aluus fluens repentè supprimatur.

Fern. c. 9. l 6. Patholog.

43. Senator sanus ex coniuge sana liberos omnes surdos suscepit, & multos; huius rei causam cæcam putant. Conformationis vitio tribuunt, sed vnde.

Fern. c. 6. l. 6. Patholog.

44. Alius cum Lutetiæ degebat sanos omnes liberos suscepit: si

Burdigalæ,omnes mutos & ſurdos. Item alia mulier ſana coniugi ſano iuncta,ſurdos habebat.Recens natis Fernelius,oleum amygdalinum amararum in aures inſtillabat. Auditum recuperabant.

Adoleſcens à vehemeti exercitatione cum moleſta tuſſi torqueretur,vomicam integram oui columbini magnitudine extudit, in qua pus erat laudabile.Secuta hinc cruenta excretio. Conualuit. 45. *Fern.c.10.l.6. Patholog.*

Parrhiſiis duo medici repente interierunt rupta vomica in pulmonibus, cum nec febris, nec inappetentia, nec aliud ſimile præceſſiſſet. Quæſtio. Quî fiat vt ita lateat vomica nec ſui ſignum edat? cur non ab ea effertur vapor in partem vicinam qui leipothymiam afferat? hoc explicauit Hippocrates, Quibus ſuppuratio in corpore latet, ea vel præ puris craſſitie, vel loci non apparet. Sic circum voluentis materiam membranæ craſſities impedit quo minus à parte quicquam mali exhalet. 46.

Quidam in vico templi fluxu alui laborauit. Sexto pòſt anno interiit. Multis vomicis obſeſſum erat hepar & pars meſenterij ſyderata erat. 47. *Holler c. de alui fluxionibus.*

Monachus pici ſimillima excreuit. Extima algebant, de funere agebatur. Conualuit. Ne credas omnem qui per inferiora excernitur nigrum ſanguinem malum eſſe & atrabilarium. Nam Hippocrates ait 4. aphoriſmorum per comparationem per inferiora melius eſſe nigrum deiici. Galenus vult illum nigrorem tarditate egreſſus acquiri. 48. *Holler. c. de dyſenteria.*

Adoleſcens annos 12. natus bilioſo fluore vnà cum febre correptus deiiciebat dyſentericis ſimilia,nigrum ſanguinem Sitis,extima algent,vigiliæ.Obiit 9. die. ſecatur cadauer. Oeſophagus ad ventriculi os ſuperius & medium thoracem ſyderatur, item & epiploon. pulmones vlcerati, & inteſtina. Sæpè in dyſenteriis malum longiùs ſerpit. Relictis inteſtinis appetit malum aluum ipſam,præſertim cum corpus bilioſum, parteſque ſunt imbecillæ. Qua ratione dyſenteriæ vis ad aluum vſque pertineat videre eſt in aphoriſmo illo. Diuturnæ dyſenteriæ ſi nauſea & cibi faſtidium ſuperueniat,malum. 49. *ibidem.*

Alteri febris, vomitio, ventris dolor, deiectiones pici & nigro ſanguini ſimiles: 20. die mors. Inuentum eſt vlcus vſtulatum in ambitu exeſis omnibus tunicis ventriculi qua parte in pyloron decliuis eſt. Toto morbi tempore aluus procidebat. 50. *Holler.*

Et nos in fabro lignario obſeruauimus rem commemoratione 51.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 319 sur 359

©BIUM

dignam. A malè curatis hæmorrhoidibus, & vi ſedi illatâ, rectum inteſtinum imbecillum redditur. Cuidam rheumaticæ diſpoſitioni obnoxius eſt, id eſt, ex quibuſdam interuallis ſanies olida & putris illâc manabat. Gulæ & abdomini ſeruiebat. Generoſioris vini amantiſſimus, habitu erat macer, ſqualidus. Cœpit non ita fluere iſta proluuies: hinc dolores ad imum ventrem: iactationes, carentia ſomni, inappetentia: tum faſtidia ciborum, & vomitiones perpetuæ: tamen à medicamentis leniùs habebat: & natura vim potius ferebat medicamenti, quàm alimentorum gratiam. Cum quid biberat ederat ve ponderis ſenſionem habebat in ventriculo, & veluti de obice obiecto querebatur. Nulla arte vomitiones ceſſauerunt, febris lenta. Tandem conſumptio corporis, imus venter collapſus, partium extimarum perfrigeratio: Mors. Aperto cadauere gibbus liuebat, fundus ventriculi & pyloron ſyderarum: totus ventriculus putris & laceratus eſt, minimo ferè digitorum conatu.

52. *Holler. c. de dyſenteria. Gal. l. de ſang. miſſione aduerſus Eraſtratæos. Hipp.*

Dyſenteriâ quidam detinebatur, repente ſuppreſſa eſt, & paulò poſt inſanus redditus eſt. Et Galenus ſuppreſſione hæmorrhoidũ, & dyſenteriæ, nephritim atrabilarios morbos conſequi autor eſt. Nobilis pictor in fœdam ſtabiem ſuppreſſâ dyſenteria incidit. Et Hippocrates particul. 80. lib. 4. de diæta acutorum, dyſenteria quæ ceſſauit, aut abſceſſum, aut ruberculum efficiet, niſi vel in febres, vel in ſudores deſierit: & in Coacis ſcribit, Dyſenteria intempeſtiuè ſuppreſſa abſceſſum in coſtis, aut viſceribus, aut articulis facit. Cauſa cur ſuppreſſa ſemel dyſenteria aluus ita reſtringatur, eſt quia ſiccatur inteſtinum humore furibundo ſuppreſſo: & tum pus in inteſtinis manet quod tandem interficit. Quod in pleriſque obſeruatum.

„ *Hipp. in Coacis.*

Holler. c. de dyſente.

53. *Holler. c. de ſtranguria.*

Domino de Mancy calculoſi renes ſuppurarunt & colliquefacti ſunt, adeo vt pellicula externa remaneret. In aliis idem obſeruatum.

54. *ibidem.*

Cuidam ſubitò reſoluitur veſica cum repentè dolor incidiſſet in os ſacrum & coccygis, vrina ſupprimitur. Tamen tuſſiens, aut manum pectini admouens reddebat. Rectum inteſtinum ἀναίσθητον redditur, clyſmata non ſentit. Admotis contra paralyſin remediis conualuit.

55. Primarius Collegij diuæ Barbaræ longa vrinæ ſuppreſsione diuexatur. Vi remediorum aliquando meiebat, ſolus ren dexter calculo erat occupatus. Cur non ſiniſter officium ſuum fecit?

Nobilis quidam in pueritia ſectus fuit. Grandiori dolores ad veſicam, calculi ſigna aderant. Catheter tamen deprehendi non potuit. A malè curata cicatrice abſceſſus & gangræna venit, interiit. 56. *Holler. c. de ſtrangu.*

Mercatori omnia calculi ſigna, Catheter probare non potuit. Mortuo duo magni calculi reperti ſunt, ſinguli ſua membrana inclusi. Membrana illa iudicium catheteris eludebat. 57. *Holl. c. de lapide veſicæ.*

Vidi puerum annos duodecim natum qui calculum in veſica haberet, intolerabili dolore cruciabatur. Interiit vno ante obitum anno, adeo putrem olidamque materiam meiebat cum dolore ſtrangurioſo (vt ſic dicam:) vt qua parte vrina veſtimento hærebat in ea vermes naſcerentur. Notandum hîc humorem pituitoſum, putrem, & purulentum humorem (ſine vlcere tamen) eadem ſymptomata inuehere poſſe quæ & calculus ipſe. 58.

Aduocatus meiebat vermes à pituita in veſica ſuccreſcente. Alius intolerabili conciatu pituitæ quæ in cryſtallum concreuerat, partes aliquot excernebat. Quidam annos 20. vrinam cum capillitio vrinam excernebat. Præſes pituitam lentam, corruptam magna quantitate meiebat. Notat quoque Hollerius à renibus pus excerni: nec neceſſe eſſe vt ſanguis vnà excernatur. Item in pulmonibus & capite inuenti lapides. Et ab abſceſſu renum tabes contingit, hinc mors. 59. *Holl. de calculo veſicæ.*

Mulieri cum cruciatibus purulenta, vrina profluebat. Quarto pòſt menſe interiit. Duo calculi in corde cum multis abſceſſibus reperti. Renes erant integri & viæ vrinariæ. Mirum quî tantus dolor cruciaret. 60. *Holl. c. de lapid veſicæ.*

Mercatori dyſuriam patienti ſigna omnia calculi. Secto non reperitur lapis. Ad collum veſicæ caro concreuerat. Idoneis conſumpta remediis, conualuit. Obſeruatione dignum eſt quòd mictus cruenti in pleriſque perſpiciuntur. Non tamen magno terrori eſſe debent. Nam annotat Celſus lib. 4. poſt vehemens exercitium ſanguinis mictum contingere, quod laſsitudinem à labore contractam leuat. Hoc autem præſertim iis contingit quibus ſolemnis euacuatio aliqua ſuppreſſa eſt. 61.

Aduocatus Perror minimas carunculas ſæpè meiendo excernebat. An non id a renibus? 62. *Holl. c. de mictu cruento.*

Moniali cuidam mictus cruentus: at & ob exercitationem poteſt contingere, & ob ſuppreſſos menſes, (vt huic contigit) & 63.

κριτικῶς.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 321 sur 359

©BIUM

64. Aduocatus Archambault ſæpè per os ſanguinem excernebat, per aluum & vnà cum vrina.

65. *Holl.c.de vermibus.* Puella album vermem latum, palmo maiorem ſatis craſſum reiecit per nares, nulla tuſi, nullo vomitu antecedente. Præceſſerat acerbiſsimus capitis dolor per duos dies. obſeruauit Valeſcus de Taranta dolores capitis à vermibus eſſe.

66. *ibid.* In quodam cum præceſſiſſet lumborum & regionis renum dolor, è renibus ipſis cum vrina vermes reiecti ſunt.

67. Puer natus annos 12. ex interuallis longos vermes, albos è ventriculo reiectabat. Erat commotio, morſus, ſitiebat, angebatur.

68. *ibid.* Excretum vermem, Tineam vocatum, nouem pedes longum obſeruauit Valeriola. notat quoque Sanaronola vermem pedes 15. longum excretum fuiſſe, lib. de vermibus cap. 1.

69. Senex cum ea ſymptomata quæ & pueri conflictati vermibus, paſſus fuiſſet, quingentos excreuit vermes propinato medicamento è ſcordio & corallina.

70. *Holler.* Mulier ruſtica palpitatione cordis & inflatione ventris, ac ſi vtero gereret, laborabat. Vermes prodiêre quam plurimi, conualuit. Sæpè inſolentia ſymptomata vermes afferunt.

71. *Holl.c.de hæmorrhoid.* Nobili cuidam, cum in grauiſſimo renum dolore pus, ſanguinem & craſſam pituitam meieret, quia tumebat hæmorrhois, & dolor non cedebat remediis, apertione hæmorrhoidon, incredibili celeritate dolor conquieuit.

72. *Cap. de exitu ani.* Mulier nil excludebat ſtercoris, dolor in ano ingens, implacabilis. Speculo immiſſo nil apparuit. Tandem ſumma vi & eo conatu & dolore qui in difficili partu eſt, rotundum globulum è cæco inteſtino deiecit. Is globulus tunica erat inuolutus ſuberis ſubſtantia, herniâ laborabat.

73. Dominus de Vau-iour annos natus viginti cum palpitatione annos aliquot laboraſſet, aſſumpto caſſię bolo eodem die interiit. Quod iis contingit qui ea palpitatione moleſtantur. Omnes arteriæ euidenter in ſingulis ferè partibus palpitare videbantur. Aperto cadauere adeo omnes cordis valuulæ & magna arteria diſtenta viſa eſt, vt cor triplo, aut ſaltem duplo amplius videretur.

74. Nicolaus Magnus & nomine, & re, præ ingenij excellentia magnus à decimo nono ætatis anno palpitatione laborauit. Narrat ſe tum palpitationem incipientem ſenſiſſe cum annos vnde viginti natus contentiùs in vmbratili philoſophorum xyſto diſputaret.

Nam cum aliis aliud contingere ſoleat, non mirum ſi in ea contentione quidam in epilepſiam incidant, in palpitationem alij. Atque ab eo tempore ex interuallis ea palpitatio repetere ſolet, eámque ex ſtomachi cruditate originem habere credit. Nam flatibus erumpentibus leuatur plurimum: & cum acceſſio adeſt neceſſario illi decumbendum abſtinendumque à cibo & potu. Exactis horis aliquot ſudor manat toto corpore, alleuatur, cibum capit.

Puellæ tremor in ſiniſtra parte in facie & thorace, non autem in partibus inferioribus ſi in ſiniſtrum incumberet, mouebatur. Quieſcebat autem in dextrum deuoluta. Mane & veſperi mouebatur, caloris & frigoris erat viciſſitudo, ſuppreſſi menſes annis fere tribus. Facies ſaturato colore. Tenaſmus, dolor ſtomachi, lien inflatus; huic vincula vteri erant reſoluta. 75. *Holl. c. de exitu matricis.*

Dominæ de Rochepot cum varicoſa eſſet hyſterica affectione præhendebatur cum delirio, riſu, lacrymis, oculorũ contractione. 76. *Holl. c. de hiſt. affect.*

Filiabus Præſidis Rothomagenſis in motu vteri ſurſum quo ex interuallis agitantur, riſus, præſertim dum paroxyſmus inſtaret. Riſum nec monitu, nec minis compeſcebant. Reſpondebant ſe non poſſe illum continere. 77. *ibid.*

Mulier cum 9. menſes videretur vterum geſtare, cum omnia paruiſſent quæ in legitimo partu accidere contingunt, nil aliud præter quædam animalcula ranis ſimilia excreuit, cum multis purgamentis cruentis. 78. *Holl. c. de mol.*

Alia cum perfecto fœtu molam excreuit ac ſi aliqua eſſet ſuperfœtatio. 79.

Cuidam cultello aperta, hernia aquoſa fuit. Hinc in gangrænam, dolorem intolerabilem & delirium incidit, mors expectabatur. Excluditur multa aqua per vretram, conciſa magna pars gangrænæ conualuit. 80. *Holl. c. de ent.*

Quidam diu pila palmaria luſerat, laſſus ſomnum iniit in periſterotrophæio. Repente elephanticus euaſit. 81. *Sylu. com in l. Gal. de febr.*

In colicis doloribus cauendum ne decipiamur. Nam ſæpè in fine febrium, contingit à centro materiam regeri in abdomen, ibique dolores excitari colicis ſimiles cum in inteſtinis nulli, aut exigui flatus contineantur. Sæpè humor bilioſus ferit & diſtendit, doloremque excitat qui colicum mentiatur, interdum continentur abſceſſus à quibus dolores colicis non abſimiles excitantur. Quod obſeruauit Fernelius & nos poſt illum. 82.

Aduocatus Gilot dolore colico cruciari putabatur, ſed fruſtra. 83.

Variis præſidiis tentata res eſt. Nil profectum. Poſt longa & multorum annorum tormina, quibus non decumbebat, ſexto quo decubuit die, interiit. Huic colon qua parte vicinum reni ſiniſtro collecta veluti cartilagine dura in ſcirrhum obduruerat interiore cauitate eo tumore intercepta. Atque ita nil tranſcurrebat. Parte dextra colon ad inſtar magnæ veſicæ dilatatum medicamentis erat. Superiecti vicinique muſculi abdominis & peritonæon erant ſanioſa.

Holl. de colico dolore.

84. Hieronymus Germanus colicum dolorem pati putabatur. Quarto die interiit extimis ante frigentibus, languente pulſu, ſanguineis ſpectris ob oculos obuerſantibus. Huic interna in viſceribus & inteſtinis inflammatio & putrilago erat.

85. Sacerdoti colici dolores acerbiſſimi. Secuta deinde eſt paralyſis quæ ſedatis doloribus remanſit. Nam & vi doloris, & per modum abſceſſus irritata materia παλλυσιν, poteſt afferre. Id frequenter contingere aſſeuerant Pictauienſibus.

86. Mulierem ſexagenariam vidimus quæ fluore tetro muliebri conflictabatur, diu perſeuerauerat. Neſcio quo remedio repreſſus eſt, hinc natus diabetes ſæuiſſimus quo emaciata tabefactaque interiit. Narrauit nobis ſe in renum regione ſenſum ingentis frigoris ſæpè præceſſiſſe.

In tumore abdominis & hydropis ſpecie multa ſæpè obſeruantur memoratu digna. Nam & pars detumet & euaneſcit ſine manifeſta excretione.

87. Negotiatori Pariſienſi in Angliam profecto cum is intumeret valdè, tumor miraculo quodam ſubſedit, euanuit morbus, nec rediit. An quod tumor partim vi caloris naturalis cum viſcerum robore coniuncti diſcuſſus fuerit, an quod adiutus fuerit ab aëre marino cui ſe commiſerat in negotiatione?

Holler.

88. Cuidam hydropico ſudores toto corpore manarunt, & aqua totum corpus diffuſum erat, hinc curatio.

89. Piſcator 12. menſes quartanâ laborarat: huic malè curatæ & ob improbam victus rationem hydrops ſucceſſit. Deinde ſurſum tranſlata materia conuulſiones epilepticæ & terrificæ, tumor faciei admirabilis: delata deorſum tumorem pedum & ſcroti attulit. Hydrocele, teſticulorum phlogoſis & metus gangrænæ: ſectus eſt. Conualuit, tametſi pronuntiarit Hippocrates epilepſiam hydropi ſuperuenientem deſperatam eſſe, in Coacis.

Hipp. in coacis

90. Cuidam ad viuum ſecti ſunt vngues: abdomen intumuerat; exercuit

exercuit corpus: per extimas partes aqua defluxit, conualuit.

Alteri abdomen tumidum habenti alui fluor: detumuit aqualiculus, repetiit paulò poſt, mors. Et nos ſæpe hydropicos alui fluore interiiſſe comperimus: quanquam Hipp. ſcribit, Si hydropico aqua in ventrem confluat, bonum. 91. *Holler.* "

Singultiendi non faciebat finem quidam, & nonniſi vſu vini Hippocratici alleuatus. Credibile eſt huic ventriculi os ſuperius præfrigidum habuiſſe. 92.

Puella perpetuò ſingultiebat, nil deglutiebat, dolor in œſophago erat. Antè pulmonibus bubulis largiter vſa fuerat, hinc grauitas in ſtomacho, nauſea, vomitus, fruſtulum pulmonis quem ederat, in œſophago reſtiterat. Cucurbitulis reiectum eſt fruſtulum & aliis adhibitis remediis: conualuit. 93.

Archidiaconi à ſyncope & palpitatione è viuis ſublati corpore diſſecto abſceſſus in ſubſtantia cordis inuentus eſt: in alterius pericardio aqua inuenta eſt, quæ id ſymptoma inferret. In Britone inflammatio cordis, in alio abſceſſus in vena arterioſa. 94. *Holl. c. de palpitatione. Gal. c. 2. l. 5. de loc. aff.*

Ioa. Minard Supplicum libellorum in Regia Magiſter interiit à magno abſceſſu: in pericardio tunica contenta erat materia purulenta, & hoc medicis admirationi fuit. Vnde dum viueret & bellè munia ſua obiret; ex interuallis leipothymia præhendebatur: Aphonos per 12. horas, aut eò plus manebat. Huius rei cauſa an aliò referenda? legendus locus Galeni de Simia in libris de locis affectis huc maximè pertinens. 95. *Cap. 2. l. 5. loc. aff.*

Palpitatio pleriſque incidit. Pericardium flatu multo diſtentum deprehenſum eſt. Et is flatus in aquam aliquando concreſcit. 96.

Præſes Rothomagenſis ab ineunte ætate ad annum 55. quo obiit palpitatione cordis tenebatur, ac præſertim à ſomno meridiano & vbi arctius tibias decuſſatim complicaret. Senſus erat quidam tremulus ad carotidas. Pulſus paruus vel nullus. Soluebatur paroxyſmus edito crepitu, ructu clyſtere; dolore in mediis clauiculis excitato, deinde in fronte, vel tuſſi ſatis violenta ſponte nata, idem mulieri contigit. Repererunt medici in vtroque cor eſſe calidius, frigi liorem ventriculum. Sic vapor excitabatur, quem calor diſcutere non poterat. 97. *Holl. c. de Palpitatione.*

Mulier ex balneo, aut vitioſis lignis ſuccenſis animo deficiebat. Quidam ſi per horam lauaretur idem patiebatur. hîc conuenit 98. *Gal. in apho.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 325 sur 359

Hipp. Aph. Qui frequenter & absque causa manifesta exoluuntur, de repente intereunt.

99. Monachus asthmate breui interiit. Dissecto repertus abscessus in vena arteriosa integris pulmonibus.

100. Quidam angina coreptus cum suffocaretur, iussit sibi amputari gurgulionem, seruatus est.

101. Mihi narratum est à fide dignis puerum annos decem natum cum in regalibus egregiè Hippocraticum vinum hausisset, de nocte ab angina suffocatum. Pressus dolore sibi foris intro adegit gladiolum: effluente multo sanguine sanatus, & vixit.

102. Hollier. Melancholiâ morbo detentus se mortuum putabat. Medicos precabatur ne animæ quominus euolaret impedimento forent. Monebat vt omnes viderent expirantem. Hæmorrhoidon fluxu liberatur.

103. Alius se mortuum ratus omnia esculenta auersabatur, quod nefas crederet mortuum edere. Optimo consilio effectum cadauer mensæ accumbens, cuius exemplo cibum sumpsit.

104. Sacerdos concidebat epilepticus, solùm caput mouebatur, nulla alia aliarum partium incitatio. rarissimum hoc.

105. Scoto è sura dextra vapor excitabatur, hinc totius corporis concussio. Soluebatur vomitionibus biliosis.

106. Nicolaus de Marillac & Catharina olim illustris Domini Memmei Supplicum libellorum magistri eodē penè morbo interiêre. Ille cum de dolore aurium intima occupante quereretur, nec non de capitis parte altera remediis aliquot aliquantulum dolor cessit: recruduit statim, non ita tamen quin munia publica obiret: ἀπύρετος ferè erat. Exactis aliquot diebus recrudescit dolor, accessio febrilis cum periodico frigore eum prænendit: attonitus statim recumbit: incipit conuelli: conuulsus cum horrendis symptomatis & ἄφωνος interit. Serua autem tres tantum dies laborauit. Sine febre: defectiones animi præ dolore: iactationes, insomnia. Remediis non cessit dolor. Rigor seu tetanus prænendit. ἄφωνος mors. in vtroque credibile est quoddam apostema in cerebro conceptum esse. Si euasissent, φθίσιν, aut ἡμιπληξίαν vitare non potuissent.

107. Quidam laborabat morbo medicis incognito. Suspicio nonnulla fuit poculi venefici. Argumenta aderant. Præscripto iudicis res ad medicos relata. Aperto cadauere exanthematis obsitus ventriculus reperitur. Iudicarunt toxicum præbitum, sed malè

quidem. Chirurgus oculatus quæſiuit num antequam è viuis exceſſiſſet aliquid in cute apparuiſſet. Cognito quod aliquid tale contigiſſet ſententiam retractant: ac iudicarunt à morbillis occultis, vi naturæ non erumpentibus id tale euenisſe. Hinc corpus internum contaminatum. Notandum hoc vt falſa de potione venefica ſuſpicio potius blanda & placida ratione in ſimili exemplo fundata eleuetur, quam acerba apud iudices contentione frangatur ac oppugnetur.

Cuidam cum aphthoſum os & gurgulio fuiſſet cum anhelitus 108.
inſuauitate excretio puris contigit. Aperto corpore totus internus thorax ſyderatus apparuit. Et nos in vico de la Bretonnerie vidimus dominam cui ſanioſum os eſt, & veluti purulentum, fœtens. Dubitant medici an à pulmonibus, an à cerebro.

Obſeruatum eſt palpitationem cordis mulieri melancholia 109.
hypochondriaca laboranti poſt moleſtias multas contigiſſe. Mors. In ſiniſtro cordis ſinu pars humoris melancholici reperta eſt ibi veluti concreta ac fermentata. Atque ita ſpiritus oppreſſi, congelatique ſunt, eorumque inciratio & motus repreſſus.

Eques Torquatus imbecillitatem ſtomachi & oculorum te- 110.
nebricoſum quid obiecit homini occupato publicis muniis; conſuluerunt vt quotidie pilulam ex aloë ante paſtum deglutiret. A dolore ſtomachi interiit. Ferunt repertam in aluo integram maſſam pilularum. Nam & frequentiam medicamenti natura eluſit: & fortè cum pilulam caperet genio indulſit. Vt medicamentulum impotens fuerit.

Duo excernebant ſanguinem, vnus per nares, alter per os. 111.
Cum remediis non cederet malum, quæſitum num hirudinem hauſiſſent. Cum huius rei opinionem feciſſet quod in fonte bibiſſent, tandem veritas apparuit. Videndum ne decipiamur in hæmorrhagiis, & à vitio corporis res repetatur. *Gal. c. 5. l. 4. loco aff.*

Mulier hydrope vteri corripitur appetentibus menſtruis aqua- 112.
rum illuuies per vteri ceruicem profunditur. Pelues ſex implebantur aquâ citrinâ. Mox ſtata periodo menſes reduces. Rurſum par colluuies colligebatur, & profluebat. *Fer. c. de mor. vteri.*

Senex in iram mitè propenſus poſt obitum ſine felle depre- 113.
henſus eſt. In eius loco lapis concreuerat: iis aliquando in cyſti calculus concreſcit quos grauis ac diuturnus icterus exercuit. Idem ſe obſeruauiſſe annotauit Langius & nos lapillos octo in cyſti vidimus in Domina de Chaulmont. *Epiſt. 57. l. 2. Epiſt.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 327 sur 359

114. Neoburgu, virgo veſtalis, continuis ſub dextro hypochondrio torminibus vexabatur. Mors. Omnia illæſa inteſtina, ab hepate pendebat folliculus fellis ob pondus incluſi lapidis in ſubſtratum inteſtinum procumbens. Ac illud inteſtinum inoffenſo fellis folliculo lapis ille attriuerat. Hinc dolores, tormina.

115. Trallianus narrat ſe vidiſſe quendam qui cum tuſſi ſumma ad tabem vſque maciaretur, oborta grauiore tuſsi lapidem durum excreat, qui pauimento illiſus reſiliebat. Paulus quoque in pulmonibus ſæpe concreſcere annotauit.

Cap. 4. l. 5.

Cap. 28. & 31. l. 3.

116. Canonicus continuò tuſsiebat, tonſillarum abſceſſu laborarat. Materiam dum diſcutere medici conarentur, ſiccitate tandem obduruit in lapidem. Cum medici tuſsim inde ortam mitigare conarentur vſu ſuppurantium lapis eſt excretus. Nam raro vicinia lapidem continens remollita eſt.

117. Batrachion morbus mediaſtinam mulierem cum ſuffocationis periculo tenebat, vix loqui poterat. Tandem concreui tmateria in verum lapidem.

118. Cuidam tenaſmus permoleſtus. Tandem deprehenſum illius cauſam eſſe lapidem in inteſtino retentum.

Lang. ep. 57. l. 2. ex Paulo.

119. Gentilis. Cuidam ſtomachi dolor acerbiſsimus. Excretus eſt vomitu lapis. Ceſſauerunt ſymptomata.

120. Barnabæ Panthou conſarcinatori annos 69. nato ictus & contuſio ad nothas coſtas hepati propinquas. Reſtitit ſemper dolor & tuſsiendo percipiebatur. Exacti menſes ſex aut octo. Tandem dolores ad aluum, inſomnia, inappetētia: de nocte ſyncope, vomitus ſanguinis. Sudores frigidi, pulſus languidus, ſanguis niger, grumoſus. Syncopæ repetunt. Putatur animam agere. Purgatus deinde eſt. Conualuit, ita tamen vt pars ea dolore non careret. Quæſtio. Vnde ſanguis? cur non interiit ſecundum dictum Hippo.

Is vno anno & dimidio poſt ea ſymptomata cùm excreuiſſet, multam materiam fœtidam, & fœtidè expiraſſet, de repente interiit.

121. Vermes aliquando pruritu quodam emergunt, præſertim aſcarides, hinc in fœmora nateſque quoquoverſum irruunt.

Per. c. de lum.

122. Quidam annos 20. natus epilepticus erat, nil tale paſſus erat antequam natus eſſet annos decem. At nono ætatis anno inciderat in cranium quà decurrit corona ὀβελαῖα, effractum eſt cranium. Effectum vt quod intro pulſum erat releuaretur. Os illud quod effractum erat vitium attigerat, ideo incremento & nutritione prohibebatur. Sic reliquum cranium creſcebat, & qua parte læſum fuerat non nutriebatur. Secundum illam partem tamen

cerebrum creſcebat. Sic per oppreſsionem cerebri quo præſertim tempore turgebat, vertigines & epilepſia.

Legatus quodam torquebatur, nec non tumore à dextro hypochondrio per ima ventriculi in ſiniſtrum exporrecto. Sexennio toto ſtudetur tanquam remolliendo ſcirrho. Tandem iniecto acriore enemate durum quippiam ac medio ductu pertuſum pedis longitudine detractum eſt. Portio inteſtini credebatur, ſed falſo. 123. *Fer. c. de inteſti mo. b. 5.*

Alteri grauior affectus aluum cohibuit, ventre ſupra modum intumeſcente diſceſsit è viuis. Inuentum eſt colon inteſtinum adeo infarctum pituita concreta, vt ſolidum planè putaretur. Et ideo nil fæcis in aluum prolabebatur. 124.

Multos cum iter facerent epilepſia præhendit, violento aëre ducto, aut per nares, aut aures. Si earum partium interitus obſtruerentur, talis mali occaſio præcipiebatur. 125. *Rond. c. de ep.*

Ingenioſi & quibus ingenij acuties eſt ob cerebri ſubſtantiam ſubtilem ac delicatam in epilepſiam propendent. Vnde Carolus V. Imperat. Mahumetius & Cæſar iis affectibus obnoxij fuerunt. Et quibus ingenij vis acutior delicatiorque ij ſi quid contentius agant præſertim in coitione hominũ, & frequẽtia, vt ſi quid ediſſerere velint paroxyſmo epileptico capiuntur, vnde quidam putarunt non eò epilepſiam comitialem morbum dici, non quòd dimitterentur comitia ſi quis in iis epilepſia præhenderetur: ſed cùm aliàs tum maximè paroxyſmum epilepticum hominem adoriri cum in hominũ corona cum contentione aliqua animi agere inſtituunt. Vnde & aliis memoriâ quoque excidit id quod à longo tempore ei erat demandatum. 126.

Nobilis quidam quartanâ laborabat. Eum tædebat remediorum ſolennium. Vulgarium opem popoſcit. Præſtigiis ac amuletis febris viſa eſt quieſcere. Supreſſa eſt materia. ab ea ſucceſſit crudelis dyſenteria; interiit. Hinc noſci oportet ſatiùs eſſe cum cauſa ægrotare, quàm ſine cauſa alleuari. 127.

Virgo rigente hyeme niueis globulis cum æqualibus ſuis ludebat. Secuta partium extimarum refrigeratio, febris acuta. Summus in intimis æſtus, interiit. Inuentus penè recoctus vterus, & hepar vermiculatum, hæc cum macilenta eſſet non dubium ſi in tam grauem affectum hyeme ita ſæuiente inciderit. 128.

Nobilis ſolebat epilepſia prehendi. Remediis nil profectum eſt: furioſus factus eſt, deſiit poſtea eſſe epilepticus. Ergo verum 129.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 329 sur 359

quod in aphorismis scripsit Hipp. A furore ἔκφασις superueniens bonum. huius bonæ solutionis maximè meminit Hipp. lib. 2. epid. sect. 5.

130. Cuidam tam vehemens cordis palpitatio contigit, vt vicinas costas fregerit: & eas quæ supra sinistram mammam sunt de sede propria depulerit, sæpe arteriam dilatauerit. Item in aneurisma pugni magnitudine dilatatur arteria, & visu & tactu percipitur pulsatio D. Magnus ait se cum Fernelio obseruasse effractas, vi palpitationis, costas, sed ait illas costas longè antè abscessu tentatas fuisse. Alioqui incredibilis esset historia. Alteri tanta palpitatio contigit vt vehementer desiliret manus pectori applicita.

131. Quidam cum in comitatu Præsulis caligas non exuisset, tandem cum exuere voluit partium pilos euellit citra præeuntem morbum vllum. Quod eò accessisse credibile est, quoniam diuturnitate suppressionis fuliginosi excrementi putredo concepta fuerit, hinc pilorum defluuium. *Rondeletius.*

132. Mulier quartanâ laborabat, immunis ab ea fuit quindecim dies, aut plus eò. Consilio medicorum ius foliculorum senæ sumpsit. Statim repetit febris, deinde cessat. Iteratò sumpsit medicamentum, rursum febris. Hoc arguit febre cum quartana mitiùs agendum.

Dicam quod nos obseruasse contigit anno Domini 1582. Magna fuit febrium quartanarum seges & verarum, quod per se & primò contingerent. Omnibus initio adhibita remedia. Non tamen quiescunt. Hoc affirmo verum, quibuscumque sæpius exhibita sunt medicamenta & pugnatum remediis valentibus, iis omnibus producta fuit febris. Qui verò præsidia neglexerũt principio exacto, ij intra breue tempus incolumes extiterunt. Quod ab omnibus diligenter obseruandum est, & hoc primus Galenus cum aliquot veteribus annotauit. Vt malè de ægris quartana laborantibus mereantur qui id student, vt medicamentorum frequenti vsu humorem adeo contumacem oppugnent & expellant.

133. Comitis de Mauleurier vxor cum vterum gereret casu est læsa ad regionem lumborum, ferunt non attigisse partus tempus legitimum. Peperit. Omnia satis ex voto. Pleuritis. Secatur vena sæpiùs, lochia supprimuntur. Ἀπόπληκτος. Mors. Aperto cadauere ligamenta vteri rupta reperiuntur. Mirum hoc. Et forte ruptura hæc purgationis non legitimè factæ causa fuit. An non oborta

pleuritide in muliere nuper enixa audacius mittendus ſanguis? Vxor Domini Bonian mercatoris, non alia ratione interiiſſe videtur, quàm quia ſæpiùs ſanguis miſſus fluentibus lochiis. Hæc enim ſtatim ſuppreſſa ſunt.

Mulierem vidi quæ liberos habuerit & nata annos 30. ſemel, aut bis tantùm menſtrua paſſa fuerat. An menſtrualem eſſe neceſſe eſt mulierem vt concipiat vtero? 134.

Mirum quod obſeruatum in ſene iracundo, in cyſti fel non inuentum ſed in eius loco lapis. Quod & Langius accidere iis ait, qui diuturno ictero laborarunt. Dominus Magnus ait, in vulgari quartanarum febrium fœtura obſeruaſſe ſe pleroſque toto autumno & hyeme quartanarios decubuiſſe, ac tandem interiiſſe: in quorum mortuorum cyſti lapis loco fellis concreuerat. His quartanis iecur autor fuit. 135.

Nobilis Domina du Bez, cum quartana laboraret modo duplice, modo ſimplice, modo typum tertianæ retinente, cum item & vinum biberet, & ingens intus incendium perciperet, tamen perpetuò illi aqueæ vrinæ fluxerunt. Quod mirum. Siue antè acceſſionem, tempore acceſſionis, & poſt acceſſionem. Et exiguum fuit admodum caloris argumentum in vrinis. 136.

Virgo fœdos colores patiebatur. Diu id mali perſeuerabat. Nullis ceſſit remediis, iuncta viro ægreſcit, fortè curru citato vehementerque ſuccutiente deuehebatur, dolores cordis, nauſeæ, agitationes, morituram credebant. Omnis generis humores abundè euomuntur: aluus humeſcit. Momento penè primum faciei nitorem recuperauit. 137.

Nobili cuidam vrinæ diu ſupprimuntur. Comatoſus fit, conuellitur. Vſu variorum remediorum vrina fluit. Moritur tamen. Quia ſuppreſsio excrementorum reſolutionem cerebri affert: & qualitatem partibus imprimit explicatione vix perceptibilem. 138.

Ioannes le Fuzelier in Senatu Procuratorium munus exercens, tabida matre natus, eo modo, eoque morbo, & tempore eodem interit quo eius mater. In pulmonibus nil commemorabile reperitur quod mortem attulerit. Mirum quod antè mortem ei contigit, decem ante quam è viuis excederet diebus tumidum corpus fuit. Tumor fugax erat, repetebat ex interuallis. Vnde hoc? leucæ videbantur eſſe. Tale quid in morbis funeſtis contingere ſolere agnouit Hippocrates, Leucæ autem oboriuntur (ſupple in morituris) in morbis funeſtiſsimis, cuiuſmodi eſt phthiſis. 139. *Hipp. 2. prorrh.*

©BIUM

140. Mulier nunquam articularem morbum paſſa, ſanis parentibus orta, ſub dio in multam noctem ſermonem producit. Ab influxu lunæ crudore quodam cerebrum percellitur. Dolores capitis ingentes, hinc omnis generis arthritis eam adoritur.

141. Puellæ febris continua. Elatum abdomen in tumorem. Mirum quomodo tam ſubitò hic tumor natus. Præ dolore interiit. Acu abdomen mortuæ apertum. Magno edito ſono venter totus ſubſedit.

142. Mulier macilenta erat & melancholiâ hypochondriacâ laborare videbatur. Cum aqua potui dabatur, nullum dolorem ſentiebat. Cùm vinum aqua dilutum hauriebat, dolore vehementi eóque ad ſiniſtrum hypochondrium tenebatur. Quid hoc rei? An quod vinum ſubibat lienem & ſubigebat ſuccum melancholicum in eo contentum, vt & acetum facit Hippocratis ſententia?

Hipp. 3. aucto.

143. Mulieri acerbiſſimi dolores capitis & aurium. Sine intermiſſione admittebat fumum cephalicorum per infundibulum. Alleuabatur, deteriores fiunt dolores. Mors. Aperto capite aquæ copia magna reperitur. Cauſam medici retulerunt ad vapores ita frequenter ſuſceptos. Nec abs re. Cautos eſſe oportet in excitandis in aurem vaporibus.

144. Polemarchus à medico ſuo venefico poculo inficitur. Inexpugnabilis erat dormiendi appetitus. Sexto poſt die mors, de ventriculo querebatur. In eo quibuſdam maculis ventriculus erat aſperſus. Medici quibus aperiundi cadaueris cura erat, ſatis hoc argumenti afferre putabant. Oculatior alius iuſsit ventriculum ab aliis partibus deſecari. Prætendit apertum omnium oculis: perforatus minimis foraminibus miraculo quodam apparuit. Et hæc pertuſio mortis cauſa fuerat.

145. Vidi aurigam ad ripam Sequanæ pulmonicum, qui adeo viuens ſpiranſque de ſe halitum emitteret, vt totum ferè cœnaculum inficeretur, & vix quiſquam erat ferendo.

146. Mulieri nunquam menſes fluxerunt: vixit tamen incolumis. Vidi natam annos 30. quæ ſemel tantum menſtruum paſſa ſit, nec tamen fœcunda eſſe deſierit, & Hip. l. 5. epid. notat de quadam cui cum annos 4. ſuppreſsi menſes eſſent, concepit & peperit Vitalē.

Fer. c. 16. l. 6. patho.

In Perinæo quidam percutitur. Vrina ſupprimitur oborta inflammatione, veſicam tamen plenam eſſe circumſcriptio deſignabat. Affunditur aqua tepens. Tenſio remittitur. Vrinam facit.

Gal. c. 1. l. 1. de loc. affectis.

Quidam

Quidam colico dolore diuexatus ab omnibus calidis & acribus offendebatur, item & calorificis irritabatur. Alimentis benignis iuuabatur, dolorem acrem percipere ſe æger narrabat. Dato medicamento ex aloe conualuit. Sic decipi non oportet in colicis doloribus. 147. *Gal. c. 4. l. 1. de loc. affect.*

Alius cum dolorem excitari putaret ab acribus humoribus ſumpſit medicamentum acre. Ab hoc medicamento læſum inteſtinum. Quouis etiam benigno cibo offendebatur. Coniecit Gal. inteſtinum veniſſe ad διάθεσιν ῥευματικὴν, & ideo facilè iecoris recrementa recipere, & corrumpere. Aſtringentibus cibis alleuatus. 148. *ibid.*

Quidam in collo læſus hyeme. Recurrentes neruos læſio non attigerat. Tamen dum curatur perfrigerantur illi nerui. Vox perit. Vſu calidorum recuperatur. 149. *Cap. 6. l. 1. de loc. affect.*

Chirurgus ſtrumas puero curaturus dum vas ſecat membranam digito euellens, imprudens neruum recurrentem diſtrahit. Curat chœradas: mutum puerum reddit. 150. *ibid.*

Homo macilentus lapidem in rene querebatur. Oxyporis calidiſque medicamentis lapidi deturbando medici ſtudebant. Aliquo poſt tempore digitos manus vt cauum ſonantes, nil penè ſentire & vix moueri poſſe ægrè ferebat. Paralyſin eſſe medici putabant. Sed à ſola ſiccitate ob diætam exactam nata id mali contigerat. Macilentos lapidoſos curare cum conſilium eſt, cautionem adhibere oportet. 151. *Cap. 1. l. 6. de ſanitate tuen.*

Dolorem capitis intulit ſcorpius in cerebro natus poſt baſilicæ herbæ frequentem odoratum. Item & à vermibus in cerebro natis idem contingere poſſe aſſerit ex Indorum medicorum ſententia Auicennas. 152. *Holl. 1. c. de dolore cap.*

Cuidam trium digitorum ſenſus ademptus fuerat. Integer autem motus erat. Medici fruſtra manui remedia applicabant, cum in ea parte nec perfrigeratio fuiſſet, nec inflammatio, nec ictus. Fortè cum veheretur curru, in ſpinam incidit qua parte decurrit neruus ſenſum digitis impertiens. Itaque ſæpè læſionis argumentum in ea parte paret quæ læſa non eſt. 153. *Gal. c. 6. l. de loc. affect.*

In eodem capite multæ extant hiſtoriæ eorum quibus huius, aut illius digiti, aut manus ſenſus ademptus erat illæſo motu.

Puero cum in fluuio piſces venaretur præ aquæ frigore inuita fæcum contigit excretio reſoluto muſculo ani. Aliis inuita, aut vrinæ, aut fæcum ſimiliter affuit excretio, aut ſuppreſſio propter ictum, aut læſionem neruorum dorſi lumborumque. Gal. eò loci, 154. *ibid.*

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 333 sur 359

©BIUM

ictum & refrigerationem rerum earum cauſas ſtatuit. At in hoc diſtinguntur, quod ictus maxima ex parte ad plures vno muſculos attinet: ſed frigus vnum ferè muſculum attingit.

155. *Holl. lib. de materia Chir.* Quidam maligna vi luis venereæ conflictatus cum remedia deeſſent fimo ſtabulario vrinis iumentorum & equorum commixto putrique corpus recondidit. Tota materia venenata exhalauit. Curatus eſt.

156. *Cap. 5. l. 2. de loc. affect.* Galeno ipſi obortus eſt tantus dolor vt ſibi perforari partem terebra putaret: ac præſertim qua parte vreteres à renibus ad veſicam protenduntur. In calculi opinionem eo loco fixi ventum eſt. At excretio declarauit vitream pituitam hoc doloris tædium attuliſſe, quæ omnium frigidiſſima eſt.

Idem illuſtri viro Domino de Fon-le-bon contigiſſe nouimus, fruſtráque ei tanquam calculoſo manum auxiliarem adhibebamus. Nam poſt infinita propè remedia per penem frigidiſſima pituita dolorem inferente excretâ conualuit. Quanquam & fortè colica nephriticaque ſimul aderat.

157. Nuper miſella mulier neſcio quæ abſurda ob annonæ caritatem ſumere coacta, cõqueritur de grauiſſimo ſtomachi dolore, ac ſi colicam ſtomachicam dixiſſes. De fouenda parte ita diſtenta cogitabamus. Tandem Rheo exhibito reuomuit pituitoſa multa cum tribus lumbricis ſemipedem longis ac viuis.

158. *Sanaron. l. de vermib. c. 4. idem Meſu. c. 2. de cura agritud. int.* Obſeruauit Fernelius vermes ita ſenſim cuniculos egiſſe, vt viam ſibi in crura fecerint. In inedia qui vermibus conflictari ſoliti erant, iis vermes ventrem & vmbilicum perforarunt, vt notat Auicennas, & poſt eum Sanaronola lib. de vermibus, atque idem ſe obſeruaſſe Ioannes Meſuæus aſſeuerat.

159. *Fer. de ſympt. vteri.* Non tantùm ætate prouectiores fluor muliebris diuexat, ſed & iuniores & ſeptennes puellas. Eas præſertim quas fœdus color deturpat. Quod in puella annorum octo accidiſſe narrat Fernelius. Et nos multo minorem fœdo fluore diuexatam vidimus. Mater id eò accidiſſe ſuſpicabatur quòd puellula iſta ſeruæ ῥοῦν γυναικεῖον patienti concubuiſſet, & probabile iſtud.

160. Narrat Fernelius fluorem muliebrem à gonorrhœa virulenta diſtingui, quod hæc fluat menſibus etiamnum erumpentibus: fluor autem muliebris ceſſet fluentibus menſibus. Nos contra in miſella muliere vtrumque ſimul fluere obſeruauimus. Et ſanioſa excretio per fluorem muliebrem adeo fœda erat, vt nullus eſſet ferendo.

Mirum quod contigit Polemarcho Polono. Illi annos multos aures erant purulentæ, & magno profectu exernebatur nonnihil ſanioſum. Accepto grãdi in fronte vlunere, rapto veluti alio curſu in anteriora, è naribus ſtillat purulentum ac fœtens. Hinc narium fœtor. Quod mirum magis & medicis inauditum incognitumque fuit, vmbilicus ei intumuit, & ſtillabat ſanies ferè aſſimilis ei quæ per nares excernebatur. Quæſitum qua id via & ratione fieret, cum vaſa vmbilici in vinculum coaluerint. 161.

Nouimus mulieres, aut hemicrania, aut capitis dolore affligi grauiter ſolitas dum, aut lactant, aut peperêre. Cum primùm autẽ conceperunt vtero aliæ nil tale ſentiunt: aliæ poſt duos menſes tantùm laborare deſinunt. Quid hoc rei? Hipp. primus hoc à ſe obſeruatum literis mandauit. Mulieri, ait, in Phæris caput circumdolebat. Remediis non iuuabatur, ne dum caput quidem purgaretur. Cum concepiſſet dolores capitis relinquebant. 162. *Hipp. l. 5. epid.*

Annoſa mulier menſtrua alba patiebatur, malum diu perſeuerauerat. Cum tam diuturni mali eam tæderet, conſulto medico neſcio quid ſumpſit quod fluxum ſiſteret. Nec hoc impunè tulit. Nam non ita poſt diabetes ſæuiſſimus eam oppreſſit, à quo duobus menſibus poſt emaciata tabefactaque interiit. Mirum quò abierit olida putriſque materia quæ fluorem committebat. Nam ea per diabetem non fluebat. Erat enim aqua limpida. 163.

Militi ab oſſe ethmoide ſolebat purulenta materia effluere, non ſecus ac è naribus fluere ſolet. Illa fœda eluuies ſuppreſſa eſt facilè quòd reſimis eſſet naribus. Duo inde vermes villoſi inſtar digiti geniti ſunt qui illum in furorem adegêre: ac febre non multùm manifeſta die vigeſimo de medio ſuſtulêre. 164. *Fer. c. 7. l. 5.*

Quidam bilioſus & macilentus, depoſito fœnore contendit ſe intra breue tempus præfinitum ſexdecim placentulas corniculatas (Galli vocant *des eſchaudés*) comeſturum. Effectum eſt vti voluit. Venter inde intumuit, doluit plurimum. Miraculo quodam poſt tumorem iſtum ventris, maculis, aut exanthematis corpus exaratur qualia in fœda ſcabie apparent. Grauiſſimè ægrotauit, ferè inde contabuit. 165.

Quidam in diuturno comitatu cum multis diebus caligas non exuiſſet, tandem cum eas depoſuit, cum illis illarum partium pilos auulſit: ita fuliginoſæ materiæ retentio diuturna radices illorum exederat. 166. *Rondeletius. in ca. de exotis Alopeciæ à morbo Gallic.*

Quendam equus in præcordiorum regione calcitrauerat: in 167.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 335 sur 359

ſepto tranſuerſo ſemper manſit imbecillitas. Dum reſpirationem inchoabat omnes thoracis muſculos mouere cogebatur etiam ſanus effectus. Et athleta, Secũdus, nomine, cum in ſepto tranſuerſo imbecillitatem nonnullam perciperet, omnes vna reſpiratione thoracis muſculos mouebat, his locis patet ſæpè occultam difficultatis ſpirandi cauſam, ex aliqua etiam abdita diaphragmatis imbecillitate naſci. Præſertim vitium æſtimare oportet dum quietem agimus: nam tum ſola diaphragmatis motio reſpirationi ſufficit, quod ſi tunc omnes thoracis partes mouentur, aliquid contra naturam ſubeſſe ſuſpicandum eſt.

Gal. t. 4. l. 4. de loco. aff.

168. Cuidam in nate oborto ſuppurato iuxta cruris initium, nerui illius cruris per chirurgiam nudati ſunt: parte tamen ſanata, toti membro difficultas motus contigit. Coniecit Gal. à priore inflammatione aliquid ſcirrhoſum in parte relictum eſſe. Huic rei prouidit. Conualuit.

ibid.

169. Piſcator cum ſolo frigido diu piſcans deſedeſſet, in inuoluntariam fæcum & vrinæ excretionem incidit, fomentorum calidorum vſu ſanatus eſt.

ibid.

170. Quidam ſub multa fecit iter pluuia ac validis ventis, pallium madefactum ceruici impoſuerat. Pars pericranij ſenſu carebat. Medici capiti remedia aſſiduè applicabant. Nil proficiebatur. Ceruici conſultum eſt. Sanatur. Nam ex primis ſpinæ ſpondylis nerui paria duo aſcendunt ad caput, à quibus pellis caput ambiens ſenſum mutuatur: ſic neceſſariò ceruici neruorum origini proſpiciendum erat.

Quibus ex locis patet conſultos nos eſſe oportet in remediis vſurpandis, ne parti temerè illa adhibeantur, cum tantum compatiendi lege laborat.

Gal. 2. l. 5. de loc. aff.

171. Galenus obſeruauit tantam ſæpè humoris copiam in ambiente cor tunica, vt ipſum cor non moueatur, quod & in hominibus & in ſimia à ſe diſſecta vidit, cum illa in dies emaciaretur. In Gallo gallinaceo ſcirrhoſum obſeruauit, ac ſi multiplex membranarum implicatio eſſet.

ibid.

172. Gladiatores inflammato manifeſtè corde vidit pereuntes, non aliter quam ſi ſyncope cardiaca præhenderentur.

ibid.

173. Quidam cum palpitatione præhenderetur præſertim verno tempore, ſolennem phlebotomiam celebrabat: & multis in ſimili affectu profuit ſectio venæ, ait Gal. Et ille & hi ferè omnes morte ante ſenectutem præueniuntur, & cum ſyncope omnes ferè pe-

reunt. Tamen ſine ſyncope vnum, aut alterum periiſſe, ait Gal. ſed alia mortis ſpecie: id eſt, apoplectico quodam modo, vt ait Paulus Ægineta.

Faber lignarius à vomitione moleſta liberari non potuit. Aperto cadauere ſemilacer erat ventriculus & putredine corruptus. Idem ferè in Domino de Hodeuille eſt inuentum. Nam languit ferè per 45. dies, nec manifeſtus erat morbus. Animo ſæpè deficiebat, vt facultatis vitalis virtus videretur extingui, alimentis reſurgebat. Mors. Aperto cadauere totum hepar penè putre: Pulmones corrupti. Quibus in ægris eadem ſymptomata conſpiciuntur, cautè medicamenta exhibere oportet. Nam ſæpè calamitosè ſtatim à ſumpto medicamento intereunt. At præmatura morte corripiuntur. 174.

Puer annos natus duodecim ſine nephritico dolore, cum difficultate tamen vrinæ per penem excernit lapillos pici & aloæ ſimillimos. Mirum fuit multis. Numquam cruentũ excreuit. Quæritur cuius naturæ ea ſit concretio. A ſanguine eſſe aiunt. Ergo credibile foret aliquando mictum cruentum fuiſſe. Tamen cum Gal. explicat quæ ſint illæ carunculæ quæ in vrinis apparent, ait veram carnem non excerni, ſed ſanguinem in hepate, aut in renibus exuſtum. Qui locus pro eo de quo nunc dicimus, audiendus videtur. 175. *Com. in Aph. 76. l. 4.*

Quidam annos 30. natus nephriticos dolores paſſus erat ſæpè. Purulentum minxerat. Cætera alacris interiit. Repertus lapis in ore vaſorum vrinariorum. Quod mirum, vterque ren tabuerat: nil erat ſucci, nil carnis: ſed in molem maximam creuerat ac ſi inflatam veſicam dixiſſes: & tota cauitas renum ita extenſorum inanis erat. Sed quod mirum magis & nuſquam viſum, carunculæ longæ repertæ ſunt tum in arteria venoſa, tum in vena arterioſa, nec non caua vena dextrum cordis ventriculum attingente. Et tamen nunquam vlla difficultate ſpirandi laborarat. 176. *Idem narrat Fer. c. 12. l. 6. patholog.*

Heros quidam Lutetiæ à febre acutiſſima decumbit. Deliria perpetua. Moriturum delirum prædicebant medici. Ecce nil tale medicis agitantibus ſtrophiolum deuorat. Hinc grauiſſimæ & frequentiſſimæ conuulſiones. Medici tale quid morbo tribuebant, ſed malè. Fortè illud per os magno cum conatu expulit: ceſſant conuulſiones. Audio conualere. In hiſtoriis præcedentibus huius libri obſeruatum quomodo hydrops modò per inſenſilem tranſpiratum miraculo euanuerit: modò per ſudores. Nos autem 177.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 337 sur 359

vidimus mulierem quæ menſes aliquot hydrope detenta fuit. Abdomen elatum erat plurimum. Protuberauit vmbilicus:

178. ruptus tandem eſt vi aquæ concluſæ. Excreta magna aquæ pars. Item circum lumbos per dies aliquot alia pars aquæ per modum copioſi ſudoris excreta eſt. Euaſit tandem ab illo morbo. Immo narrat ſe plurimum adiutam in tumore aquoſo tibiarum poculo ex cancris fluuialibus contuſis in vino albo, in quo prius infuſi ſunt. Tumor ille pedum miraculo diſceſſit.

179. Paulò antè annotatum quendam puerum excreuiſſe è veſica, aut è renibus lapillos pici aloæque ſimillimos. Eſt & mirandum quod nuper obſeruatum, ex interuallis grumus ſanguinis è nare duriſſimus, friabilis tamen magno cum conatu exibat. Qua parte decurrebat latebatque vena nigrities ſumma apparebat. Quærebatur quid rei eſſet. Tandem dictum malum hoc veluti naſi hæmorrhoidem nuncupari poſſe, qua fœculento ſanguine cerebrum repurgaretur. Nec malum hoc ſupprimendum cenſebant, quòd furoris, aut ſymptomatis deteriotis metus eſſet quidam.

180. Cuidam militi nares ſimas habenti ex eluuie quadam ſuppreſſa fluere ſolita, vermes duo villoſi inſtar digiti illîc geniti ſinuẽtique ſunt: atque hi tandem illum in furorem adegerunt, & ſine manifeſta multùm febre de medio ſuſtulerunt.

Fer. c. 7. l. 5. de morbis.

181. In oppidulo diui Gratiani quidam colico cruciatu tentari ſolitus poſt intempeſtiuos labores conſueta ſymptomata experitur. Ruſtici neglecta alui ſubductione ad calefactoria confugiunt. Impensè calfaciunt. Aluus planè reſiſtit. Medicamenta aſſumpta etiam horas nouem in præcordiis morata, reiiciebantur ſine vllo profectu. Clyſteres irriti. Balnea vſurpantur. Nihil proſunt. Quarto poſt die tympanitis ſpeciem refert abdomen. Mors. Iliacum hoc.

182. Galenus notat quibuſdam ex diuturno lactis vſu, lapides in renibus concreuiſſe: aliis dentes eodem vſu excidiſſe. Quidam agricola centum annos vixerat in vſu frequenti lac habens, aliàs ſolùm, aliàs cum cacuminibus thymi. Aliùs ſpe lõgioris vitæ i[illegible]en factitare voluit. Incredibile quot ſymptomata inde contigerint. Hinc patet vnum & idem non eaſdem habere in multis vires.

Cap. 7. l. 1. de ſant. tuenda.

183. Cuidam totum brachium à metaſtaſi humoris in eam partem nigricabat. Malum diſparebat. Tunc inſaniebat. Rurſus redibat. Conſultum tandem eſt vt denigrato brachio ſcarificatio profun-

da adhiberetur. Conualuit, liberque fuit & ab iſta nigritie, & ab inſania.

Multis qui inſaniuerant poſt melancholicas affectiones caput apertum fuit. Venæ capitis inuentę ſunt turgentes, dilatatæ, ac varicoſæ factæ. Idem capiti contigerat quod venis varicoſis. Immo affectus erat, quẽ Hipp. vocat Κιρσέμετον, venarum: ſuper-vomitionem & eructationem voco. 184. *Lib. 2. de mor*

Mulier ægerrimè præ dolore varices ferebat. Dilatatio ſumma erat. Audacter è varicibus ipſis detractus eſt ſanguinis larga copia. Audacia iſta rationem ſuperauit. Optimè habuit. 185.

Mulier nouem menſes geſtare vterum putabatur. Nonnulla ex iis aderant quæ imprægnatis mulieribus, adeſſe ſolent. Inſtante partus tempore præ dolore ob abdominis tumorem fatis concedit. Veriti parentes ne vnâ extingueretur fœtus, vt ademptâ matre ſupereſſet, recens emortuæ cadauer penè ſpirans ſecatur. Totum corpus internum, epiploum, meſaræum, hepar, lien, pulmones, cor quoque ipſum & peritonæum erant obſita veſiculis aqua puriſſima plenis & limpidiſſima, nihilque graueolens habebat, & quod magis mirandum, vnicuique veſiculæ triplex erat tunica, & incolumis, integraque à corpore ſiue eſſet ſuperficies, ſiue interior ſubſtantia decidi detrahique poterat. Hipp. hydatidas obſeruauit in corpore ipſius hepatis, ſed nunquam quid tale in toto corpore deprehenſum eſt. 186. *Aph. 55 l. 7.*

Nobilis vir febre tertiana correptus fuit, quartus paroxyſmus adeo vehemens fuit, vt tranſlato ſurſum humore Σκπτέσμος vnius oculi, & exitus foras contigerit. Et hic oculus deperditus tabuit. 187.

Filiæ D. Desbroſſes obortus tumor ſub lingua, batrachion vulgo dictus, hinc nonnulla deglutiendi & loquendi difficultas. oui Columbini magnitudinem adæquabat. Et venulis conſperſus erat nigricantibus. metuebant chirurgi ne ad carcinomatis naturam accederet. Sectionem tentare recuſant, audacior vnus adacto ſcalpello pituitæ albugineæ vncias duas vel tres educit. Breui conualuit. 188?

Dominus du Pleſſis cum moleſtiam aliquot acceſſionum febris tertianæ ſatis vehementis pertuliſſet, nouum & inſolens remedium experiri voluit, cum enim ex aquatione & fluuio equi reuertiſſent, iuſſit eos aqua puteali perfundi, cum hoc ſpectaret, iſtaque affuſio aquæ perplaceret, idem voluit ſibi fieri, & vt id 189.

ſerui facerent coegit. Educunt frigidam è puteo, nudo corpori, medio paroxyſmo aqua affunditur. Nec id diu impunè tulit. Nam paulo poſt ἄφωνος fit, cõuulſiones eum adoriũtur. Spuma in os cucurrit. Epilepticè cõuellitur. Mors. Mirũ fuit vnde tam repentinæ mortis occaſio. Licet enim difflari prohibeatur materia tertianam committens, non ita tamen ſæua edit ſymptomata. Credibile eſt iſtud ſerum, eumque febrilem habitum qui è materia putrente effertur (licet febris ipſa, ſit ἐυήθης) malignum quid habere. Declarant dolores vehementes capitis, aut totius corporis &c. ſymptomata quæ tam cito aſſidere ſolent febribus etiam manſuetis, vt mirum non ſit, ſi inſolentem experientiam & imprudentem tam fatalis caſus exceperit.

190. Alter febre tertiana laborabat. Medicus qui illi medebatur vt erat αἱμόφοβος, detractionem ſanguinis neglexit. Quarto paroxyſmo ruptis velut venis, & ſanguinis repagulis, & facto impetu quodam in partibus internis, tanta foras ſanguinis eruptio eſt conſecuta, vt eo ipſo die illi obeundum fuerit.

191. Vxor D. Bondenier varices magnos habebat in cruribus & tibiis. Temperamento eſt melancholico, adhibito ſuper ea re conſilio apertæ ſunt venæ, detracta eſt ſanguinis copia inſignis. Ab eo tempore nullum commemorabile ſecutum eſt incommodum.

192. Virgo quædam dum humi cecidiſſet, & verita eſſet ne naturalia detexiſſet, præ pudore deſiit eſſe menſtrua. Patiebatur autem tunc menſtrua. Verebatur vero ne quid iſtius impuræ excretionis apparuiſſet. An tam facilis ſuppreſsionis menſium cauſa, reuocato ſpiritu aliò, qui ſanguinem ad partes conducebat.

193. Filius Clariſsimi illius Budæi qui ſui ſæculi lumen extitit, horrendum ſymptoma paſſus eſt: eo ſudante lintea cruentis maculis perſperſa inuenta fuerunt. Et eo morbo interiit. Notat Ariſt. *cap. 19. l. 3. de hiſt. an.* quoſdam ſudore cruento exudauiſſe. Et Theophr. ex Monade medico citat ſudorem aliquando emanare cui ſimilitudo inſitum ſanguine.

194. Filio D. du Bois poſt eruptionem variolarum oborti dolores atrociſsimi in brachiis & tibiis qui nullis cesſerunt remediis: adhibito conſilio ſuper ea re emplaſtrum de ranis applicatur partibus dolentibus, breui conualuit. Id quod negligi non debet, ne tam facilis & ad manum parati remedij contemptus calamitatem ægris adferre videatur. Nam ſi dum vrgent dolores iſti, ſi dum pars tumet ad ſuppurantia feſtines, corruptionis metus maior

maior erit. Si in ſolis anodynis conſiſtas, opera fortaſſis ludetur. Et in tempeſtate quadam puſtularum & eruptionum ferinarum ferace oborti ſunt tumores & dolores in variolis & morbillis qui pueros miſerè necabant. Itaque cæteris nil proficientibus, in hanc itum ſententiam, vt Emplaſt. de Vigo cum hydrargyro applicaretur, aut litus lenis alis fieret ex Mercurio. Mirum in modum id remedij genus profecit.

In domo D. de Pacy cum hortus eſſet in quo geniſta luxuriaret, & parietes ferè floribus ornarentur ac veſtrientur, cœpit quoſdam deſiderium floribus vtendi & eſitandi, colligunt & ſartagine frigunt. Eſitant iucundiſſimè. Tribus poſt eſum horis, tumultus in ventriculo contigit, dolor capitis cum vertigine fugaci, nauſea, vomitus, & alui laxatio; ac ſi quoddam choleræ morbi rudimentum foret. Stupor, metus, admiratio. Quæ grauida erat verebatur de aborſu. Paulò pòſt pacata omnia. Vocatus, mirabar quid eſſet cur flores iſti, qui in vſu aceto condîti hyeme aſſeruari ſolent, tantam perturbationem attuliſſent. De his ſic Dioſcorides. Purgant per ſuperiora vehe- "menter Ellebori vice citra periculum flores geniſtæ & ſemi- "na. Quod obſervatione dignum eſt ne aut ciborum ignorantia, aut voluptate ducti in commoda valetudinis peccemus. 195.

Quidam in ſura vulnus accepit, fluxit ſanguis multus, non tamen immodicè, vt ne ad fluxum ſanguinis referas. Id quod contigit. Ab eo tempore congredi non potuit, nec ſemen emiſit, ſaltem non arrexit ſufficienter. Id mirum fuit etiam peritis rei anatomicæ. Non videtur enim ratio cur vulnus eâ parte inflictum eam impotentiam adferat. An id Hip. fortè adumbrauit, dum ſcripſit ſectionem in malleolo infœcundos reddere? Sic aliquis partium conſenſus eſt, ſed is fortaſſis non intellectus. 196.

Socrus D. Paſſart frequenter colico dolore tenebatur eóque valde crudeli. Ad hepar illud referebant. Ea videbatur mœſta perpetuo. Tandem incidit in febrem continuam. Dolor totam partem dextram penè occupabat. Ab iecore omnino id eſſe autumabant. Nulla re iuuari potuit. Nono icterus κατάκορης. Mors: aperto cadauere cyſtis fellis lapillis plena reperta eſt. Hepar albicans. 197.

Sectio inter annularem & minimum digitum ab antiquis credita eſt febrem quartanam ſoluere. Quædam 7. iam men- 198.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 341 sur 359

ſes quartanaria fuerat: Maſilij Medici conſilio ſecta eſt vena, detractusque copiosè ſanguis. Febris iugulata eſt, ſed annum ferè vnum manus tota veluti liuefacta manſit. Alter febre quartana diu laborabat. In tibiis vlcera maligna & telephia oboriuntur. Febris perſeuerat. Arte remediiſque communibus non curantur. Suſpicio luis venereæ eſt, quòd medicabilia non redderentur. Tamen rebus diligenter expenſis, & rogatis, nil venereum inuentum eſt. Non deſierunt tamen Medici ſuadere vſum hydrargyri. Plantis pedum & femoribus applicantur ceronea de hydrargyro, & conſimilibus. Prouocatur πτυαλισμὸς. Curantur vlcera, curatur & febris. An idem in contumacia febris quartanæ agere licet? Tamen narrat Fernelius obſeruaſſe ſe quendam continenter afflictum, & lue venerea cum ſordidis vlceribus, necnon quartana vera. Adhibiti litus & diæta ſolennis ad luem veneream, lue venerea eſt liberatus. quartana perſeuerauit.

Lib. de Abditis rerũ cauſis.

199. Mercator quidam ferina deſtillatione in pulmones à capite iam vetere infirmitate prædito laborabat; nec ſolum caput accuſabamus, ſed & partium inferiorum intemperiem quandam, cui pariter conſulendum putabamus. Poſtquam primarios Medicos conſuluit, ijs viſum eſt ex vſu eſſe lenientia, mitigantia, catarrhum compeſcentia, tandem noſtro conſilio incraſſantiũ ſyruporum vſus viſus eſt neceſſarius. Lutetiam venit tuſſiculoſus, curis implicitus, debebat enim ſiſtere ſe coram Senatu examinis ergo. Et cum hinc illinc animus curis agitaretur bene cœnatus, meminit iſtius ſuperioris conſilij. E pharmacopolio ſyrupum de papauere quærit. Eo copioſo vſus eſt, tum ad catarrhi leuationem, tum ad ſomni conciliationem. Sed ſuæ imprudentiæ pœnas non longè poſt pependit. Obmutuit enim & ἄφωνος manſit per duas horas integras. Etiam valde agitatus vocem non recuperauit. Hinc apparuit febris ingens (nec enim antè ἀπυρετὸς erat. Sequentibus diebus veluti balbutiens & parum attonitus redditus eſt. Multorum obliuiſcebatur, καταφορικὸς interijt. An vſus iſtius ſyrupi tantopere obfuit. An materia ſuppreſſa fuit quæ καταφορὰν inuexit? An bonum in catarrhis venenatis & ſubtilioribus dare narcotica? Annon dum ſymptomati occurrimus, cauſam, morbi fomitem adaugemus? Etenim in talibus fluxionibus fit quædã διάχυσις, & retinens de natura ſyntectica, & talis humoris ſuppreſſio

cum aliquid venenati habeat, pernicioſa eſt. Commodè per halitum & ſudorem exhalaret & digereretur, ſed ſi idroticis vtimur, metus eſt ne corpus caleſcat, & humores commoueantur.

Nobilis mulier cum conceptum fallere vellet & foetum elidere, τὸ φθόειον ſumpſit ad provocandum ſanguinem; & ſui temerarii conſilij pœnas pependit. Fluxus enim ſanguinis eſt conſequutus, eroſis potius quàm apertis venis. Multo ſanguine per ſinum pudoris profuſo, adeo refrixit omne genus neruoſum, vt in ſummam imbecillitatem adductum ſit. Hinc cruciatus articulares, immanes, modo quodam admirabili atque diuina vindicta orti. Membrorum contractio, ſqualor, macies, mors. Quæ immodica hæmorrhagia conuulſionem ab inanitione adfert, eadem articulares dolores excitare poteſt. 220.

FINIS.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 343 sur 359

INDEX ALPHABETICVS RERVM OMNIVM insigniorum quæ continentur in hoc tertio Tomo Consultationum Medicinalium Dom. Gulielmi Ballonij, Doctoris Medici Parisiensis.

A

ADmiratio medicorum artem obscurat. 294

Aduſtioni virus quoddam ſemper eſt adjunctum. 106

Aduſtio bilis flauæ vim neſcio quam imprimit humoribus. 107

Aluus fluens non eſt repente ſupprimenda. 306

Angli vt plurimum ruffi. 9. fluxionib. calidis & bilioſis ſunt obnoxij. *ibid.* quare. *ibid.* ſunt ſuperbi & elati animo. *ibid.* quare & quomodo ſunt ruffi. *ibid.*

Animal vt ſubſiſtat tria ſunt neceſſaria, vita, nutritio & reſpiratio. 4

Animalia venenata quare nec fame nec ſiti pereunt. 80. triplex eius cauſa aſſignatur. 125

Animi pathemata morbos faciũt grauiſſimos. 72.74

Animi pathematũ vis maxima in morbis faciendis. 119.221

Animi pathemata alterant vocem & in viribus & in qualitate: omnes naturæ actiones peruertunt. *ibid.*

Animus vbi mœrore percellitur, corpus ſuſtinere nequit, vnde ſequitur quaſi membrorum omnium ruina. 222

Animi ægrotantis Medicus eſt ſermo, ægritudo autem non ſolùm eſt miſeria, ſed etiam carnificina. 223

Apoplexia quomodo fiat. 49

Apoplexiæ rudimenta quomodo abigenda. 285

Aquæ potus quibuſnam noxius. 305

Aquæ potus lethalis. *ibid.*

Arthriticorum miſera conditio: ſi comedendum, manus, ſi ambulandum, pedes non habẽt, ſi dolendum, pedes & manus habent. 141

Arthritides bilioſæ vnà cum ſenecta releuantur. 185

Arthritidnem ceſſare malum eſt. *ibid.*

Arthritis vbi ceſſat, in quos affectus tranſmutetur. *ibid.*

Arthritis quare dicatur opprobriũ Medicorum. 217

Arthritis eſt diatheſis partibus impreſſa. 272

Aurium morbi periculoſi. 92

Aurium tinnitus penè incurabilis. 117

Aurium obſtructio duplex. 194

Aurium morbi ſumma cura ſunt prænoſcendi. 195. quomodo differant ab oculorum morbis. *ibid.*

Autumnus morborum ferax multis de cauſis. 56

Autumno ſerum multum generatur. 252

Autumnus peſtifer & funebris dictus. 282

B

BAlnei ex aqua dulci dotes & commoda. 20. quibuſnam idoneum. *ibid.*

Bilioſi ſunt ad phthiſim propenſi. 130.

Bilis benigna & manſueta inediæ beneficio efferata & immitis redditur. 137

Bilis efferueſcit per inediam in bilioſis corporibus, & æruginis naturam induit. 212

Bilioſorum duo ſunt genera, alii tales ſunt à natura, alii ex euentu. 84.

Bilis accenſa ſuo ardore moleſtias multas infert corpori. 47

Bilis aduritur quatuor modis. 56. ſola naturalis bilis facit ad ſapientiam. 56

C

CAchexia quomodo differat ab euexia. 228

Cachexia duplex. 229

Cachexia vniuerſalis triplex eſt, pituitoſa, melancholica & aquea. *ibid.*

Cachexia quî differt ab atrophia. *ibid.*

Cachectieæ ſunt penè omnes virgines, quarum pallet & eſt fœdata facies. 230

Cæſar magis metuebat à Dolabella & Antonio, vtroque elegante, ſucculento & florido, quàm à Caſſio & Bruto, macilentis, & ſubriſtibus. 172

in Calculo renum quæ agenda. 278.

Calculi duo magni qui à cathetere non potuerunt probari. 309

Cancroſo tumori an debeatur pyroticum, an ſupra an infra partem admouendum. 105

Cancri ſunt alendi, non curandi, nec irritandi. 106

Cancri ſunt ſoboles humoris melancholici. *ibid.*

in Canis rabidi morſu quænam agenda. 169

Capitis vulnus etiam leue nullum eſt negligendum, ex Hippocrate. 3

Capitis acriter dolentis tres cauſæ. 6

in Capitis dolore quî conferat balneum. 8

Caſſia non colata magis lenit, tẽperat, humectat bilem, & pituitam ducit. 276

Caſſia ſola, ſine vllo alio medicamento aſſumpta, nocet calculoſis, duplici de cauſa. 149

Caſſia calefacit propter quandam quam habet in ſe caliditatem, ex Rondeletio. 176

Cauſarum externarum obſeruatio non negligenda in medicina facienda. 71

Cauſi ſignum an ſit ſitis. 63

in Cauſo partes extremæ cur algent. 67. 70

Cauſi cauſa poteſt eſſe frigidiſſima. 70

in Cauſo quomodo confert venæ ſectio. *ibid.*

Cauſus quomodo fiat, ex Hipp. 72

Cauſi ſummũ remedium aquæ potus. 73

Cerebrum ne vis febrilis occupet in omni febre, eſt prouidendum. 10

Cerebri morbi de apicibus artis ſunt. 118. & 136

Cerebrum metropolis frigidi & glutinoſi. *ibid.* qui ſunt Cerebro ſicco & defæcatiore, prudentiores ſunt, ſed id boni ſæua mercede cõpenſatur. *ibid.*

Cerebri glandula eſt fluxibus opportuna. 119

ſymptomatum quæ Cerebrũ exer-

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 345 sur 359

©BIUM

cent diuiſio elegans & ſcientifica. 187.
Cerebri morbi ſunt curatu difficiles, vt & cognitu difficillimi. *ibid.*
Cerebri phlogoſis eſt morbus incurabilis & venenatus. *ibid.*
Cerebri morbi trib. de cauſis curatu difficiles. 225
Cerebrum colliquationem facilè patitur à calido. 254
Cerui febre carent, & febres vitant qui ceruina carne vtuntur. 137 quare *ibid.*
Cholera morbus duplex, humida & ſicca. 174
Cogitatio aſſidua occæcat, abducto intus viſu. 11
Colica Pictauienſis dicta, etiam Pariſiis frequens. 312
Colicus dolor Melodunenſibus & Pictauienſibus familiaris affectus. 184.
Colicus dolor facilé tranſit in paralyſim. 209
Colorum faciei mutationes fiunt à corde. 12
Color pallidus hepar affectum denuntiat. 140
Color multùm pallidus ex candicante, ab hepate eſt. 228
Contraria contrariorum ſunt remedia. 202
Corpora quædam ſimul iuncta habent quandam antipathiam. 110
Corpora pinguia minùs fœcunda ſunt, & ſeneſcunt celeriùs. 111

D.

DEſipientiæ obſcuræ, blandæ & contrectabiles, peſſimæ. 186. & 188.
Deſtillationib. & tabi ſunt obnoxii qui ſunt calidiore temperamento. 16
Deſtillatio in corpore tenui & longo, tabem minatur. 92
Difficultatis ſpirandi cauſa multiplex. 232
Diuites eò infelices quo minùs bene tractãtur quàm aliquis de plebe homuncio, aut ſcrutorum venditor. 297
Diuortium primum Romę propter infœcunditatem. 111
Dentium dolor nulli parcit ætati aut ſexui. 247. tormentis annumeratur. *ibid.*
Diuretica nocent pulmonibus, quia ſanguinem liquant, & impediunt expectorationem. 233
Dolores cur noctu magis augeantur. 33
Duo ſunt in natura quæ admirationem pariunt Fallopio, nimirum magnes & hydrargyrus. 144
Dyſenterię diuturnę mortis futuræ ſigna. 309
Dyſenteria ſuppreſſa in inſaniam verſa eſt. 308
Dyſenteria intempeſtiuè ſuppreſſa abſceſſum facit in coſtis, in viſceribus, aut in articulis. 308

E.

ELephantiaſi an competat potus è zytho, pomaceo vel pyraceo. 264.
Elephanticus de repente quomodo quidam euaſerit. 311
Elephantiaſi Arabum quinã ſunt obnoxij. 83
Elephas ad alios deuoluitur, & quaſi per traducem hereditatis iure propagatur. 122
Ellebori duo genera apud antiquos. 147
Ellebori magnus olim fuit vſus ad leuanda mentis & capitis vitia. *ibid.*
Ellebori vtriuſque periculoſus vſus. *ibid.*
Elleboro ſuperiora corporis ſibi

repugauit Carneades Academicus, ſcripturus aduerſus Zenonem Stoïcum. *ibid.*
Ex Elleboro purgatio difficilis & plena terroris. *ibid.* non adhibenda ſine neceſſitate. *ibid.*
Elleborus multis magnis confert affectibus. *ibid.*
Elleboriſmo vires eximias tribuit Plinius aduerſus epilepſiam. 153
Empyici cur noctu magis febricitent. 27
Enterocele facta in thoracis capacitate. 302
Epilepſiæ curatio dependet ex dignotione loci mittentis ad cerebrũ. 137.
Epilepſia hydropi ſuperueniens deſperata, ex Hipp. 312
Epileptici facti ſunt multi ingenioſi. 317
Epilepſia quare morbus comitialis dicitur. *ibid.*
Epilepſia in furorem verſa. *ibid*
Epilepſiæ origo & cauſa variis à partibus repetenda. 282
Errhinorum in vſu magna cautione vtendum eſt. 164
Eunuchi vnde dicti. 158
Euphraſia in oculorum morbis cęco errore vſurpatur. 88

F.

FEbris quare noctu augeatur hectica febre laborantibus. 26
Febres diurnę & nocturnę, quænam periculoſiores. 27
Febris continua exiſtit duplici de cauſa. 68
Febres ex hypochondriorum doloribus malignę. *ibid.*
Febrium acutarum focus quis. 69
Febres quæ quo quomodo intermittunt, periculo vacant. 244
Fluor aluinus omnis aut eſt dyſentericus, aut diarrhoïcus, aut meſentericus, aut hepaticus. 192
Fluor albus mulierum quomodo diſtinguendus à purulenta excretione. 241
Fluxiones acrium humorum quomodo contingant. 50
Fœdi virginum colores quomodo ſunt curandi. 78 79

G.

GEnerales in Iure definitiones & in Medicina propoſitiones periculoſæ. 58
Glandulæ ſunt partes depoſitariæ & emunctoria cerebri, aut malè affecti, aut prauo ſucco onuſti. 161. 164.
Gonorrhæa venerea ſcortatorum flagellum. 158

H.

HÆmoptoïcos pinguefacit Hipocrates, ne tabeant, & inopiâ cibi ſanguis efferetur. 246
Hęmorrhagiæ familiares iis quib. viſcera ſunt imbecilla. 252
Hæmorrhoïdalis dolor penè tormentis annumerandus. 248
habet purgationem, non morbũ. 249.
Hæmorrhoïdum fluxus mẽſtruatis mulieribus morbus eſt, viris non morbus, ſed ſanitatis tutela. 250
Hæmorrhoïdibus mulieres obnoxiæ ferè ſunt valetudinariæ. 251
Hæmorrhoïdes fluere deſinũt corpore legitimè vacuato. 252
Hæmorrhoïs in muliere morbus, in viro ſanitas, ex Ariſtotele & Celſo. 159.227 234.
in Hepatis fermentatione conuenit liberalis venæ ſectio. 193
Hollerius Medicus Pariſienſis celeberrimus laudatur. 209
Homini ſoli contingit inter cætera animantia, vt vulneratus non reddat ſanguinem. 120. ei ſoli con-

©BIUM

tingit profluuium ſanguinis è naribus, aliàs terrificum. 127. 252
Homines vrbani & literarum cupidi, ventriculi imbecillitate laborant. 136
Homo totus à natiuitate morbus eſt. 248
Humori cuique ſuum eſt ſerum naturale & præternaturale. 252
Hydrargyri vires eximiæ & mirādæ. 121. quomodo parari debeat in lue venerea. 122
Hydrargyroſis ferè ſemper pulmonibus labem inurit mali moris & penè indelebilem. 138. & 142
Hydrargyri vires planè mirabiles. 144.
Hydrargyrus aduerſatur chalcantho, indeque aquæ medicatæ nocent iis qui paſſi ſunt hydrargyroſim, præſertim ſi vitriolo ſint imbutæ. 219
Hydrargyrus eſt luis venereæ alexiterium. 270. inter Hydrargyrū & ſemē corruptum antipathia quędam. *ibid.*
Hydrargyrus eſt velut ſemē quoddam omnium metallorum. *ibid.*
Hypochondriacæ melancholiæ ſigna. 196
in Hypochondriacis calor eſt vtplurimùm acer & mordax. 197
Hypochondriaci non ſunt validè purgandi. 199. videntur carere febre, & tamen febriunt. *ibid.*
Hypochondriacorum febris eſt ſui generis, & tumori cancroſo non diſſimilis. 205

I.

Icterus à calculo in cyſti fellis concreto. 315
Imbecillitas partium duplici, modo aſſumpta à Galeno. 185
Imbecillam aliquam partem ratò quis non habet, ex Celſo. *ibid.*
Imbecillitas partium an ad intēperiem, an ad morbos materiæ reuocanda. *ibid.*
an iſta Imbecillitas habeat aliquid ἄῤῥητον. *ibid.*
Imbecillum omne eſt querulum, idq; duplex. 196. ex Ariſtotele. 224
queruli ſunt ſenes, ægri, & conualeſcentes, *ibid.*
Inſulſus dicitur qui caret ſale. 76
Inſulſus homo & fatuus quomodo differunt. 168
Intemperiei inæqualis magna vis eſt ad morbos generandos & curandos. 11. quid ſit illa? *ibid.*

L.

Lac virginale quomodo parari ſoleat. 87
Lactis aſinini vſus facit aduerſus arthritidem. 98
Lactis vires in magnis doloribus. 219.
Lac refrænat & contemperat cacoëthiam & prauitatem humorum in humano corpore turgentium. *ibid.*
Lac aſinæ prodeſſe non poteſt in tumore, obſtructione aut duritie hypochondrii. *ibid.*
Lactis aſinini vſus ad faciei nitorem. 262
Lac fumidum eſt, & caput opplet. 255.
Lactis aſinini vſus præſertim per æſtatem vlceribus accommodatus eſt, quod vehementer detergeat. 287.
Lanæ tinctæ colorem non deponunt, ſic cerebrum in deſipientia phrenitica, neque enim elui poteſt hæc affectio. 188
Lapides ex inteſtinis decidentes. 304.
Lapis per tuſſim excretus. 316
Lapis in cyſti fellea repertus ex ictero

ictero diuturno. 319
Laurentius Medicus regius laudatur. 127
Legati olim vxores ſecum non ducebant. 251
Lethargus fit ex pulmone cùm afficitur cerebrum tetro vapore, vnde marcor cerebri. 187
Lethargus & phrenitis quî differunt. *ibid.*
Lienoſi quare ſunt voraces. 201
Lien iuſto minor non bene defæcat ſanguinem. 202
Lien quibus effloreſcit, ijs corpus extenuatur. 218. 233
in Luem veneream non datur præſcriptio, latent reliquiæ, domatur venenum, non vincitur. 113
Lues venerea nunquam emoritur, nec eius fibræ omnes eliduntur. 115. morbus eſt totius ſubſtantiæ. *ibid.*
Luis venereæ alexiterium eſt hydrargyrus. 270
Luis venereæ latentis miranda ſymptomata. 300
Luis venereæ feliciter depulſæ exemplum. 322

M.

MAcri magis formidandi quã floridi & ſucculenti. 172
Matrimoniorum perturbatrix eſt infœcunditas, ſoboles verò vinculum, fidum pignus, & amicitiæ cõciliatrix. 108
in Matrimonio proles eſt beatum amoris pignus. 113
Medici multi plus valent & vident quàm vnus. 102
Medicorum indulgentia iuuat in morbo diuturno. 106
Medicorum decreta tanquam Senatusconſulta eſſe debent, quorum ratio non quouis tẽpore reddi debet 171.
Medicus artem & artis euentum nec debet nec poteſt ſemper præſtare. 206
Medicus vtilior eſt amicus quàm extraneus, licèt par ſit ſcientia 251
in Medico non ſolùm ſcientia, ſed & fidelitas & beneuolentia requiritur. *ibid.*
Mercurium Fallopius diuinum mixtum appellat. 144
Mercurius & magnes, duo ſunt in rerum natura quæ admirationem pariunt etiam doctiſſimis. *ibid.*
ex Mercurio poteſt oſtendi reſurrectio per cineres. *ibid.* vires eius mirabiles. *ibid.*
Mercurius dulcificatus mira præſtat in lue venerea & ſcrophulis. 121
Mercurius aurum ſolum ad ſe rapit. 122
Melancholicorum duæ ſpecies, alij à limo, alij ab aſſatione ſanguinis. 36
Melancholici affectus quinam abſolutè dicti. 37. & 58
Melancholici quare dicuntur balbi blæſique. 38
Melancholicis affectibus an venæ ſectio conueniat. 39
Melancholici perpetuò medicinam appetunt, eiſque corpus perpetuò dolet. 52
Melancholici apud Ariſtotelem dicuntur qui atrabile laborant. *ibid.*
Melancholicorum varij motus & impetus vnde repetendi. 53. cur dolendi finem non faciunt. *ibid.*
Melancholica ſunt ſymptomata timor & mæſtitia abſque cauſa. 55
Melancholici per naturam ſunt ingenio ſingulari. *ibid.*
Melancholicorum ſanguis quare non ita facile corrumpitur. 56
Melancholicis quibus nominibus conueniat ſanguinis miſſio. 57
Melancholici ex ſanguine miſſo

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 349 sur 359

©BIUM

pinguefiunt. *ibid.*
Melancholici dolendi & conquerendi finem non faciunt. *ibid.*
Melancholicus humor non tam eſt irritandus quàm fouendus, alendus & manſuefaciendus. 59
in Melancholicorum morborum curatione promouenda monentur Medici de officio. 60
Melancholici nec ſano ſunt corpore nec animo, licet magnorũ ſint facinorum authores. 61
in Melancholicis fuliginoſum excrementum multorum malorũ cauſa eſt. 62
Melancholicorum maxima pars fit ab aduſto humore. 62
Melancholici habent quædam interualla. 75
Melancholici vnde ſunt voraces. 106.
Melancholicorum morborum irritatio, doloris eſt prouocatio, & denique mors ipſa. 107
Melancholicis lac, balnea & omnia temperata proſunt. *ibid.*
Melancholici humoris vis & energia magna. 119
Melancholici toti iacent in fermento. 121
Melãcholici leui de cauſa ſanguinem excernunt. 126
Melancholici affectus elleboriſmũ requirunt. 146
Melancholiæ morbo & ægroto animo medentur blanda colloquia. 146.
Melancholici perpetuò medicinã appetunt. 159. 172. 196
Melancholici ab aduſtione non ſunt vehementer purgandi. *ibid.*
in Melancholicis ab aduſtione eſt adiunctum virus quoddam. 173
Melancholiæ hypochondriacæ ſymptomata multa ennumerantur. 191.
Melancholici ab humore acri valde queruli. 196
in Melancholicis deiecta eſt appetentia ab intemperie & affectione praua, quam Galenus vocat κάκωσιν τῦ στομάχυ. *ibid.*
Melancholici cur flatuoſi, macri, & piloſi. 197
Melancholicorum corpora perpetuò punguntur. 199
Melancholia hypochondriaca eſt gradus ad elephantem. 199. 200
Melancholici omnia tuta timent. 200.
Melancholia hypochõdriaca multa includit & opinione maiora. *ibid.*
non tam eſt in humoribus quàm in partibus ſolidis. *ibid.* ei quandoque remedium eſt ſenectus, quæ & ipſa morbus eſt. *ibid.* ordo agendorum ad eius curationem. *ibid.*
Melancholici affectus ſunt torméta Medicorum. 201
Melancholici flatu abundant: in iis excretiones ſanguinis non omnino ſunt malæ. 235
Melancholicus humor aduſtus grauiorum capitis dolorũ cauſa ſæpius eſſe ſolet. 249
Meſenterium prodigioſum, ab inteſtinis ſeparatum, abſceſſuum inſolentium vbertate plenum. 298
Menſtrua an requirantur ad conceptionem. 319
Mœror vno quaſi ictu plus facit quàm humores, qui longas febres procreant. 224
Morbi neruoſi generis ex parte humoris & ſubiecti curatu difficiles. 216.
Morbi aut ſunt longi, aut præcipites. 223
in Morbis à partium corruptione non poteſt certò prædici exitus, vt in humoralibus morbis. 244

Morbos congenitos in ſenecta deſituros credidit Hippocrates. 1
Morborum diuturnitas à tribus cauſis repetenda. 3
in Morbo mente conſtare bonum, quomodo accipiendum. 5.
Morbos attollere non debent Medici pluribus de cauſis. 13
Morbi à ſtirpe in poſteros deriuantur & hereditarii fiunt. 16
Morborum congenitorum vis & potentia. 21. vix vnquam curantur. *ibid.*
Morbi vernales an mane irritentur? 28
Morbi vtplurimum omnes circa diluculum miteſcunt, etiam peſtilentes. 29
Morbi pene omnes ſub tempus noctis ingraueſcunt. 32
Morbus crudus quomodo intelligendus, ex Galeno. 43. 61
Morbus malignus dicitur qui cõmunem aliorum morborum ſortem ſuperat, & ægrè curationem admittit. 67
Morbus lethalis dicitur duabus de cauſis. *ibid.*
Morbum quid faciat non eſt videdum, ſed quid tollat. 71
Morbi longi trifariam dicuntur. 74.
Morbi tranquillitas eiuſdem diuturnitatem & longitudinem ſignificat. 128
Morbi cerebri Medicorum operam ſæpe eludunt & elidunt. 136
Morbi congeniti ſeu connutriti, à Plinio parentales dicuntur. 176. ſũt æternæ poſſeſſionis, & in eos non eſt longioris temporis exceptio. *ibid.*
Morborum plurima genera primo coitu & prima menſium eruptione ſoluuntur; quod ſi non ſoluantur, vix ac ne vix curationem admittunt. 190
Morbi multi negliguntur quia ſine febre & vulgo homines affligunt, quales ſunt dolores dentium, podagræ, verminationes, tuſſes, tormina ventris. 203
Morborum quorundam cruciatus ſæpe ſunt grauiores carnificum tormentis. *ibid.*
Morbo vrgente videntur remedia cum quadam temeritate rapienda. 207.
Mucoſum quid, tenax & glutinoſum apparens in vrinis quorundam, & adhæreſcens pertinaciter in fundo matulæ, vndenam oriatur. 180
Mucoſi excrementi in paralyſi natura exeutitur. 212
Mucus quid eſt, quænam ſubſtantia. 215
Mucoſus humor proprius membranarum & neruoſi generis, ex Hippocrate. *ibid.*
Mucoſa vrina talis eſt, vel ob pituitam purulentam, vel ob pus pituitoſum. 218
Mucoſa vrina vnum ex tribus ſignificat. *ibid.*
Mucus & ſaliua ſunt repletionis indices. 165
Muliebris fluor tribus de cauſis curatu difficilis. 122. eſt multorum malorum ferax ægris & medicis, quibus eſt crux & tormentum. 122
ex eo magna ſequuntur incommoda, ſiue perſeueret, ſiue ſupprimatur. 123
ab eius ſuppreſſione gangræna fit in vtero. *ibid.*
Muliebris fluor in colliquatiuum terminatur. *ibid.* ad eius curationẽ quænam victus ratio requiratur. 123.
quænam remedia interna & externa. 124. 125

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 351 sur 359

in Muliebribus morbis non ſemper accuſandus vterus. 159
Muliebres morbi ferè incogniti, ex Hippocrate. 204
Muliebrium omnium morborum cauſam retulit Hippocrates ad vterum. *ibid.*
Muliebris fluor moderatam victus legem requirit. 260. in eo caſu abſtinendum eſt ab agarico *ibid.*
Mulieres hypochondriacæ & melancholicæ deteriorisſunt conditionis quàm viri. 131
præter Mulierem nulla animalia grauida coitum norunt. 156
Mulieres calidiore temperamento ſunt afflictæ valetudinis. 159
Mulieres quare ſunt naturâ frigidiores. 205
Mulieres melancholicæ non fiunt ſæpe menſtruales. 206
Mulieribus animi eſſentia facilè diſſoluitur, cùm ſit in illis vitale robur infirmum, & valida animi pathemata. 224
Mulieres infirmum gerunt animũ. *ibid.* & 226.
Mulierum morbi grauiſſimi duplici de cauſa. 240
Mulieres hæmorrhoïdibus obnoxiæ ferè ſunt valetudinariæ. 251
Mulieres à cæteris morbis ſanguineis per menſtrua vindicantur. 253
Mulieri quæ facilè concipiebat, ſi concipere deſinat, illi eſt mittendus frequenter ſanguis. 257
Mulierum cacochymarum proprium eſt, vt earum menſes ſtatam periodum non ſeruent, natiuóque careant colore. 284
Mulieres quædam vix menſtruales, concipiunt tamen, & vitales pariunt fœtus. 320
Mulierum morbi ſunt curatu difficiliores propter pudorem, ſi quid præſertim circa naturalia oriatur. 103.
Mulieres hypochondriacæ difficiliùs curantur quàm viri. 106
Muſicæ occultæ nullus reſpectus, ex Nerone. 19
Muſicam adamabat Æneas Syluius, qui poſtea Papa fuit. *ibid.*
Muſici dicuntur eſſe ſoli Galli. 20. quare non Hiſpani & Germani. *ibid.*

N.

NAtura humana æternitatis auida eſt. 155
Natura noſtri amantiſſima ſic cũcta diſpoſuit, vt dolorem aut breuem fecerit, aut tolerabilem. 204
Natura quãdoque eſt homini bruta & nouerca. 296

O.

OBſtetrix apud Comicum, Medicorum auctoritatem imitatur. 173
Oculorum morbi difficillimæ curationis, & quare. 87
Oculorum morbus ἵππος dictus, quis. 236
Oculus mobilis in morbis, aut delirium, aut tremorem muſculorũ oculi declarat. 237
Offenſis obnoxia eſt infirmitas. 168. 185.
Optima tria, bene valere, formoſum eſſe, & habere diuitias nulla fraude quæſitas, ex Platone. 176

P.

PAralyſis quæ ſub finem morbi contingit, an fiat à ſiccitate. 209.
Paralyſeos cauſæ variæ recenſentur. 210
Paralyſis quædam poſt colicum dolorem Pictauienſibus eſt familiaris. 211
in Paralyſi vinum eſt vitandum

optimis de cauſis. 214
Paraphimoſeos cauſæ variæ recẽſentur 98. eiuſdem remedia multa. 99. vnde dicta. *ibid.*
Partem aliquam corporis imbecillam nemo non habet. 251
Pedes in hydrope cur tumeant. 45
Perfrigerationis partium extimarum cauſa, dum omnia intus ardent. 68
Peripneumonia non habet coniunctum lateris dolorem, quamuis lateris doloris quem balneum diſcutit, ſuper ea meminerit Hippocrates. 277
Phreniticorum deſipientiæ peſſimæ, ex Hippocrate. 188
Phreniticus quaſi miraculo ſanitati reſtituitur. 299
Pituita alba quid ſit explicatur. 45.
Pituita atræ bili mixta parit Epiepſiam. 46
Pituita ſalſa & acida fons multorum morborum. *ibid.*
Pituita acida & ſalſa, ex Platone, fons eſt affectionum rheumaticarum. 216
Pituita vitrea dolorem parit acutiſſimum. 322
Plantæ viuaciores ſunt quæ plus lenti & glutinoſi habent humoris. 109.
Podagra non eſt morbus incurabilis, ex Plinio. 98
Podagram tria accerſunt, deſidia, crapula & vini vſus. 208
Πολυπράγμονες homines aut non ſunt prolifici, aut prolem valetudinariam producunt. 109
Practici veteres non tam erant verborum quàm rerum aucupes. 191. veteres Medici intelliguntur.
Præceptum therapeuticum optimum: quæ per inferiorem ventrem fiunt euacuationes, in partes vicinas fluxiones ferè commouent. 217.
Pulmones tetram & malignam labem vt plurimùm retinẽt ex hydrargyroſi. 138.142
Pulmones aliquid mali ferè ſemper præſagiunt, poſt luem veneream. 142.
Pulmonum vitia facit exſcreabilia pulegium. 168
Pulmones qui habent calidiores, quædam tabes eſt familiaris, nomine tabis largiùs ſumpto. 181
in Pulmone calidiore an balneũ competat. 182
in tabeſcentibus à Pulmone conſumpta valent, quia ſupplent vicẽ teſtudinum nemoralium. 183
in iiſdem ſomniferorum vſus minùs tutus. *ibid.*
Pulmonum morbis obnoxij viuunt qui calido temperamento præditi ſunt. 16
Pulmonum in affectibus an balneum conferat. 18
Pulmonum malè affectorum ſigna. 25
Pulſus inæqualis cum omnimoda inæqualitate exemplum. 306
Pus in thorace contentum quare non excernitur, tres cauſæ recẽſentur ex Galeno. 23
Puris & pituitæ putris idem effectus. 24
Pus habet maximè ſuos paroxyſmos nocturnos. 26.32
Pus & purulentum quomodo inter ſe differant. 29
Pus quî differat à ſanie & ſanguine. 30
Pus dum fit, febris augetur & dolor. 32
Pus an aliquis poſſit excernere nulla febre præcedente. 34

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 353 sur 359

©BIUM

Pus dicitur omnis humor aut ſuccus corpori oneroſus. 35.179

Q.

in Quartana febre mitiùs agendum quàm in alijs febribus. 318

de Quartanæ febris curatione præceptum inſigne. 318

Quartanam febrem iecur aliquando facit. 319

cum Quartanarijs benignè agendum eſt in negotio curationis. 106

R.

RAmicoſis non valde conueniunt remedia per os aſſumpta, quidquid obganniant impoſtores. 107

Rariorum rerum obſeruatio ferit ſenſus eruditorum. 294

Ratiocinari in quouis morbo bonum eſt. 10

Raucedinis cauſæ recenſentur. 13. quando formidabilis. 14. quando ſignum bonum, & maſculæ virilitatis argumentum. 15

Raucedinoſis purgatio inimica. 20.

Rheumatiſmus quomodo fiat. 177. fuit optimè cognitus Galeno. *ibid.*

Rigor omnis aut eſt ab vlcere, aut à vaſis. 63

Roſa priuilegio quodam vim habet ſiſtendi catarrhi. 246

Roſarum tinctura quomodo paranda, & quibus conueniat. 131

S.

SAcro morbo ſunt obnoxij homines acerrimi ingenij. 118

Salis vſus erat ſacerdotibus prohibitus, vt eſſent caſtiores, & eo abſtinebatur in ſacrificijs. 97

Saluia herba ſacra, ex Agrippa. 116. vires eius miræ ad iuuandam conceptionem ſi ſuccus eius bibatur. *ibid.*

Sanguis humidior multorum morborum parens. 249

inter verum Sanguinem & pus, ichor eſt quodammodo medius. 250.

Sanguis per putredinem amiſſis ſuis fibris in putre quoddam ſerum reſoluitur. *ibid.*

in Sanguine conſideranda multa veniunt. 252

Sanguinis conſiſtentiâ vitiatâ fit ſerum. *ibid.*

Sanguis vel eſt ſanus, vel morboſus. *ibid.*

Sanguinis ichores amari autumno generantur. *ibid.*

Sanguis eſt humidior vel natura, vel morbo. 254

Sanguis fit ſeroſus multis de cauſis. 256

Sanguis Galeni temporibus fere expers erat ſeri. *ibid.*

Sanguis temporarium ſumit incrementum. 257

Sanguis vermiculis plenus. 298

Sanguis niger qui per inferiora excernitur non eſt ſemper malus, etiamſi atrabiliarius ſit. 307

Sanguinis excretio per os & nares ab hirudine in corpore latente. 315.

Sanguinem frænum bilis eſſe putauit Auicenna, ſed falsò. 7

in Sanguine magna pars vitalitatis reſidet. 39

Sanguis an faciat ad prudentiam. 40. 41. 43.

Sanguis corrumpitur per alienæ rei admiſtionem. 48

Sanguis tripliciter afficitur à bile ſanguinem ſubeunte. *ibid.*

Sanguinis frequens detractio quare vulgo credatur pinguefacere. 59

Sanguis aquâ multâ dilutus an probandus? 61

©BIUM

Sanguinei & ξήρυθροι fiunt melancholici. *ibid.*

Sanguinis vitium eliſis fibris eſt λύσις, & corruptâ ſubſtantiâ eſt φθόρα. 123

Sanguinis excretio per os ſecura eſt in atrabilariis. 127

Sanguis aduritur ſeri defectu, & liquatur dum ſerum educitur per medicamenta calidiora. 202

Sanitas ſummum eſt bonum, diuitiarum, aut bonorũ corporis nulla eſt vtilitas citra ſanitatem, ex Hipp. 175.

Scelotyrbe quid, eius ſymptomata & remedia. 82

Scientiæ futuræ præſagium in Zoroaſte. 102

Scorbutum deſcripſit Hippocrates nomine ſtomacaces. 143. eius ſigna recenſentur. *ibid.*

Scorbutus idem eſt cum ſcelotyrbe. 144

Scrophulæ morbus ſunt ludens operam Medicorum. 120

an iis cõueniat herba ſcrophularia dicta. 121

Scrophularum affines ſunt lues venerea & elephantiaſis. *ibid.*

Scrophulas & affectus congeneres ſanat hydrargyroſis. *ibid.*

Scrophulæ in cancros ſæpe tranſeunt. 160

Scrophularum & cãcrorum eſt ſeminarium in iis quibus in facie gutta eſt roſacea. *ibid.*

Scrophularia ipſo nomine & frõte multa pollicetur ad curationẽ ſtrumarum, ſed in exoluendo promiſſo languet. 161

Semen ex omnibus partibus deciduum, tradux eſt ad æternam propagationem. 155

Senes difficiles ſunt & queruli, vt & conualeſcentes ac ægri. 126

Seri putris perennis generatio multorum malorum & ſymptomatum cauſa. 249

Sitim pariunt & accendunt multæ partes corporis, ſitu, actione & vſu differentes. 64

Sitis an ſit cavſi ſignum pathognomonicum. 64

Sitire perpetuò & æſtuare eſt ardenti febri peculiare. 65

Sitis intolerabilis eſt comes ardentis febris. 65

Sitis quare non adeſt vbi adeſſe debet. 66

Sitis cur maior aut minor ſit quã febris in cavſo. *ibid.*

Sitis abſentia & vacuitas non eſt ſemper ſignum facultatis naturalis emorientis. 67

Sitis inexplebilis in muliebri fluore eſt ſignum peſſimum. 113

Sitis à pulmone exemplum. 301

Sitis inexhauſtæ cauſæ aliquot recenſentur. 305

Sputum ex Hippocrate, effeminatur, ob nimium iuſculorum & rerum liquidarum vſum. 246

Sputum cruentum tabis prodromus. 247. terrificus eſt affectus, quia minatur tabem. *ibid.*

Sputo cruento obnoxius erat Saturninus, apud Plinium, & tamẽ nonageſimum ætatis annum attigit. *ibid.*

Sputum ſanguinis eſt de apicibus artis. 92

Sterilitas Medicos tenet anxios & ambiguos, è qua parte procedat, an viri, an mulieris. 113

Sterilitatis cauſa eſt intemperies vteri. *ibid.*

Strumæ vt plurimùm fiunt à pituita ſalſa per putredinem acida. 238.

Studioſorum & vrbanorum pluri-

©BIUM

mi ſunt infirmo ventriculo, propter inquietas cogitationes & aſſiduas vigilias. 6
Sudoris ſanguinei exempla. 328

T.

TEmpeſtiua ſi tempeſtiuè non fiunt, morbi fiunt inconſtantes & difficilis iudicij. 224
Terebinthinæ vires eximiæ aduerſus ſterilitatem. 115
Tormentis annumerantur multi morbi qui vulgo tamen negligũtur. 203.
Tuſſis cauſæ multæ recenſentur. 244.
Tuſſim quandam à ſplene fieri obſeruarunt antiqui. *ibid.*
Tuſſis quò magis eſt vulgaris, eò ferè negligitur. 247
Tuſſis mala vt ſignum & cauſa. *ibid.* caput replet & pulmonem calefacit. *ibid.* eius cauſæ variæ recenſentur. *ibid.*
Tutius eſt cũ cauſa ægrotare quàm ſine cauſa alleuari. 317

V.

VAletudinarii viuunt qui inquieti viuunt. 101
Varices in venis capitis. 327
Variolæ & morbilli valde frequẽtes anno 1586. 249
Veneris immoderatæ noxæ multæ, & magna incommoda. 8
ad Venerem impotentiæ recenſentur cauſæ multæ. 76
ad Venerem excitandam impensè calida nocent. 77
de Venerem ſopientibus aut excitantibus medicamentis. 95
Veneris raritas vtiliſſima. 97
Venerem damnauit Democritus. *ibid.*
Venerem ſtimulat cicerum vſus. *ibid.*
Veneri officiunt & nocent fluores albi. 109
Veneri totum incumbit vulgus. 115.156.
Veneris vſum immeritò damnauit Democritus. 156
Venerea olim cur dicebantur ἀφόδισια. 158
Ventriculo ſunt imbecillo vrbani homines & ſtudioſi. 100.156.185
Ventris ſegnities omnium confuſio. 84
Ventris tumores quinam periculoſi. 88
Vermes in furorem adigunt militem. 326
Vermibus enecandis competit argentum viuum. 272. quamuis non ſine periculo exhibeatur. *ibid.*
Vermis implacabilem doloré ciens in capite. 302
à Vermibus capitis dolores. 310
Vermes inſolentia ſymptomata ſæpe afferunt. *ibid.*
Vertiginoſi homines vnde fiunt. 10. & 12.
Vertigo eſt affectus ſenibus familiaris. 99
Vertiginoſi qua diæta indigeant. 101.
Vertiginoſi vndenam fiunt qui vtuntur trochiſcis de vipera. 137
Vertiginis tenebricoſæ origo. 168
Vertigo epilepſiæ paranymphus. 282.
in Vertigine an balueum competat. 283
Veternoſi pro hydropicis ſumuntur apud Terentium. 265
Veternoſus dicitur vetere morbo detentus, & affectus, cuius generis eſt vetus hydrops. 265
Vigilia pertinax cibos crudos & incoctos facit. 225
Vinum ieiuno non bibendum. 12.

Consiliorum medicinalium liber III. et postremus - page 356 sur 359

Vinum multa adfert ad vitam incommoda. 207
Vinum ieiunovent riculo assumptũ multùm nocet. 208
Vinum neruosis affectibus an conueniat. *ibid.*
Vinum facilè neruos replet ob calidam temperiem. *ibid.*
Ab vsu Vini fluxionum prouentus ingens. 209
Vinum magis fundit & liquat quàm possit digerere. *ibid.*
Vinum quomodo conferat in dolore capitis. 214
Vinum album rubro salubrius est. 256.
Vires cur ad summum veniunt imbecillitatis nulla prægressa euacuatione.
Virginis fœdi colores per vomitũ curati. 319
Visus hebetudo venæ sectionem quomodo requirat. 23
Viuaciores sunt plantæ quibus succus lentior est. 183
Vlcera oris quorum origo est à liene valde terrifica esse scripsit Hippocrates. 1-3
Vocem vitiari in morbis magni est momenti. 13
Vocis differentiæ multæ. 19
Vocem vitiosam habent Elephantici. 19
Volusino præfecto per os fluxit sanguis singulis annis, & attigit annum 90. 127
Vrinæ suppressio in febribus ardentibus sæpe est κατα ἐπιγένεσιν. 112
Vrina tortuosa fluens calculum in vesica indicat. 148
Vrina ipsa in sectis à calculo, detergendi vim habet. 149
Vrinæ suppressio cerebrum inficit, & labem affert indelebilem. 319
Vterus est plenus attractæ humiditatis. 126. est muliebrium morborum causa, ex Hipp. 159
Vteri cultus in recens nuptis medetur symptomatis hystericis & hypochondriacis. *ibid.*
Vterus grauium morborum in mulieribus author & fundus. 282
Vteri magna est habenda ratio in omnibus morbis mulierum. 284
Vulgus est proletarium, totum incumbit, Veneri, apud ignobiles vulgaris reperitur generatio, ex Plinio. 115
in Vulneribus thoracis omnia tuta sunt timenda. 296

Z.

ZYthi potus an competat in elephantiasi. 264
Zythum damnant Dioscorides & Galenus & Eobanus Hessus. 265

Extrait du Priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à M. IACQVES THEVART, Docteur Regent en la faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris, & Medecin de la Royne Mere du Roy, de faire imprimer les Oeuvres de Medecine de M. GVILLAVME DE BAILLOV, iadis tres-celebre Docteur, Regent, Doyen, & ancien maiſtre de ladite Faculté de Medecine ſon oncle, par luy examinez, corrigez, & augmentez, & mis en bon ordre, auec defenſes à tous Libraires, Imprimeurs, & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny debiter leſdiets Oeuvres dudit ſieur DE BAILLOV, enſemblemẽt ou ſeparément, ſans le congé & permiſſion dudit ſieur THEVART, durant le temps & eſpace de dix ans, à compter du iour que leſdites Oeuvres ſeront acheuées d'imprimer; à peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, & de mille liures d'amende, deſpens, dommages & intereſts enuers luy; nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, Chartre Normande, clameur de Haro, ou autre choſe à ce contraire, ainſi qu'il eſt plus au long contenu en l'original. Donné à Paris le 18. Septembre mil ſix cens trente-quatre. Signé, par le Roy en ſon Conſeil. RENOVARD, Et ſcellé du grand ſceau de cire jaune.

Ledit ſieur THEVART conſent & accorde que IACQVES QVESNEL, marchand Libraire à Paris, iouyſſe du contenu au preſent Priuilege.

Ce 3. & dernier volume de Conſeils eſt acheué d'imprimer pour la premiere fois le 15. Nouembre 1648.

©BIUM

Errata sic corriges.

PAge 3 lin.16.suadeat, pag.8.lin.19.lixiuium. Ead.pag.16.lin.34 imponantur,pag.10.lin 23.prehenderint,lin.vlt.ægri,pag.16 lin. 8 Ergo pag.22.lin. 28.fuliginosi,pag.23.lin.13. hinc lachrymæ,pag.25.lin.30 in facie,pag. 4.lin.14. multum,& lin.28.seri tenuis,& vlt.lin. langius,pag.35.lin.17.transeundus, pag. 37. lin. 26. mixtum aliquid, pag.40. lin.16. poeta, pag.41.lin. 6. serosum, & lin. 15. μελαγχολώδεις.pag 41.lin.24. καθεστηκός, & lin. 36.ἐθίσματα, pag.43 lin 30.ἡρροισμένην,pag.47.lin vlt.fibras,pag.49 lin 26. pro bonorumlege humorum pag.51 lin.12 Platoni,pag.59.lin.9.borborysmi,pag.60.lin.19. alioquin,pag.61.lin.12. crassefactionem,lin.33 sed.pag.65.lin.22.in ventrem, pag.75.lin.8 larissæa,pag.77.l.15 fotum, pag.80. lin.10. & alibi sæpius pro scynæ lege Chinæ vel potius ad congruè loquendum leg.rad sinarum,pag.85 lin.27.Pugenses & borboniæ,pag.90 lin.14.scrotum, pag.95 lin.5. Hypocratico,pag.98.lin.4.populeoue,pag.100.lin.23.defæcatius, pag.101 lin vlt.decerni, pag 102.lin.3 rad dictamni.pag.104.lin.112halicacabi,pag.109 lin.13. irriguus,pag 114 lin. 30.citrini,pag.123.lin.29.fluorem,pag.124.lin.10. iua,pag. 128.lin. 14. Peruuiano,pag.135. lin.15.hydragogum, pag.141.lin.12.Ischium.Pag.144.lin.5.vsus,pag 179.lin.3. stranguriam, pag.182.lin.antepen.conseruæ,pag.192.lin.18 laborauit. Et in marg.omnis, pag.202. lin. 7. hydrargyri,pag. 208. in marg. vinum substantia neruosis partibus noxium, qualitate amicum,pag.212.in marg.apparet cum, pag.239 lin.4.fugitiuo,& lin. [illegible] & 5. Gonorrhœæ Gonorrhœam,pag.243. varices de genere eorum quæ, pag. 246.lin. 28. berberorum, pag. 247. lin. 4. tenui, & subfinem lin. testatur, pag. 250. lin. 6. dele integram, p. 255. lin. 15 auriginosorum,p.271.lin.antep.rebellante,pag.272.lin. 6. contactuque, & lin. 8. spica &, pag.286.lin.4. pede, pag. 317. lin. 14. meatus.

Cætera emendabit candidus Lector.